

13-20-I-33

Roma 1647

Comprato da me Costantino Maldenti —— 0 — 40 —

TRACTATVS
DE
IRREGVLARITATIBVS


BARTHOLOMAEO VGOLINO
Iuriſconſulto, ex Monte Scutulo diœceſis Ariminenſis,
ac Barbiani Archipresbytero Autore.

Ad forum Conſcientiæ, Pontificium, ac Ciuile Perutilis.

Nunc Primum in lucem editus.

AD CLEMENTEM VIII. PONT. MAX.

CVM PRIVILEGIO.



De Licentia Superiorum.

VENETIIS, MDCI.

Apud hæredem Hieronymi Scoti.

13 · 20 · I · 33

CLEMENTI OCTAVO PONT. MAX.

TERTIVS meorum ſtudiorum labor tuo nomini dicatus in lucem prodit, Beatiſſime Pater, Tractatus ſcilicet De Irregularitatibus: ſicut igitur ſuperioribus annis alterum De Cenſuris hic Romæ, alterum De Simonia Ferrariæ tibi obtuli, ita hunc in hac eadem Sanctiſſima Vrbe Sanctitati tuæ offero. Quæ in re (bona tua venia dixerim) eſt, quòd meum ſtudium hoc laudes, Pontifex Maximè. Tum quòd ipſe ab Aldobrandina familia ortus es, quæ optimis artibus excolendis aucta, per te nouiſſimè ſupremum dignitatis gradum eſt conſecuta. Tum quòd, te Summo Pontifice, ſcholæ nouæ, nouæ literarum Academiæ publicè aperiuntur. Addo denique iis de rebus à me hic agi, de Irregularitatibus ſcilicet tum cognoſcendis, tum tollendis, quæ ne in ſacroſanctum ſacerdotij aſylum obrepant, ſummo ſtudio, ſummaque vigilantia curas. Hilari animo igitur hoſce labores meos accipias: nam, ſi, vt ſpero, mihi hoc dederis, ego, qui mea ſponte pro Dei Optimi Maximi laude ad hæc ſtudia inflammatus ſum, ad eadem te fautore ardentius inflammabor.

Barbiani. Kalendis Decembris M D C.

Sanctitatis Veſtræ,

& eius præſtantiſſimarum virtutum ſtudioſiſſimus

Bartholomæus Vgolinus.

Proœmium ad Lectorem.

HABES hucuſque à meis ſtudijs, humaniſſime Lector, Commentarios De Sacramentis; necnon Tractatus De Cenſuris, ac De Simonia vberrimos: nunc in lucem edo tibi Tractatum De Irregularitatibus locupletiſſimum. In quo quantum profecerim, aliorum ſit iudicium: ego certè hoc fateor (eſto materia hæc non minus difficilis ſit quàm confusè, ac perobſcurè tractata) me nihil prætermiſiſſe aut ſtudij, aut diligentiæ, quò ipſius cognitio illuſtrior redderetur, atque ornatior. Nam primùm inſtituto meo, quo iure irregularitates inuentæ ſint, & idcirco, quæ earum cauſa efficiens, necnon qua ratione tollantur, apertiſſimè declaraui. Præterea effectus ipſarum tam per ſe, quàm per accidens aptè, diſtinctèque poſui. Tertiò, quotuplex earum materia eſſet, & quæ vnaquæque, docui. Poſtremò, quæ earundem forma tam interior, quàm exterior, necnon accidentia, quæ à prædictis cauſis emanant, etiam aperui: ſimulque in ſingulis eiſdem cauſis, quæ diſputatione egebant, diſputaui: & quamplura cùm à veteribus, tum à recentioribus aut omiſſa addidi, aut non ſatis explicata, abundè explicaui: quòque ordo hic oculis primo aſpectu cerneretur, de more Irregularitatum Tabulam ante ipſarum tractationem præmiſſi. Verùm, vt nihil quantum in me erat, prætermitteretur, quòd ad huius operis abſolutionem pertineret, duo alia etiam præſtiti. Nam cum doctiſſimis viris difficultates contuli; & vt mittam Ioannembaptiſtam, vtriuſque iuris peritiſſimum, necnon Ioannem Mattheum Philoſophum grauiſſimum amantiſſimos fratres meos, quibuſcum de difficillimis quæſtionibus egi ſæpius; multa quoque contuli cum Federico Surdo, Bononienſi Iuriſconſulto, cuius illuſtre animi ingenium ne plus, an excellentem doctrinam commendem, ignoro: vnum hoc dicam ob præclaras animi ſui dotes Perilluſtrem, ac Reuerendiſſimum Alexandrum Muſottum Imolę Epiſcopum, virum cùm ſingulari prudentia, tum præſtanti pietate inſignem, ad Imolenſem Eccleſiam gubernandam eum ſibi Vicarium generalem aſciuiſſe. At quid dicam de Luca Tudiſco Maſſenſi, Iuriſconſulto celeberrimo, qui à nobiliſſima familia bonis omnibus affluente ortus, maiorum ſuorum ſtudio parta gloria non contentus, proprijs virtutibus ſplendeſcere, quàm alienis maluit? ab his igitur doctiſſimis viris labores hoſce meos comprobari volui. Poſtremò, vt dixi, ne quid deſideraretur, hoc opus à Magnifico Melchiore Scotto, viro ornatiſſimo vt ſuis typis imprimeretur ob eius accuratam in eo munere diligentiam, quam adhibet, ne quid è ſua officina in publicum prodeat, quod non vndique perfectum, & abſolutum ſit, curaui. Labores igitur hoſce meos, humaniſſime Lector, hilari animo accipies: nam propediem De Bulla Cænæ Domini, vt aliàs pollicitus ſum, necnon De Vſuris Tractatus habebis. Vale.

INDEX
EORVM QVAE IN HOC OPERE NOTATV DIGNA
IN PRIMIS SVNT.

A

ABORTVS quid ſit.cap.16.§.2.nu.1.pag.87.
Abortum ſuadens vid. verb.Cōſilium dans,ſeu ſuadens mulieri.
Abortū conſulens an irrgularis fiat, ſi dubitetur an animatus ſit. eod. num.3.pag.88.
Abortui cauſam dans an irregularis fiat.uid.verb.Nō natum.
Abortioni cauſam dans,& ignorans an eſſet animatus fœtus,irregularis an fiat.uid.verb.Dubitans.
Abſcindens ſibi membrum ob infirmam valetudinem an irregularis ſit.uid.verb.Membrum ſibimet ob infirmam.
Abſtemij an irregulares ſint.cap.53.§.2.num.2. pag.202.
Abſtemius quiſnam ſit.eod.num.4.ead.pag.
Accelerantes mortem,mutilationemve alicuius , irregulares ſunt.cap.11.§.3.num.1.pag.59.
Accomodantes ad pugnam in bello iuſto an irregulares ſint.uid.verb.Bellum dum iuſtum.
Actione ſepulchri violati condemnatus fit infamis.ca.60.§.4.num.6.pag.233.
Actis coram iudice Eccleſiaſtico factis peruenientibus ad iudicem ſecularem,qui ob id quem occidit,uel mutilauit,an irregularitas contrahatur.uid. uerb. Proteſtatio omiſſa in foro Eccleſiæ.
Accuſator ſi petat ſuum intereſſe ſine proteſtatione an fiat irregularis,ſi mors ſequatur.cap.6.§.7.num. 1. pag.39.
Accuſator in cauſa criminali,vbi mors,membrive mutilatio interuenit,irregularis fit.cap.6.nu.1.p.33.
Accuſator irregularis non fit,vbi proteſtatur ſe non ad vindictam ſanguinis accuſare ,ſed quo aut ſuum recuperet,aut ne iniuſte opprimatur.ca.6.nu.2.p.34.
Accuſator ſi dicat Accuſo,& Proteſtor, & c&t. an liberetur ab irregularitate.cap.6.§.7.nu.2.p.39.
Adiuuantes eos,qui homicidium committunt, irregulares fiunt.cap.17.§.1.nu.1.pag.93.
Adminiſtrans ſacramenta in loco interdicto irregularis fit.uid.uerb.Interdicto exiſtente.
Adulter occidens maritum adulteræ , quò ſe a morte, tueatur irregularis fit.cap.29.§.3.nam.2.p.131.
Adulter irregularis eſt, ſi maritus vxorem adulteram occidat.eod.num.3.ead.pag.
Adulter an irregularis ſit,ſi maritus adulteram percutiat,& ipſa abortum faciat.eod.nu.4.ead.pag.
Adulteram vxorem cognoſcens etiam ignorans irregularis fit,& bigamus.cap.56.§.1.num.7.p.213.
Etiam ſi iuſſu iudicis id faciat.ibid.nu. 8. ead. pag.
Etiam ſi vxor pœnitentiam egerit.ibid.nume.9. pagi. 214.
Adulterium ſuadens alicui,ideſt ut eat ad vxorem alterius,irregularis fit,ſi is,cui id ſuaſit,à marito occiſus eſt.cap.16.num.9.p.85.
Aduocatus actoris,& accuſatoris irregularis ſit, ſi ob ſuam operam reus mortem,membrive mutilationem patiatur,quæ regula,quouſque pateat,declaratur.ca. 9.num.1.p.50.
Aduocatus actoris,ſeu accuſatoris irregularis fit,etiam ſi proteſtetur ſe ad vindictam ſanguinis non aduocare.cap.9.num.2.p.50.
Aduocatus rei an irregularis fiat , ſi accuſator morte, membrive mutilatione afficiatur.cap.9.§.1.num.1. pag.50.
Aduocatus rei irregularis fit.ſi petat accuſatorem puniri pęna ſanguinis,& pœna ſequatur.cap.9.§.1.num. 2.pag.51.
Aduocatus rei irregularis fit ſi per dolum,& iniuſtè defendit reum,& idcirco pęna ſanguinis accuſator afficiatur.cap.9.§.1.num.3.pag.51.
Aduocatus rei irregularis efficitur , ſi ob eius imperitiam,culpam , negligentiam , dolumve,reus morte, membrive mutilatione afficiatur.cap.9.§.1.num.4. pag.ead.
Aduocati,& Procuratores.ſi eorum clientes morte afficiantur ob eorum incuriā,uel imperitiam, irregulares ſunt.cap.23.§.2.nu.9.p.115.
Aegrotum volens,quo citius moriatur,irregularis efficitur.cap.11.§.3.num.4.p.60.
Aegrotum uerbis aſperis irritans,quamobrem celerius mortuus eſt,irregularis fit.cap.16.num.9.pag. 85.
Aegrotos cuſtodientes quando irregulares fiant dando aliquid ægroto,quod eis noceat.uid.uerb. Cuſtodientes.
Aequitans irregularis efficitur , ſi equus morſu , vel calcibus quem feriens interficiat , ſi ob eius imperitiam equi gubernandi,uel imbecillitate id fiat.capit. 21.num.4.p.105.
Aetas,quæ requiratur ad primam tonſuram. capi.45. num.1.p.185.
Aetas,quæ requiratur ad ordines minores.eod.num.2. ead.pag.
Aetas,quæ requiratur ad maiores ordines. eod.num.3. ea.pag.
Aetas quæ requiratur ad ordines , an completa eſſe debeat.eod.num.4.ead.pag.

Aetatis defectum patiens irregularis eſt.eod.§.1.nu.1. pag.186.

Aetate inhabilis ordines ſuſcipiens executionem non recipit.eod.§.2.num.1.pag.186.

Aetate non idonea ſi quis ordines ſuſcipiat, ſuſpenſus eſt.eod.§.2.num.2.p.ead.

Aethiops an irregularis ſit.cap.50.num.4.p.194.

Aggreſſorem tuum,qui te aggreditur,ut te mutilet,ſi occidas,an irregularis fias.uid.uerb.Occidens eum,qui te aggreditur.

Aggreſſorem ſuum,vt quis occidat ſuadens,an irregularis fiat.uid. uerb.ſuadens alicui,ut ſuum.

Aggreſſorem occidẽs ne te mutilet, an irregularis fias. uid.uerb.occidens eum.

Alopecia morbus,ideſt la pelarella, an irregularem reddat.cap.55.§.2.nu.4.p.208.

Alopecia quid ſit,& unde dicta.eod.nu.5.ead. pag.

Animalia fera habens an irregularis fiat,ſi quem mutilent,aut occidant.uid.uerb.Leonem,Vrſum, & animalia.

Animalia natura domeſtica ſi quem occidant,vel mutilent,an dominus eorum irregularis fiat. cap.23.§.5. num.2.pag.119.

Apoplexia laborans an irregularis ſit.cap.54.§. 2. nu. 6.pag.205.

Apoplexia quid ſit.eod.num.7.ead.pag.

Apoſtaſia quid ſit,& ob id quid ſint Apoſtatæ.cap.36. §.4.num.1.p.157.

Apoſtaſia quotuplex ſit.eod.num.2.ead.pag.

Apoſtaſia omnis an reddat quem irregularem.eod. nu. 3.ead.p.

Aquarum impetu latus adhæſerat naui,vel remo,dominus nauis eum inde eiecit,& obrutus eſt,an irregularis fiat dominus nauis.cap.23.§.4.nu.3.p.117.

Arboris ramo,ne obrueretur,quis adhæſerat, irregularis ſit,qui ramum incidit,ſi deinceps obruatur. cap. 23.§.4.num.5.p.117.

Arripiens tabulam,cui adhæſerat,naufragium patienti irregularis effici tur,ſi ob id obruatur.uid.uerb.Naufragium patienti.

Aromatarij an irregulares ſint,ſi per malas medicinas ab ipſis præſtitas ægrotus moriatur.capi.19.§.4.nu. 1.pag.102.

Arma præſtantes carnifici ad occiſionem, mutilationẽve,irregulares ſunt,eſto eis vti nolit.capit.11.§.4.nume.3.pag.62.

Arma vendens ad homicidium irregularis ſit.eod.nu. 6.pag.63.

Arma præbens ei,quem credit ipſis homicidium committere velle,irregularis ſit homicidio ſecuto. eod. num.7.ea.pag.

Arma prębens ad bellum iniuſtum an irregularis fiat. eod.num.8.pag.64.

Arma tradens perſonæ priuatæ,an irregularis fiat,ſi illis mors inferatur.eod.num.9.p.ead.

Arma præbens ad homicidium, mutilationemve committendum,irregularis ſit.Item & qui ſocios,& pecuniam tribuit.cap.17.num.1.p.92.

Arma ſi quis præſtitit ei,qui ad homicidiom committẽdum ibat,an irregularis fiat, ſi alijs armis deinceps homicidium committatur.eod.num.2.p.93.

Arma alteri arripere an liceat,quo ſe tueatur cum domini damno.uid.uerb.Defenſionis ſui gratia.

Arma dantes ad occidendum,& mutilandum in bello iuſto an irregulares ſint.uid.uerb.Bello in iuſto.

Arma,& inſtrumenta militaria fabricantes irregulares non ſunt , quamuis contingat deinceps ipſis quem occidi,uel mutilari.capit.9.§.2. numero 3. pag. 53.

Arma preſtantes ad bellum iuſtum an irregulares ſint. uid.uerb.Bellum dum iuſtum.

Armati ſtantes dum prælium iuſtum committitur, ut hoſtib. terrorem incutiant an irregulares ſint. uide. uerb.Bellum dum iuſtum.

Armis inter ſe concurrentes,ſeu concertantes ludi gratia,an irregulares fiant,ſi alter alterum occidat, oculoſve eruat.cap.22.nu. 5.p.106.

Auriculis carens,ideſt cartilagine, quæ aures ambit, an irregularis ſit.cap.48.nu.10.p.191.

Artifices,& operarij quicunque irregulares fiunt,ſi ob debitam diligentiam ab ipſis non adhibitam per eorum artes,atque operas quis occiditur, aut mutilatur.cap.21.num.1.pag.104.

Aſſeſſor iudicis criminalis irregularis ſit,ſi conſulit iudici quem morte afficiendum,& ob id mors infertur cap.9.§.2.num.8.p.54.

Aſtantes dum homicidium ſit,ne homicidium impediatur,homicidæve offendantur,irregulares ſunt. capi. 17.§.1.num.2.p.93.

Aure una audiens irregularis non eſt. cap. 47. numer. 8.pag.189.

Aures partes corporis ſunt,& membra dicuntur.capi. 4.§.4.num.1.pag.16.

Aures perforatas habens,an irregularis ſit.cap.48. num.11.pag.191.

Auriga,muliones,ſi impetu equos muloſve impellãt,et aliquos opprimant non admonitos prius, ita ut inde euadere poſſint,irregulares efficiuntur,ſi mors,mutilatiove interueniat.cap.21.num.3.p.105.

B

BALBI, ſeu Bleſi irregulares ſunt,ubi ſcandalum darent loquendo. cap.57.nume. 10.pag.189.

Bannitum occidens, quem licet impunè occidere irregularis eſt.cap.4.§.1.nu. 1.pag.14.

Baptiſmum,qui non ſuſcepit,irregularis propriè non eſt. cap.66.§.1.num.8.p.250.

Baptiſmo an tollatur irregularitas contracta homicidij cauſa ante baptiſmum.uid.uerb.Homicidij commiſſi.

Baptiſmo,qui initiati non ſunt, irregulares proprie dici nequeunt.cap.1.num.5.p.2.

Baptiſmum differens,& in periculo mortis conſtitutus baptiſmum ſuſcipiens,an,& quando irregularis ſit. cap.2.§.3.num.1.pag.6.

Baptiſmus ab hæretico collatus an valeat.cap.34.num. 2.pag.147.

Baptiſmus an adminiſtratus ſit nec ne dubitans,quid facere debeat,uel facti,uel iuris dubitatio ſit, & quid ſit dubitatio iuris,& facti. capitu.35.§.3. nume.5. pag.151.

Baptiſmus

Baptiſmus,confirmatio,& ordo iterari nequeunt.capi.35.num.1.pag.151.

Baptiſmum iterum recipiens cum eſſet legitimè baptizatus,irregularis efficitur.eod.num.2.ead.pag.

Baptizatus qui non eſt ſi ordinem ſuſcipiat,an fiat irregularis.cap.38.§.1.num.3.pag.163.

Baptizatus ab hereticis irregularis eſt,ſi baptizatus rationis vſum habeat.ibid.num.3.

Baptizatus ab hæretico,vbi periculum mortis adeſt,irregularis non fit,vbi alium non habet, qui eum baptizet.eod.num.4.pag.148.

Baptizatus an eſſe debeat,vt quis irregularis ſit.ca.67.num.4.pag.251.

Baptizatus domi legitimè in Eccleſia debent ſuppleri reliqua,& non iterum baptiſmum conferri.cap.35.§.3.num.3.pag.151.

Baptizans eum,quem ſcit baptizatum eſſe legitimè,irregularis eſt,quamuis ſub conditione eum baptizet.eo.num.4.ead.pag.

Barba tenentem te,& nolentem eam dimittere,an irregularis fias,ſi eum occidas.uid.verb.Occidens eum, qui te per barbam.

Barba, ideſt capilli mento inherentes,an membra ſint.cap.4.§.1.num.1.pag.17.

Barbæ iniuriæ gratia tenentem ſi occidas,irregularis efficteris.cap.29.§.2.num.3.pag.129.

Bellum dum iuſtum ad ipſum,qui militum delectus habent,irregulares non fiunt.cap.12.§.2.nume.2.pag.69.

Nec qui ad pugnam eos accommodant.ibid.num.3.

Nec qui ad pugnandum, & vincendum hortantur.ibid.num.4.

Nec Tibicines,nec tympanos pulſantes.ibid.num.5.

Non docentes qua ratione hoſtes adoriendi.ibid.n.6.

Non præſtantes arma,& commeatus.ibid.nu.7.

Non vulnerantes modò mors,vel mutilatio non ſequatur.ibid.num.8.

Non ſtantes armati, dum prælium committitur, vt hoſtibus terrorem incutiant.ibid.num.9.

Non denique qui ratione quapiam opem ferunt.ibid.num.10.

Bello iuſto ſi quis hortetur ad pugnam, non fit irregularis,ſecus bello iniuſto,& quamobrem.cap.10.§.4.n.5.pag.63.

Bellum quid ſit.cap.12.num.1.pag.67.

Bellum quotuplex quoad rem noſtram pertinet.eod.nu.2.ead.pag.

Bellum iuſtum quodnam ſit.eod.num.3.ead.pag.

Bellum iniuſtum quodnam ſit,eo.num.4.ead.pag.

Bello iniuſto,ideſt qui in bello iuſto quempiam interficit,aut mutilat,irregularis fit.eod.§.1.num.1.pag.68.

Item qui dat arma ad occidendum,& mutilandum.eo.num.2.ead.pag.

Item qui quacunque ratione ad prædicta opem fert aut re,aut verbis.ibid.num.3.ead.pag.

Bellum dum iuſtum eſt irregularis quis non efficitur,niſi occidat aut mutilet,aut ad hæc opem ferat.eod.ca.§.2.num.1.pag.68.

Bello iniuſto exiſtente,ideſt ſi quis eſt in bello iniuſto irregularis fit,ſi quem occidat,vel mutilet.cap.13.nu.1.pag.70.

Item ſi re opem ferat.eod.num.2.ead.pag.

Bello iniuſto,qui conſilio opem fert, irregularis fit, ſi mors ob id ſequatur,vel mutilatio.eod.nu.4.pa.ead.

Bello iniuſto ſi quis ſuadeat iactum machinæ,vel bombardæ in aliquam arcem,irregularis fit,ſi ob id,qui in arce ſunt,occidantur.eod.num.5.ead.pag.

Bellum iniuſtum quis ſuſcipiens,irregularis fit ob homicidia, & mutilationes in eo facta,& toties,quoties ea fiunt.cap.13.§.1.num.1.pag.71.

Bello illicito qui intereſt,ſi dum prælium ab alijs militibus committitur,ipſe ſarcinas cuſtodit, irregularis fit.eod.num.2.

Bello illicito ſi pars exercitus ſine alia parte homicidium committit,alia pars quæ in inſidijs erat,irregularis non fit,ſi neque re,neque verbis alteri parti opē tulit.eod.num.3.ead.pag.

Bello illicito,qui interſunt,irregulares fiunt omnes, qui in prælium eunt,eſto ab vno tantùm commitatur homicidium.eod.num.4.ead.pag.

Benedictionis,& conſecrationis rerum omnium iteratio,an irregularem quem reddat.uid.verb. Iteratio conſecrationis calicis.

Beneficij Eccl.an irregularis capax ſit.uid.verb. Irregularis Eccl.beneficij.

Beneficij legitimè habiti ante irregularitatem fructus ſuos quis facit,antequam beneficio priuetur.cap.65.§.2.num.1.& 2.pag.247.& Nauar.in conſil.13.de cler.excom.min.

Beneficij collatio prorſus illiterato facta non valet.cap.3.§.3.num.1.pag.11.

Beneficij collatio non omnino illiterato facta,an valeat.cap.eod.& §.eod.pag.ead.

Beneficio an priuari poſſit irregularis.cap.65.§.2.nu.2.pag.147.

Bigamia quid ſit.cap.56.num.1.pag.210.

Bigamia vnde dicta.ibid.num.2.

Bigamus an dicatur,qui non bis,ſed ter quaterque matrimonium contraxit.ibid.num.3.

Bigamus ante diſpenſationem ordinis executionem nō recipit.cap.56.§.5.num.2.pag.218.

Bigamus ſine diſpenſatione ordinem ſuſcipiens, an clericorum priuilegio fruatur.eod.§.5.num.3.pag.218.

Bigamia an contrahatur ante baptiſmum,ſi deinceps ad baptiſmum quis veniat. cap.56.§.6. nume.1. pag.218.

Bigamus diſpenſationem petens ,an exprimere debeat, quoties matrimonium contraxerat, ſi pluſquam bis matrimonium contraxit.cap.56.§.7.nume.3. pag.221.

Bigamiæ ſpecies quot ſint. cap.56.§.1.num.1.pa.211.

Bigamia vera,& propria quid ſit.ibid.num.2.

Bigamia vera contrahitur ex duobus matrimonijs validis.ibid.num.3.

Bigamia quæcunque vt contrahatur,requiritur neceſſario matrimonia contracta conſumentur.ibid.num.4.

Bigamia interpretatiua quid ſit.cap.56.§.2.num.1.p.212.

Bigamia interpretatiua contrahitur, vbi duo matrimonia,quis contraxit,& conſumauit,ſed alterum valide,alterum inualide, aut vtrunque eodem tempore, aut alterum altero ſublato.eod.num.2.

Bigamia interpretatiua contrahitur etiam per matri-

monium

monium contractum cum cognita ab alio vel in forma matrimonij, vel extra, modo & qui cum ea contraxit, eam cognouerit. ibid. num. 3.
Bigamia interpretatiua contrahitur etiã vbi quis Virginem duxit vxorem & ab alio deinceps cognitam, ipſe quoque cognoſcit. eod. nu. 6. p. 213.
Bigamia interpretatiua naſcitur etiam ex pluribus matrimonijs inualidis, ſed etiam conſumatis. eod. ca. 56. §. 2. num. 13. p. 214.
Bigamia interpretatiua cur ſic appelletur. eod. num. 14. pag. 114.
Bigamia ſimilitudinaria quid ſit. cap. 56. §. 3. num. 1. pag. 215.
Bigamia ſimilitudinaria contrahitur ab ijs, qui ſe voto ſolemni obligarunt, ideſt aut ordini ſacro, aut profeſſioni in aliqua religione. eod. nu. 2. p. ead.
Bigamia ſimilitudinaria an vera, interpretatiuave bigamia ſit. ibid. nu. 3. p. ead.
Bigamia vera irregularem quem reddit. eod. cap. 56. §. 4. num. 1. pa. 216.
Bigamia interpretatiua irregularem quem reddit. ibid. num. 2.
Bigamia ſimilitudinaria irregularem quem reddit. ibidem num. 3.
Bigamia cur irregularem quem reddat. ibid. num. 4.
Bigamus cuiuſque ſpeciei ordinem ſuſcipit, ſi ei conferatur. cap. 56. §. 5. num. 1. pag. 217.
Bleſi an irregulares ſint. vid. uerb. Balbi.

C

CADENS è tecto ſi quem occidat irregularis non ſit. cap. 28. nu. 2. p. 126.
Campanas pulſans interdict. Eccleſi. tempore, irregularis non efficitur, ſi abſque ſua culpa tintinabulum cadens quem occidat. cap. 18. §. 1. nu. 5. pag. 95.
Campanas pulſantes an irregulares fiant, ſi tintinabulũ cadens, quem occidat. cap. 21. num. 9. p. 105.
Campanas pulſantes, dum ad mortem reus ducitur, an irregulares fiant. cap. 11. §. 6. num. 1. p. 65.
Campanas pulſantes ad arma, vnde homines congregati homicidium committunt, an irregulares fiant. eod. num. 2. p. 66.
Campanas pulſantes ad homicidia, irregulares fiunt, ſecutis homicidijs. eod. nu. 3. p. 66.
Canem in aliquem irritando, an irregularis fiat, ſi canis eum occidat, uel mutilet. cap. 18. §. 2. nu. 8. p. 98.
Cantores laici, qui miſſæ partes aliquas cantant, irregulares non fiunt. cap. 37. nu. 11. p. 162.
Capere ſi quis te vult, non vt te occidat, ſed vt pro ſeruo te vtatur, an irregularis fias, ſi aliter te tueri nequeas, niſi eum occidas. cap. 31. nu. 3. p. 140.
Capiendum curans furem ob leuem cauſam, quæ non meretur pœnam ſanguinis, irregularis non fit, ſi iudex ob aliam cauſam ſanguinis pœnam inferat. capit. 6. §. 4. num. 2. pa. 36.
Capiens reum, qui ſibi damnum dedit, ſi eum iudici tradit, quò ſuum recuperet, irregularis non fit, ſi proteſtetur ſe ad vindictam ſanguinis eum non tradidiſſe. ca. 6. §. 6. num. 2. p. 38.
Capientes reum, conſtringentes, in carcerem ducentes, in carcere incluſum cuſtodientes, eundem torquentes, dum quæſtio fit ad veritatem eruendam, aſſociantes reum, dum ad mortem ducitur, hi omnes ſecuta morte, mutilationeve irregulares fiunt. cap. 11. §. 1. num. 1. pag. 58.
Capilli capitis an membra ſint. cap. 4. §. 5. nu. 2. p. 17.
Capita duo habens irregularis eſt. cap. 48. §. 1. nume. 2. pag. 192.
Capitis dolore affectus an irregularis ſit. capit. 53. §. 2. nu. 11. p. 202.
Captus ab hoſtibus an occidere poſſit ſine irregularitate, qui eum detinet. cap. 31. nu. 3. p. 140.
Captus ab hoſtibus, vel inimicis, qui volunt eum interficere, an antequã eum aggrediãtur, occidere ipſos poſſit ſine metu irregularitatis. cap. 29. §. 8. n. 2. p. 133.
Caput tremulum habens an irregularis ſit. cap. 54. §. 2. num. 4. pag. 205.
Carcere arcto nimis, vel tetro, ac demum tali reũ quis continẽs, vnde celerius moriatur, an irregularis fiat, vid. in verb. Iudex irregularis fit, qui carcerem.
Carnifex, qui mortem, membri ve mutilationem infert, irregularis eſt. cap. 11. §. 2. nu. 1. p. 59.
Cartilago, quæ aures ambit, an membrum ſit. cap. 4. §. 5. num. 2. pa. 17.
Caſtigare correctionis gratia poſſunt, qui iuriſdictionem fori exterioris habent ſuos ſubditos, & quinam ſint hi. vid. in cap. 20. nu. 1. vſque ad nu. 8. p. 103.
Cæcus irregularis eſt. cap. 46. nu. 3. p. 188.
Celebrans diuina officia in loco interdicto irregularis fit. vid. verb. Interdicto exiſtente.
Charitatis debitum quid ſit. cap. 23. nu. 1. p. 109.
Charitatis debito quinam teneantur. ibid. nu. 2.
Charitatis debitum omitteus an peccet. ibid. nu. 3.
Charitatis debitum omittens an irregularis fiat, ſi ob id mors, membri ve mutilatio contingat. ibid. nu. 4.
Chartas luſorias ſi quis faciat contra prohibitionem, irregularis nõ fit, ſi ipſis quis ludens, quem occidat. ca. 18. §. 1. num. 7. p. 95.
Chiragra laborans an irregularis fiat. vid. verb. Podagra.
Chiragra quid ſit. cap. 53. §. 1. nu. 4. p. 201.
Chirurgus an irregularis ſit, ſi ob eius imperitiam uel negligentiam ægrotus moriatur. cap. 19. §. 2. num. 1. pa. 101.
Chirurgi officio ſacerdos fungens irregularis fit, ſi quẽ inciderit, & ſine ſua culpa inciſus moriatur. cap. 18. §. 1. nu. 8. p. 95.
Chirurgus an irregularis fiat, ſi membrum abſcindat. eod. num. 2. p. ead.
Chirurgum adiuuans dum membrum cuipiam abſcindit, irregularis non efficitur, vel clericus ſit. eod. nu. 4. pa. ead.
Chirurgus ſacerdos fieri poteſt, modo conſcientia eum non mordeat ſua culpa quem mortuum eſſe, vel mutilatum. eod. nu. 5. ead. p.
Chirurgus dubitans an membrum abſcindendum ſit, an irregularis fiat, ſi id facit, & abſciſſus moriatur. eod. num. 6. p. ead.
Chirurgus, qui non eſt expertus an ſi volentem ægrotum abſcindat irregularis fiat, ſi deinceps moriatur. eod. num. 8. p. 102.

Chriſtianus

Chirurgus laicus,cui in pœnam prohibitum eſt, ne chirurgi officio fungatur,irregularis non fit, ſi eo officio vtatur, & non ſua culpa, ſed ægroti mors ſequatur. eod.num.3.pag.95.
Chriſtianus an eſſe debeat,quo irregularis fiat, qui eum occidit,mutilatve.cap.4.§.1.num.1.pag.13.
Chriſtianæ fidei gratia ſi quis vt mortem ſubeat, ſuadet,an irregularis fiat.uid.verb.Conſulens cuipiam, vt pro Chriſti fide.
Circulatores an ſint irregulares,& infames infamia iuris ipſo facto.uid.verb. In ſcenam prodeuntes.
Ciuili cauſa mota, ſi mors mutilatiovè interueniat, irregularis non fit actor.cap.6.§.4.num.4.p.37.
Ciuilem cauſam ſi certo ſcio me mouere non poſſe ſine ſanguinis pœna,an fiam irregularis,ea mota. uid. in verb. Proteſtatio an ſit neceſſaria in cauſis ciuilibus.
Clamando,qui poterat èuadere mortem iniuſtam, irregularis fit qui ſuadet ei, qui ipſum captiuum habet, vt os ei claudatur.cap.23.§.4.num.10.pag.117.
Clamanti in periculum conſtituto an irregularis fiat is, qui ei opem ferre poteſt,ſi non ferat.cap.23.§.4.nu.4.pag.117.
Claudus,qui ad altare ſine bacculo ire nequit,irregularis eſt.cap.47.num.17.pag.190.
Claudus,qui ſine baculo ad altare ire poteſt,irregularis non eſt.ibid.num.18.
Claudum ſe faciens irregularis eſt. cap.51.num.5.pag.196.
Claues carceris afferentes,vt inde reus ad mortem ducatur,hoſtium carceris aperientes,vel quomodo aperiatur docentes, ob eandem cauſam irregulares ſunt. eo.num.2.ead.pa.
Clericus accuſando ſine proteſtatione,non ſolum fit irregularis,ſed etiam peccat,ſi mors ſequatur.cap.6.§.6.num.2.pa.39.
Clericis quæ venationes probibitæ.cap.22.num.13.pa.108.
Clericus irregularis fit,ſi fugiendo potuit mortem euadere,ſed maluit ſuum inuaſorem occidere.cap.29.§.7.num.2.pag.132.
Clericus concubinarius notorius an irregularis ſit. ibi. num.2.
Clericus irregularis non fit,ſi in bello iuſto pugnãs quem percuſſit,modo neminem occiderit, uel mutilauerit, quamuis ab alijs multi Occiſi ſint.cap.19.§.1.num.2.pag.95.
Clericus uenationi prohibitæ ob periculum mortis,mutilationisvè operam dãs, irregularis efficitur, ſi quem piã caſu occidat, eſto diligentiam omnẽ adhibuerit. c.18.§.1.num.9.pa.95.
Clericus ſecularis dimittens habitum,an irregularis ſit. c.36.§.4. num. 6.pa.158.
Clericus concubinarius proprie quiſnam dicatur.c.43.§.3.num.1.pa.177.
Clerici,qui interſunt,vbi vindicta ſanguinis exercetur, an irregulares fiant,vbi nullum fauorem præſtant.c.1.§.3.num.2.pa.24.
Clerici an peccent,ſi interſint, vbi ſententia ſanguinis exercetur.eod.num.3.ead.pa.
Clerici qui interſunt,vbi vindicta ſangui nis exercetur. quo hortentur reũ,vt forti animo mortem ſuſtineat, & vt in fide contineat,merentur eod.nu.4.ead.pa.
Clerici qui ſcandalum tribuunt, ſi interſint,dum pœna ſanguinis exercetur, vel ea re ſine iuſta cauſa oblectentur peccant.eod.num.5.pa.25.
Clerici etiam iudices ſanguinis ſententiam ferentes grauiter peccant.cap.5.num.3.pag.22.
Clerici vbi fiunt irregulares,ibi & laici, & econtrario. cap.6.§.3.num.2.p.35.
Clerici quicunque iuriſdictionem habentes, vel ratione Eccleſiæ vel patrimonij,vel alia ratione, irregulares non fiunt,ſi eam iuriſdictionem cuipiam mandẽt, aut ſpeciatim aliquam cauſam eiuſdem iuriſdictionis hac forma,vt eam cognoſcãt, & iuſtitiam faciant,ſi contingat inde mortem, aut membri mutilationem ſequi.cap.5.§.8.num.6.pa.30.
Clerici iuriſdictionem temporalem habentes etiam ad tempus,irregulares non fiunt,ſi cauſam committant, vt proxime diximus,eſto mors ſequatur.eod.num.7. ead.pa.
Clerici obligati ob adminiſtrationem,non fiunt irregulares.cap.58.§.1.nu.8.pa.227.
Clinici quinam ſint. cap.2.§.3.num.1.p.6.
Collatio beneficij Eccl.hic irregulari facta non valet.c.65.§.1.num.1.pa.246.
Etiam ſi ſit ſimplex beneficium.ibid.num.2.
Etiam ſi penſio.ibid.num.3.
Nec fructus ſuos facit.ibid.num.4.
Comici an ſint irregulares.vid.verb.In ſcenam prodeuntes.& ibid.an ſint infames infamia iuris,
Committens iudici,vt quem morte mutilationevè afficiat,an irregularis fiat.cap.5.§.8.num.12.pa. 32.
Committantes reum,dum ad mortem,vel ad mutilationem ducitur,an irregulares fiant. uid.in verb. Milites.
Commitialis morbus quid ſit, & cur ſic nominetur.ca. 54.§.1.nu.4.pa.204.
Commitialis morbus vario nomine nominatur.ibid.nu. 5.pa.204.
Commitiali morbo laborantes irregulares ſunt,& quã obrem.ibid.§.1.num.1.pa.203.
Etiam ſi poſt ſuſceptos ordines in hunc morbum incidant.ibid.num.2.pag.204.
Etiam ſi raro corripiantur hoc morbo. ibid. num.3.p. 204.
Compatres an irregulares ſint,qui ſuſceperunt puerum baptizatum,vbi iterum baptizatur.cap.35.§.3.nu. 6.pag.151.
Conatus mutilare quempiam vel occidere, irregularis non eſt,ſi ea non ſequantur.cap.5.§.4.num.4.p. 26.
Conatus occidere aliquem,an irregularis ſit,ſi eum non occidat,aut mutilet.cap.14.§.5.num.10.pag. 77.
Concionator ſuadens mortem contemnendam, non fit irregularis,ſi quis ob id ſe interimat. cap. 16.num. 11. pag.86.
Concionatores,animarumque curã gerentes,an irregulares fiant,ſi ob publicas reprehenſiones à iudicibus comprehenſi morte afficiantur.cap.6.§.10.num.1. pa.44.
Concubinarius clericus notorius an irregularis ſit. uid. verb.clericus concubinarius notorius.
Concubinarius clericus quinam dicatur.uid.verb.Clericus concubinarius.

Concurſus

Concurſus ad beneficium ſi fiat,& concurrenti iniuria inferatur,appellare poteſt.cap.3.§.3.num.3.pa. 12.

Condemnatus ob dolum fit infamis,mandatarius , & mandans.vid.verb.Mandatarius ob dolum,& ver. Mandans.

Condemnatus furti infamis fit.vid.verb.Furti damnatus.

Etiam Vi bonorum condemnatus.vid.verb. Vi bonorum.

Etiam De iniuria.vid.verb. Iniuria, ideſt de iniuria.

Etiam Actione ſepulchri violati .vid.verb. Sepulchri violati.

Etiam de præuaricatione .vid.verb. Præuaricatione, ideſt de prævaricatione.

Condemnatus de crimine publico infamis fit.cap.60.§. 3.num.1.p.232.

Condemnatus de calumnia.vid.in verb.Calumnia.

Conducti mercede ad tuendum, ſi non defendunt, quos debent irregulares fiunt.cap.12.§.3.nu.5. pag.114.

Confeſſarius ſuadens reo,vt delictum confiteatur, vnde mors eius interuenit,an irregularis fiat. cap.16. nu. 12.pag. 86.

Confirmationis ſacramentũ iterans,an irregularis fiat. cap.35.§.4.nu.1.p.152.

Conſecrationum calicis,altaris,& rerum omnium iteratio,an irregularem quem reddat.vid.verb.iteratio conſecrationis eccleſiæ.& verb.iteratio conſecrationis calicis.

Conſecrationis Euchariſtiæ iteratio,an irregularem reddat.vid.verb.Iteratio conſecrationis calicis.

Conſpicillis vtens an ſit irregularis.vid.verb. Videndi gratia.

Conſilium dans alicui,vt quempiam occidat, vel mutilet, an irregularis fiat,ſi cõtingat eum occidi,vel mutilari, cui conſilium hoc dedit.ca.16.§.8.num.1.pa. 91.

Conſilium reuocans,quod dederat ad homicidium;mutilationẽve committendam,an irregularis fiat,ſi nihilominus is,qui conſilium habuit,homicidium mutilationemve committit. eod.cap.§.9.num.1 .pa.92.

Conſilium qui dedit ad homicidium mutilationemvè faciendam,irregularis non efficitur,ſi neutrum prædictorum ſequatur.eod.num.2.pa.ead.

Conſilium dans,ſeu ſuadens mulieri prægnanti,vt abortum curet,quò ſe à morte liberet , vbi nulla ratione alia eam vitare poteſt,an irregularis fiat ,ſi abortus ſequatur.eod.cap.§.3.num.1.pa.88.

Conſilium dare quis dicatur.cap.16.nu.1.p.84.

Conſilium dans ad homicidium mutilationemve,ei,qui alias hæc facturus non erat irregularis eſt.eod.num. 2.pa.ead.

Conſilium dans,vt quid periculoſum agat,quo mortem vitet,an irregularis fiat,ſi mors ſequatur.eod.nume. 10.pa.86.

Conſilium habens ab aliquo,vt quem occidat,ſi occidatur,an irregularis fiat,qui conſilium dedit. vid.uer. conſilium dans alicui,vt quempiam.

conſulens,ſeu ſuadens cuipiam volenti liberare quem à morte,ne id faciat,an irregularis conſulens ſit . eod. cap.§.4.num.1 .p.89.

conſulens cuipiam,ut pro Chriſti fide tuenda martyriũ ſubeat,an irregularis fiat.eod.cap.§.5.num.1.p.89.

conſulens cuipiam,vt pro patria moriatur, an irregularis fiat.eod.nu.2.p.90.

conſulens quidpiam,quod licitum eſt,nec mortem,mutilationemve affert,an irregularis fiat,ſi is, cui conſilium datum eſt,conſilij terminos egreſſus quem deformet.eod.cap.§.6.nu.1.p.90.

conſulens cuipiam volenti ſuos hoſtes fugere ne fugiat, promittens ei ſecuritatem,an irregularis fiat ,ſi inimici venientes eum interfecerunt, aut mutilarunt. eod.cap.§.7.nu.1.p.91.

conſulens iactum machinæ eo,vbi homines ſunt,irregularis fit,ſi mors ſequatur.cap.16.nu.3.p. 85.

conſulens vt furtim arx capiatur, an irregularis fiat ſi mors ſequatur.eod.nu.4.p.ead.

conſulens delictum,vnde mors ſequatur, irregularis efficitur.eod.nu.6.p.ead.

conſultus aliquis qua pæna fur,homicidave afficiendus ſit,an irregularis efficiatur,ſi reſponderit morte afficiendos eſſe,& iudex eius conſilium ſecutus, morte ipſos afficiat.cap.9.§.2.nu.1.p.52.

conſulens,vt lege,ſtatutovè caueatur , vt pro tali delicto mors,membrive mutilatio inferatur, irregularis non fit, ſi aliquis iudex deinceps ſecundum illud ſtatutum,vel legem quem puniat.eod.nu.2.pa 53.

conſultus generatim,qua pæna fur,homicidave puniendus ſit,irregularis non fit,ſi morte afficiẽdos aſſerat, modò tunc caſus talis non pendeat,eſto deinceps eueniente caſu,iudex eius ſententiam ſecutus,mortis pænam inferat.eod.n.6.p.53.

conſultus à iudice qua pęna fur,quem in carceribus tũc habet,afficiendus ſit,irregularis non efficitur,ſi pęna mortis afficiendum reſpondeat , ſi iudex id quæſiuit, non quia ipſe id ignoraret,ſed quia volebat periculum facere,an conſultus id ſciret , & ipſe iam deliberauerat eum morte afficere.eod.nu.7.ead. p.

conſulens mulieri prægnanti abortũ,an irregularis fiat. eod.§.2.nu.2.p.87.

copiſtæ proceſſus criminalis irregulares etiam fiunt.ca. 8.num.4.pag.47.

Correctionis gratia qui caſtigare poſſint.vid.ver.Caſtigare correctionis gratia.

Cornua habens irregularis eſt.cap.48.§.1.num.1.pag. 192.

Conuiuium lautum,qui fecit,irregularis non fit,ſi quis ſe ingurgitauit,vt crępuerit.cap.28.nu.5.pag.126.

Criminales cauſæ,aut ciuiliter,aut crimiualiter agũtur. cap.6.§.1.num.1.pa.34.

Criminalibus in cauſis,quando criminaliter,aut ciuiliter agi dicantur cap.eod.num.2.ead.pa.

Crucem amouens à facie rei,vt e ſcala deijciatur,irregularis non fit.cap.11.§.5.num.2.pag.65.

Curator furioſi permittens eum aliquem occidere,an irregularis fiat.cap.23.§.3.num.16.pa.115.

Currẽs poſt alterum,an irregularis fiat,ſi is, poſt quem currit,cadat,& moriatur.cap.22.num.9. pa. 107.

Curiales quinam ſint.cap.59.num.1.pa.228.

curialium quot ſpecies. ibid.num.2.

curiales vnde dicti ſint.eod.num.3.pa.229.

curiales irregulares ſunt.cap.59.§.1.num.1.pag. 229.

curiales cur irregulares ſunt.ibid.num.2.

curſu pedibus , vel equo ſe exercens,ſi ob eam cauſam

aut moriātur, aut mutilentur, an irregulares ſint, qui curſus auctores fuerunt cap.22.num.8.pag. 107.

cuſtodes ciuitatis non defendentes quos debent, irregulares fiunt.cap.23.§.3.num.4.pa.114.

cuſtodes viarum non facientes id quod facere debent, quando irregulares fiant.cap.23.§.3.num.8.p.115.

cuſtodientes ægrotos, an irregulares fiant, ſi quid eis præſtent, quod mortem afferat.cap.19.§.3.num.2.pag. 102.

D

DAMNATIONE facta alicuius ad metallum, irregularitas non contrahitur.cap.5.§.7.num.1.pa.29.

Damnum datum ab aliquo, quod ex officio charitatis debebamus, & poteramus, an reſtitui a nobis debeat.cap.23.num.4.pa 110.

Dans arma ad occidendū, & mutilandum in bello iuſto, an irregularis ſit.vid.verb.Bello iniuſto.

Dare arma alteri an liceat, quo ſe tueatur.vid.verb. Defendere ſe non potens.

Dare arma ad occidendum.vid.ver b.Bello in iuſto.

Debilitans membrum an ſit irregularis, ſi illud non abſciderit.cap.4.§.6.num.1.p.19.

Debitum iuſtitiæ quodnam ſit.cap.23.§.1.num.1.pag.111.

Debitum iuſtitiæ quid comprehendat.ibid.num.2.

Debito iuſtitiæ qui teneantur defendere.ibid.num.3. vſque ad num.12.

Debitum iuſtitiæ omittens, quamobrem mors, mutilatiove interuenit, an peccet.cap.23.§.2.num.1 pa. 113.

Defendendo ſe, ne quis morte afficiatur, irregularis non efficitur, vbi aliter mortem euadere non pōt.cap.29.nu.1.pag.127.

Defendere ſe quocunque iure permiſſum eſt.ibid. nu. 2. ead pa.

Defendere ſe contra furioſum, dormientemve quis poteſt, etiam eos occidendo.ibid.num.3.pa.ead.

Defendere ſe non potens quin occidatur, irregularis nō efficitur, ſi alteri det arma quo ſe tueatur, vel ſi vocet quempiam, vt ſibi opem ferat.cap.29.§.6. nu. 1. pag.131.

Defendens alium, qui ſe non poteſt per ſe defendere, ne occidatur, irregularis efficitur, ſicut etiam ſi præbeat arma ei, quo ſe per ſe tueatur.ibid.num.2. pa. 132.

Defendere ſe potens ne occidatur fugiendo, an irregularis fiat, ſi maluit aggreſſorem occidere, quam fugere. eod.cap.§.7.num.1.pag.132.

Defenſionis ſui gratia an liceat arma alteri arripere, quibus arreptis eorum dominus occiditur.cap.29.§.8.n.1.pag.133.

Defenſionis gratia an occidere poſſit aliquem ex ſuis inimicis, vbi tamen pro certo non habet ſe mortem euaſurum.eod.cap.& §.num.3.pag.134.

Defendere ſe, vbi aliter non poteſt contra iudicem, vbi illicitè mortem inferre conatur, eum occidendo, an liceat.vid.verb.Iudicem occidere.

Defendens ſe ab aliquo, an poſſit eum licitè interficere ſine irregularitatis metu, quando aliter ſe tueri non poteſt, ſi nouit aggreſſorem in mortifero peccato eſſe.c.29.§.11.nu.1.p.135.

Defenſionis gratia homicidium factum, vel mutilatio, an probari debeat, vel præſumatur.eod.cap.§.12.nume.1.p.136.

Defendendo ſe ſi quis quempiam occidat, & ſi irregularis non ſit, debet tamē à iudice prius id declarari, antequam obeat functiones Eccleſiaſticas.c.eod.§.12.num.2.p.ead.

defenſionis gratia ſe quempiam occidiſſe, mutilaſſe ve, qua ratione probetur.eod.cap.§.13.nu.1.p.137.

Defenſionis gratia quando quis occidiſſe, mutilaſſe ve dicatur.ibid.nu.2.p.ead.

Defenſionis rerum gratia ſi quis furem occidat, aut mutilet, vbi non licet, irregularis efficitur.cap.31.num.1.pa.139.

Defenſionis rerum gratia ſi quis furem occidat, vbi id à iure permittitur, an irregularis fiat.ibid.numer.2.p.140.

Defendendi alterius gratia à morte, an liceat quem occidere ſine irregularitatis periculo, vbi aliter eum defendere quis non poteſt.cap.32.nu.1.pa.141.

Defendendi parentes gratia à morte, an liceat quem occidere ſine irregularitatis nota.ibid.nu.2.ead. p.

Defendendæ Chriſtianæ fidei gratia, ſi quempiam quis occidat, irregularis fit.eod.cap.nu.3.p.142.

Defectus corporis.vid.verb.Vitium corporis.

Deferens dicta ab aliquo in aliquem, vel iniuriam factā ei, irregularis fit, ſi ob id homicidium ſequatur.capi.11.num.6.p.57.

Deferens delictum, quod deformationem non meretur, exiſtimat tamen iudicem reum deformaturum, an irregularis fiat.cap.6.§.4.nu.6.p.37.

Degradatio quid ſit.cap.40.§.5.nu.2.p.170.

Degradatus ordinem confert.cap.40.§.5.nu.3.p.170.

Degradatus an irregularis ſit.vid.verb.Depoſitus, aut degradatus.

delatores delictorum fiunt irregulares, qui creantur in villis, & huiuſmodi locis.eod.nu.8.p.43.

delicto facto opem ferens, an irregularis fiat.vid.verb.Opem ferens homicidis.

Delicta publica quænam ſint.cap.60.§.3.nu.2.pa.232.

delicta quædam irregularem quem reddunt, vbi manifeſta notoriave ſunt, non autem, vbi occulta.cap.43.num.1.p.173.

delicta quænam ſint, quæ irregularem non reddunt, quāuis notoria ſint.cap.eod.§.2.nu.2.p.175.

delictum notorium quodnam ſit.vid.verb. Notorium delictum.

delicta notoria quamobrem irregularem quem reddāt.vid.verb.Notoria delicta.

Delicta enormia, quæ & diuino, & naturali iure pro talibus ſunt, occulta, nō reddunt quem irregularem, niſi ſpeciatim id caueatur.cap.43.§.2.num.3.p.175.

delicta facienda denunciari an poſſint cum proteſtatione ſine metu irregularitatis.vid.in uerb.denuncians delictum committendum.

delicta aliorum referens in communibus congreſſibus an irregularis fiat, ſi inde mors ſequatur.vid.ver.dicens in communibus.

dæmoniaci irregulares ſunt.cap.55.n.2.p.205.

dæmoniaci an ad ordines minores ſaltē admitti debeāt.eod.num.2.pa.206.

Dæmoniaci

Dæmoniaci à dæmonibus liberati, an ad ordines admitti poſſint. eod. num.4.p.ead.
Dæmoniaci functiones Eccleſiaſticas obire nequeunt, eſto poſt ſuſceptos ordines à dæmone vexentur. ibid. num.5.pa.ead.
Dæmone oppreſſi poſt ordines ſuſceptos functiones Eccleſiaſticas obire poſſunt, vbi liberati ſunt.ibid.num. 6.pa.ead.
Dæmone, an liberatus quis ſit necne, ubi dubitatur, quid faciendum ibid.num.7.ead.pa.
Dæmoniaci quinam ſint.ibid.nu.8.
Denuncians delictum committendum in graue reipublicæ detrimentum, aut proximi, ſi proteſtetur, irregularis non fit.cap.6.§.9.nu.6.p.42.
Denunciare qui tenetur ex officio delicta committenda, & non denunciat, irregularis fit.cap.23.§.3.num.7. pag.114.
Dentes an membra ſint.cap.4.§.5.num.5.pa.18.
Dentibus carens irregularis non eſt.cap.49.num.6.pa. 193.
Dentes extra os eminentes habens, irregularis eſt.c.50. num.3.pa.194.
Deportatione alicuius in Inſulam non contrahitur irregularitas. cap.5.§.3.num.1.pag.29.
Depoſitio quid ſit.cap.40.§.5.num.1.pag.170.
Depoſitus aut degradatus irregularis fit, ſi ordinem ſuſcipiat.cap.42.num.3.pag.172.
Depoſitarius condemnatus ob dolum, infamis eſt.ca.60. §.2.num.4.pa.231.
Diaconus benedictionem tribuens, vt ſacerdos, irregularis eſt.cap.37.num.4.pag. 161.
Dicēs in cōibus congreſſibus ſe audiſſe Titium, exempli gratia, adulteriū commiſiſſe cū uxore talis, vel Titiū furtum commiſſiſſe, vel alicubi exules eſſe, an irregularis fiat, ſi prius delictum aliquis audiens marito deferat, vnde maritus vxorem occidit, vel duo poſteriora iudici quis defert, vnde & fur, & exules ſuſpenduntur.cap.22.num.14.pag.108.
Dicens multa mala hic faciet, ſi vinct, vel vtile eſſet, ſi occidatur, irregularis fit, ſi quis hac re ductus id faciat.cap.16.num.7.pag.85.
Digiti an membra ſint.cap.4.§.5.num.3.p.17.
Digiti abſcindens cuipiam, cuius abſciſſio ne, irregularis fit, cui abſcinditur, an irregularis efficiatur.c.4.§.7. num.1.pa.20.
Digitos plures habens, ſcilicet ſex in ſingulis manibus, vel plures ſimul iunctos, an irregularis ſit.c.50.n.5. pag.194.
Digitos ſuperfluos habens, qui ſine vitæ periculo eos ſibi abſcindit, irregularis non eſt.cap.51.n.8.pa.196.
Digitis omnibus carens, indice polliceque vtriuſque manus exceptis, irregularis eſt ob manuum deformitatem.cap.47.num.13.pag.189.
Digitis his pollice, & indice ſimul iunctis communi vngue, an irregularis quis fiat.cap.48.num.14.pa.191.
Digitis hiſce carens, ſcilicet indice & pollice, irregularis eſt, cap.49.num.3.pag.193.
Diſpenſare cum irregulari ob infamiam iuris Romanus Pont.poteſt.cap.60.§.5.num.1.pa.234.
Diſpenſare Epiſcopus cum irregulari ob infamiam quādo poſſit.ibid.num.2.
Diſpenſare quis poſſit cum corpore vitiatis.ca.52.§.3. num..pag.200.
Diſpenſare quis poſſit cum irregulari, qui interdicto exiſtente in aliquo loco, diuina officia, ſacramentaque prohibita ibi celebrauit, atque adminiſtrauit.cap.42. §.1.num.2.pa.173.
Diſpenſare quis poſſit cum eo, qui ordinem ab eo ſuſcepit, qui eſt ſuſpenſus, vel interdictus.ca.40.§.2.n.5. p.168.
Diſpenſare quis poſſit cum eo, qui ordinem ſuſcepit ab hæretico, vel ſchiſmatico.eod.cap.§.3.nume. 3. pag. 169.
Diſpenſare quis poſſit cum irregulari ob ſimoniam. cap. eod.§.4.num.9.pag.170.
Diſpenſare an poſſit Epiſcopus, cum irregulari, qui iuſtè, & auctoritate publica homicidium commiſit, vel in iudicio, vel in bello iuſto.cap.33.§.1.numer. 1. pag. 143.
Diſpenſare cum hoc homicida Romanus Pont. poteſt. ibid.num.2.ead.pag.
Diſpenſare an Epiſcopus poſſit cum homicida voluntario & iniuſto cum dolo, vbi manifeſtum eſt.cap. 33. §.2.num.1.pa.144.
Diſpenſare quis poſſit cum eo, qui baptiſmum diſtulit, & ſe baptizandum curauit metu mortis.cap.2.§.3.nu. 2.pa.7.
Diſpenſare cum illiterato Epiſcopus non poteſt.ca.3.§. 1.num.2.pag.8.
Diſpenſare cum illiterato Romanus Pont.poteſt, & quo modo.eod.num.3.ead.pa.
Diſpenſare cū illiterato, qui non omnino illiteratus eſt, quis poſſit. eod.§.2.num.3.p.10.
Diſpenſare quis poſſit cum irregulari ob ſuſceptionem ordinum à degradato vel depoſito.cap.40.§.5.nu. 5. pa.171.
Diſpenſare quis poſſit cum eo, qui cum eſſet excommunicatus, cenſurave alia irretitus diuina ex officio, ac ſolemniter celebrauit .cap.41.num.2.pag. 171.
Diſpenſare quis poſſit cum irregularis, qui excommunicatus, ſuſpenſus, & interdictus ordines ſuſcepit. cap. 42.num.1.pag.172.
Diſpenſare cum illegitimè nato ad ordines ſacros, & dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica animarum curam habentia Romanus Pont. tantum poteſt.c.44. §.2.num.1.p.181.
Diſpenſare ad ordines minores cum illegitimè nato Epiſcopus poteſt, & ad beneficium ſimplex, non tamen ad canonicatum.ibid.num. 3. ead.p.
diſpenſare Epiſcopus cum illegitimè nato, vel id occultum ſit, non poteſt.ibid.nu.4.p.182.
Diſpenſare tacito Epiſcopus cum illegitimè nato non poteſt.ibid.num.5.
Diſpenſare cum irregulari ob ætatem quis poſſit.ca.45. §.1.nu.2.p.186.
Diſpenſare an Epiſcopus poſſit cum homicida voluntario occulto.cap.33.§.2.nu.2.p.144.
Diſpenſare cum irregularitate orta ex homicidio caſuali manifeſto, Summus Pont.tantum poteſt.eod.ca.§. 3.num.3.p.146.
Diſpenſare cum irregularitate orta ex homicidio caſuali occulto Epiſcopus poteſt.ibid.num.4.p.147.
diſpenſare quis poſſit cum irregulari ob baptiſmum ſuſceptum ab hæretico.cap.34.nu.6.p.148.

diſpenſare

Diſpenſare quis poſſit cum irregulari ob iterationem baptiſmi atque ordinis.cap.eod.§.6.num.1.pag. 154.
Diſpenſare quis poſſit cum hereticis,ſchiſmaticis, & apoſtatis.cap.36.§.5.nu.1.p.158.
Diſpenſare cum ijs,qui morbo affecti ſunt,vnde irregulares ſunt facti,Summus Pont.tantum poteſt.capit. 55.§.5.nu.1.pa.210.
Diſpenſare quis poſſit cum ſeruo.cap.57.§.1.num.1.pa. 223.
Diſpenſare cum quocunque bigamo Rom. Pont. poteſt. vid.verb.Romanus Pont.cum quocunque.
Diſpenſare an Epiſcopus poſſit cum bigamo. vid. verb. Epiſcopi,an diſpenſare poſſint cum bigamo.
Diſpenſare cum libertis quis poſſit.cap.57.§.4.num. 3. pa.221.
Diſpenſare quis poſſit cum eo, qui ad ratiocinia obligatus eſt.cap.58.§.2.num.1.pa.228.
Diſpenſare cum curialibus quis poſſit.cap.59.§.1.num. 4.pa.229.
Diſpenſare quis poſſit cum eo,qui non habet vnde ſe ſuſtentet,vt ordinibus ſacris initietur.cap.61. nume. 4.pa.236.
Diſpenſatio quid ſit.capitul.62.numero 1.pa.237.
Diſpenſatio ad iuriſdictionem pertinet. ibidem.numero 2.
Diſpenſatio in quibus irregularitatibus requiratur.ibidem.num.3.
Diſpenſationem petens ſuper irregularitate, quæ naſcitur ex delicto,an ſpeciem ſpecialiſſimam delicti exprimere debeat.ibid.num.4.p.238.
Diſpenſationem petere pro aliquo irregulari, an quis poſſit ſine mandato.ibid.nu.5.
Diſpenſationis gratiam obtinens, an morte concedentis extinguatur.ibid.num 6.
Diſpenſare quis poſſit cum irregulari, virtute iubilei, quo conceditur poteſtas abſoluendi à cenſuris, & alijs pœnis.ibid.num.7.
Diſpenſationis forma qua ratione concipiatur.ibid.numero 8.
Diſpenſatio in irregularitate quid operetur.ibid.nume. 9.pa.239.
Diſpenſare quis poſſit cum irregulari, ob id,quod ordinum functiones exercuit,quos non habebat. cap.37. num.14 pa.162.
Diſpenſare cum irregulari,quis poſſit ob id,quod per ſaltem ordines ſuſcepit.cap.38.§.1. numero 5.pagin. 163.
Diſpenſare quis poſſit cum eo,qui ordines furtiuè ſuſcepit.cap.39 num.3.pag.164.
Diſpenſare quis poſſit cum eo,qui ordines minores cum ſubdiaconatu eodem die ſuſcepit,& cum eo, qui eodem die plures ordines ſacros ſuſcepit.eod.capit.39. §.1.num.3.pa. 165.
Diſpenſare quis poſſit cum eo,qui ordinem ſacrum ſuſcepit ab eo Epiſcopo,qui renunciauit Epiſcopatui, & dignitati. cap.40.nu.5.pa.166.
Diſpenſare quis poſſit cum eo, qui ordinatus fuit ab Epiſcopo excommunicato.capitul.40.§.1. numero 6.pag.167.
Et quis poſſit cum ordinato per vim à prædicto Epiſcopo.ibid.
Docens in bello iuſto qua ratione hoſtes ſint adoriendi, an irregularis ſit.vid.verb. Bellum dum iuſtum.
Dolo,ideſt de dolo condemnatus ſit infamis.capi.60.§ 4.num.4.p.233.
Dolores omnes,qui impediunt functiones ordinum, irregularem quem reddunt.capitul.53.§.2. numero 12. pag.202.
Dominus,qui non erat ſolitus arma ſummere, nec quem percutere,an irregularis fiat,ſi eum occidat, ſi cum quo vigilans,altercatus erat,& occidere eum conatus fuerat.cap.26.§.1.nu.1.pa.124.
Domino ſuadens,vt ſeruum caſtiget,irregularis non ſit, ſi eum mutilet.capitul.16.§. 6.numero 1.pag.90.
Domini ſeruos caſtigare correctionis gratia poſſunt.ca. 20.num.4.pa.103.
Domini ſeruos ſuos caſtigare poſſunt correctionis gratia.cap.20.nu.4.pa.103.
Dormiens an peccet,ſi quem mutilet,vel occidat.capi. 26.§.1.num.2.p.124.
Dormiens an alijs pœnis afficiatur ab irregularitate, ſi quem deformet.eodem ca.§.1. numero 2. pagi.ead.
Dormiens irregularis non efficitur,ſi quem mutilet,vel occidat.cap.26.num.1.p.123.
Dormiens,ſi conſueuerat dormiendo arma ſummere, percutere,& occidere, an irregularis fiat, ſi quem mutilet,aut occidat.cap.26.numero 2.pagin.123.
Dormiens,ſi hoc animo ad dormiendum iuit,vt dormiẽdo quem occidat,irregularis efficitur. ibid. numero 3.ead.pag.
Dubitans, an baptiſmus adminiſtratus ſit nec ne,quid facere debeat.vid.verb.Baptiſmus, confirmatio.
Dubitans,an abortui cauſam dederit, aliumve quempiam interfecerit,an irregularis ſit.cap.4.§.1.num. 3.pa.14.
Dubitatione exiſtente,an aliquis de vniuerſitate,irregularis ſit,quid dicendum.cap.10.num.7.p.55.
Duo ſponſalia,binaſve nuptias, vel bina matrimonia contrahens infamia iuris infamis ipſo facto eſt. cap. 60.§.1.num.5.p.231.

E

EBRIVS reddens quem,ſi occidat aliquẽ hic ebrius, irregularis ſit. vid.verb.Irregularis ſit,qui quempiam ebrium.
Ebrius ſua culpa irregularis ſit, ſi quem occidat,vel mutilet, vbi ſciebat ſe tunc temporis percutere,& mutilare ſolere.cap.25.num. 4.pag.121.
Ebrius irregularis ſit,qui ob eam rem ſe inebriat, quo impunè peccet,ſi homicidium,mutilationemve committat.ibid.num.5.pa.121.
Ebrius,qui ſe inebriauit ſciens, & commiſſit homicidium,an irregularis fiat,cum non hoc animo ſe inebriauerit,nec talia committere conſueuerit.cap.25. §.1.num.1.p.122.
Ebrius quis dicatur,quoad rem noſtram pertinet. capi. 25.num.1.p.121.
Ebrius non ſit irregularis,ſi quem occidat, ubi alterius dolo ebrius factus eſt.ibid.nu. 2.p.ead.
Ebrium reddens quempiam,qui ebrius factus,ſe, vel alios occidit,an ſit irregularis,qui illum ebrium reddidit.vid.verb.vino ſi quis quem ebrium.

Eccleſia vnum corpus eſt.capitu.36.§.3.num.3.pagin. 156.

Eccleſia militans quæ ſit.ibid.nu.4.

Eccleſiæ caput in terris eſt Romanus Pont. ibid. nu. 5. pag. 156.

Eccleſia polluta ſi quis in ea celebret eo,irregularis non ſit.cap.1.num.2.p.1.

Eccleſia polluitur,ſi mors ibi violenta contingat hominis etiam ſine ſanguine.cap.4.§.2.nu.2.p.15.

Eccleſiæ cõſecrationis iteratio an irregularem reddat. vid.verb.Iteratio conſecrationis Eccleſiæ.

Enormia delicta quando irregularem quem reddant. vid.verb.Delicta enormia.

Enſem ſi quis obliget eunti in locum periculoſum, irregularis fit,ſi occidatur.cap.23.§.4 nu.6.p.117.

Enſe fabricato ex ferro,quod artifex ſurripuit,ſi qui eũ emit,quem occidat,irregularis artifex non fit, cap. 18.§.1.num.6.pa.95.

Epiſcopus diſpenſare poteſt in irregularitatibus ex delicto occulto venientibus.cap.62.§.2.nu.1.p.240.

Epiſcopus diſpenſare non poteſt in irregularitate,quæ ex delicto non occulto eſt.ibid num.2.

Item nec in ea,quæ ad forum contentioſum delata eſt, ſeu cuius delictum ad forum contentioſum delatum eſt.ibid.num.3.

Item nec in ea,quæ oritur ex homicidio voluntario, quamuis occulto.ibid.nu.4.

Item nec in ea,quę non ex delicto naſcitur.ibid.nu. 5.

Epiſcopus in irregularitatibus plurimis diſpenſare poteſt,quæ recenſentur.ibid.nu.6.

Epiſcopi arbitrantur, an patiens defectum aliquem,ad ordines admittendus ſit nec ne.ibid.nu.7.

Epiſcopi,an tacitò diſpenſare poſſint.ibid.num.9.pagi. 241.

Epiſcopus permittens illegitimè ordinatum functiones ordinum exercere,an videatur diſpenſare.ibid. numero 10.

Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum irregulari,qui iuſtè, & auctoritate publica homicidium commiſſit uel in iudicio,vel in bello iuſto.vid.verb.Diſpenſare,an poſſit Epiſcopus.

Epiſcopus arbitratur,quæ deformitas corporis, & quæ vitia eiuſdem ſcandalum afferre poſſint,& cuius corporis defectus functionem ordinum impediat,ubi de his dubitatur.cap.52.§.2.nu.1.p.199.

Epiſcopus arbitratur,quando morbus diſceſſit,qui irregularem,quem reddebat.cap.55.§.5.nu.2.p.210.

Epiſcopus ſuadens vt ſui arma capiant, & defendant caſtrum ſuum contra hoſtes, irregularis non fit , ſi mors ſequatur.cap.16.§.6.nu.1.pa.90.

Epiſcopatus ordo,ſi conferatur ei, qui in ſacris non eſt, an recipiatur.cap.38.nu.3.pa.163.

Epiſcopatus ordinem adeptus,prætermiſſo ſacerdotio, an irregularis fiat.eod.cap.§.1.nu.2.pa.ead.

Epiſcopus qua ratione poſſit prouidere non habenti, unde ſe ſuſtentet.cap.61.nu.5.p.136.

Epiſcopus an diſpenſet cum hæretico occulto.capit.36. §.5.nu.3.p.159.

Equos ſi quis impellat vnde quis opprimitur,an irregularis fiat.vid.verb.Auriga.

Errore occidens aliquem,volens alium occidere an ſit irregularis.vid.verb.Occidere volens.

Excommunicatus,cenſura ve alia irretitus diuina, vel prius ex officio, ac ſolemniter celebrans,irregularis efficitur.cap.41.nu.1.pa.171.

Excommunicatus ſuſpenſus,& interdictus irregularis fit,ſi ordinem ſuſcipiat.capitul.42.numero 1.pagin. 172.

Excommunicatis præſentibus,qui diuina facit,irregularis non fit.cap.1.num.2.p.1.

Exercens functiones ordinis quem quis non habet, an, & quando fiat irregularis. vid.verb. Ordines quem quis .

Expoſiti filij, an legitimi exiſtimandi ſint,nec ne.capi. 44.§.7.num.1.pa.184.

Extinguens lucernam eunti noctu per locum præcipitem,irregularis efficitur,ſi ob id pereat . vid.verb. Noctu per locum.

Extremę vnctionis iteratio in eadem infirmitate, an irregularem quem reddat.vid. verb. Iteratio conſecrationis calicis.

F

FABER ædium ſi dum tecta inſtaurat,tegit ve,& inde cementa , & alia in terram proijciat, irregularis fit,ſi ob proiectionem earum rerum, quis moriatur, modò locus ille frequentaretur , in quem ea proiecit, vbi prius prętereuntes ratione quapiam non admonuit.cap.21.n.5.pa.105.

Idem ſi dum ædificium exædificat, ſcalas non benè accommodat,vel armaturas,ſic enim appellantur:vnde ipſi interuenientes moriuntur,ſcalis,atque armaturis corruentibus. ibid. nu. 6.

Idem ſi pontem quipiam fabricent, non adhibita diligentia,vnde facilè corruit,ſi alicuius mors interueniat.ibid.num.7.

Fabricantes, vendentes , commodantes arma, & inſtrumenta ad mortem inferendam in iudicio,an irregulares ſint.cap.11.§.4.nu.2.pa.62.

Faciem alicui deformans ſine membri mutilatione,irregularis non fit.cap.4.§.7.p.21.

Faciem deformem admodum habens, vnde horrorem afferat,riſum ve moueat,irregularis eſt.cap.50. nu. 2.pa.194.

Famam ſuam vt quis tueatur,an liceat quem interficere,vel mutilare ſine metu irregularitatis,vbi verbis tantum te infamat.cap.30.nu.1.p.138.

Fame , vel gladio mori quem videns, cum poſſet ei opem ferre,an irregularis fiat, vbi aliàs ad hæc debito iuſtitię non tenetur.capitul.23.numero 4.pagi. 109.

Famæ pereunti,ne quis ſubueniat ſi quis ſuadet, vnde moritur,irregularis fit.capitul.16.numero 9.pagin. 85.

Fautores hæreticorum,credentes,receptatores ve eorumdem,& eorum filij irregulares ſunt.cap.36.§.2.nu. 1.pa.156.

Febri laborantes,an irregulares ſint.cap.53.§.2.nu.1. pag.201.

Famina

Fœmina irregularis propriè non eſt.cap.66.§.1.nume.7.pa.250.

Fœmina irregulares propriè dici nequeunt.cap.1.num.4.pag.2.

Ferens opem homicidis poſt homicidium,an ſit irregularis.vid.verb.Opem ferens.

Filij hæretici patris,qui hæreſim reliquit, irregulares non ſunt.cap.36.§.1.num.4.p.155.

Filij hæreticorum,qui hæreſim abiurarunt, irregulares non ſunt,quamuis parentes relapſi ſint,modò tamen reſcipuerint. ibid.num.5.

Filij hæreticorum ante hęreſim nati,irregulares nõ ſunt ibid.num.6.

Filij illegitimi hæreticorum an ſint irregulares.eod.c.§.1.num.7.p.156.

Filij ac nepotes hæreticorum,an irregulares ſint. c. 36. §.1.num.1.p.155.

Etiam ſi ipſi hæretici non ſint.ibid.num.2.ead.p.

Etiam ſi illegitimi filij ſint. ibid. num.3.

Fiſcus,ſeu aduocatus fiſcalis,an irregularis fiat, qui accuſatoris partes ſuſtinet.cap.6.§.9.n.7.p.43.

Forma irregularitatis duplex.cap.68.nu.1.p.252.

Forma irregularitatis à iure quænam ſit.ibid.nu.2.

Forma irregularitatis quoad ſe quænam ſit.ibid nu.3. pag.253.

Fructus beneficij legitimè habiti ante irregularitatem, an ſuos quis faciat.vid.verb.Beneficij legitimè habiti.

Fucos prębens mulieri an peccet.c.11.§.4.n.11.p.64.

Fugere volenti ſuos inimicos,ſi quis ſuadeat,ne fugiat, & idcirco ab inimicis occidatur,ſeu deformetur,an irregularis fiat.vid.verb.Conſulens cuipiam volenti.

Fugere potens per unam viam tutò,an irregularis fiat, ſi per aliam fugit,quò eum perſequens pereat.ca.29. §.7.num.5.p.133.

Fugiendo,qui ſe defendere poteſt,an irregularis fiat, ſi maluit aggreſſorem occidere,quàm fugere vid. ver. Defendere ſe potens ne occidatur.

Functiones ordinis quem quis non habet exercens, an irregularis fiat,& quando.vid.ver.Ordinis quę quis.

Fure inuento domi à domino,ſi clamet Alli ladri,alli lari,& vicini curentes furem occidant,an dominus irregularis ſit.cap.14.§.1.nu.7.p.75.

Furem manifeſtans compulſus à iudice,vel per pœnam pecuniariam, vel per excommunicationem,an irregularis fiat,ſi fur capiatur,& mors,membri ve mutilatio ſequatur.cap.11.nu.4.p.57.

Furibus fugientibus cum rebus ſi dominus clamet Alli ladri,alli ladri,& vicini ſuperuenientes occidant fures,irregularis non fit clamans,ſi id proteſtatus eſt. cap.6.§.10.nu.2.p.44.

Furioſus habẽs dilucida interualla, ſi quem occidat, an exiſtimetur occidiſſe tempore furoris,vel non. vid. verb.Homicidium commiſſum ab aliquo, qui furioſus eſt.

Furioſus irregularis eſt.cap.53.nu.2.p.200.

Furioſus,qui habet dilucida interualla,irregularis eſt. ibid.nu.3.pa.20.

Furioſus ob morbum an irregularis ſit.ibid.num.4. pa. 201.

Furioſus quid ſit.cap.24.nu.1.p.119.

Furioſus qua ratione quis probetur.ibid.nu.2.p.120.

Furioſus ordinis alicuius, quem non habet, functiones exercens,irregularis non fit.cap.37.nu.13.p.162.

Furioſus homicidium,mutilationem ve committens,irregularis non efficitur.cap.24.nu.3.p.120.

Furioſo gladium prębens,vnde ſe,aut alium occidit,mutilauit ve,an irregularis fiat,cap.18.§.2.nu.9.p.98.

Furti damnatus ſit infamis infamia iuris.capit.60.§.4. num.1.pa.233.

Furtum ſuadens irregularis efficitur.cap.16.num. 6.p. 85.

Furti adulterijue committendi gratia ſi quis mittatur, & in itinere fulmine percuſſus intereat, irregularis non fit,qui eum miſſit.cap.28.num.10.p.126.

Furtiuè ordinem ſuſcipere quis dicatur.cap.39. nume. 1.pag.164.

Furtiuè ordinem ſuſcipiens, irregularis fit.ibid.num.2. ead.pa.

G

GABBIA includens aliquem, vnde celerius moritur,an fiat irregularis.vid.uer. Iudex irregularis fit,qui in caueam.

Gallicus morbus.vid.in verb.Morbus gallicus.

Gaudens,vbi vindicta ſanguinis fit,an peccet.cap. 5.§ 3.num.5.pa.25.

Generales,Prouinciales ordinum,atque ſimiles tenentur debito iuſtitiæ ſuos defendere.cap.23.numer. 9. pag.112.

Gibbi an irregulares ſint.cap.50.nu.6.p.194.

Gutturoſi an irregulares ſint.cap.50.nu.7.p.195.

H

HEBDOMADARII munus exercens,ſi ſacerdos non eſt,irregularis fit.ca. 37. num.7.pa.161.

Hermaphroditus irregularis eſt, & quiſnam is ſit.cap.48.§.1.numero 3. pag.192.

Hermaphroditus nec virorum,nec mulierum religionẽ profiteri poteſt.cap.48.§.1.num.4.p.192.

Hermaphroditus ſi matrimonium cõtrahere velit,quid agere debeat.ibid.nu.5.

Hermaphroditus,qui elegit matrimonium contrahens virilem ſexum,an mutare ſententiam poſſit. ibidem num.6.

Hermaphroditus qua ratione baptizetur. ibidem numero 7.

Hæreticus quid ſit.cap.34.nu.1.p.147.

Hęretici irregulares ſunt,cap.36.num.1.p.154.

Etiam ſi reſcipuerint.ibid.nu.2.

Etiam ſi eam abiurauerint.ibid.nu.3.

Et ſi metu hæreſim publice fateantur, quamuis animo contrarium teneant.ibid.nu.4.

Hæreſis nomine accuſatus,non tamen conuictus, irregularis non eſt.ibid.nu.5.

Hæreticus mentalis irregularis non eſt. ibid.numer.6. pag.154.

Homicidium duplex eſt.cap.33.nu.1.p.142.

Homicidium voluntarium aliud cum peccato,aliud ſine peccato.ibid.nu.2.p.143.

Homicidium voluntarium duplex eſt.ibid.nu.3.

Homicidium commiſſum ab aliquo,qui furioſus eſt,ſed aliquando habet dilucida interualla, an exiſtimetur commiſſum tempore furoris,vel non.cap.24.§.1.numer.1.pa.120.

Homicidium non voluntarium quodnam ſit.cap.18.n.1.pa.94.

Homicidium non uoluntarium duplex eſt neceſſarium, & non neceſſarium.ibid.nu.2.

Homicidium non voluntarium neceſſarium quodnam ſit.ibid.num.3.

Homicidium non voluntarium,& non neceſſariū duobus modis committitur.ibid.nu.4.

Homicidium non neceſſarium,nec volūtarium,nec culpa alia interueniente commiſſum,ſed caſu,fortuitovè,an irregularitatem inducat.cap.28.nu.1.p.125.

Homicidium multiplex eſt,nec non mutilatio.cap.5.n.2.pa.21.

Homicidium,quod à iudice committitur, eſt voluntarium.cap.5.§.2.nu.4.pa.23.

Homicidio,vel mutilationi operam dans, irregularis non efficitur,ſi non ſequatur.eod.cap.§.4.n.3.p.26.

Homicidio commiſſo an irregularis fiat, qui opem fert homicidis. vid.verb.Opem ferens homicidis.

Homicidij commiſſi ante baptiſmum irregularitas an tollatur baptiſmo.cap.57.§.7.num. 4.p.221.

Homicidium commiſſum culpa non dicitur voluntarium propriè,nec irregularitas inde contracta dicitur eſſe ex homicidio voluntario per ſe, & propriè, ſed ex homicidio caſu commiſſo.cap.33.§.3.num.1.pa.145.

Homo eſt materia circa quàm, ſeu in qua irregularitatis.cap.67.nu.1.pa.252.

Homo ut irregularis ſit,vir eſſe debet.ibid.nu.2.

Homo vt irregularis ſit,requiritur, vt aliquod ex quatuor vitijs propoſitis patiatur,ſcilicet vel animi,uel corporis,vel famæ,vel rei.ibid.num.3.

Hortans,vt reus,qui ad mortem ducitur, quò celerius eo dolore liberetur,vt breuiori via ducatur,aut reus vt admoueat caput ad ſtipitem,aut ſcalam aſcendat, quò celerius ſuſpendatur,vel carnificem, vt celerius officium ſuum exequatur,irregularis fit.cap.11.§.3.num.2.p.59.

Hortans reum dum ad mortem ducitur, vt equo animo mortem toleret,irregularis non efficitur.capi.11.§.5.num.1.pa.65.

Hortans reum,vt ſcalam patibuli aſcendat, vel adiuuans eum ad aſcendendum,vel hortans, vt genua flectat,& caput accommodet ad cipum,vel vt ammoueat pannos,quæ circa collum ſunt,quò celerius gladius cadat,celeriuſq; mors ſequatur, irregularis fit. ibid.num.3.pa.ead.

Hortantes ad pugnandum,& vincēdum,vbi bellum iuſtum eſt,an irregulares ſint.vid.ver.Bellum dum iuſtum.

Hortantes etiam, & incitātes homicidas in ipſo actu, irregulares ſunt.cap.17.§.1.nu.3.p.93.

Hoſpitalarij exiſtentes cauſa,vt ægroti moriantur,vel celerius,fiunt irregulares.ca.23.§.3.nu.14.p.115.

I

IGNARI an irregulares ſint.vid.verb. Illiteratus,

Ignorans quem ad mortem quæri,an irregularis fiat, ſi ipſum quærenti oſtendat, & capiatur,& morte,membrive mutilatione afficiatur.cap.11.nu.5.pa.57.

Ignorantia non excuſat ab irregularitate,vbi agit illud, vnde oritur irregularitas,quod ſcire debet:Nauar. conſ.1.num.3.de pœnit.

Ignorantia an excuſet ab irregularitate.cap.14.§.1.nume.9.pa.76.

Illegitimè nati,ſeu filij illegitimi quinam dicantur. ca. 44.nu.2.pa.178.

Illegitimorum filiorum ſpecies plures ſunt.ibid. nume. 3.pa.179.

Illegitimè nati cuiuſcunque ſpeciei irregulares ſunt. eo. cap.§.1.num.1.pa.ead.

Illegitimè nati cur irregulares ſint.ibid.nu.2.

Illegitimè nati irregulares ſunt, etiam ſi occultum ſit, eos illegitimos eſſe.ibid.nu.3.p.180.

Illegitimè nati irregulares ſunt tam ad minores, quàm ad maiores ordines.ibid.nu.4.p.180.

Illegitimè nati irregulares ſunt ad dignitates Eccleſiaſticas,& beneficia quæcunque.ibid.nu.5.p.180.

Illegitimum an ſe habere debeat filius,cui mater dixit ex adulterio eum conceptum eſſe.cap.44.§.6.nume. 1.pa.184.

Illicitæ rei ratione perſonę operam dans, irregularis an fiat,ſi inde mors,mutilatiove ſequatur.cap. 18.§.1. nu.1.pa. 95.

Illicitum quot modis dicatur.cap.18.nu.5.p.94.

Illiteratus quid ſit.cap.3.nu.1.p.7.

Illiteratorum quot ſpecies.ibid.nu.2.

Illiteratus,qui omnino literas non nouit, irregularis eſt.eod.cap.§.1.nu.1.p.7.

Illiterati ordinem ſuſcipiunt.ibid.n.4.p.9.

Illiterati,qui eam literarum cognitionem non habent, quæ ad ordinum,quos recipere volunt,functiones exercendas,non ſat eſt,irregulares ſunt.eod.capit.4.§.2.num.1.p.9.

Impediens ne quis ſe tueri poſſit à morte, mutilationeve,irregularis efficitur.cap.23.§.4.nu.1.p.117.

Impedimenta naturalia,ac diuina irregularitates propriè non ſunt.cap.66.§.1.num.6.p.250.

Imperiti an irregulares ſint.vid.verb. Illiteratus.

Imperitia medici an excuſet illum ab irregularitate.vide verb.Medicus irregularis fit,ſi ob eius imperitiā.

Incipiens opem ferre cuipiam in periculo conſtituto, an irregularis fiat,ſi antequā periculo liberatus ſit, deſinat ipſi opem ferre.cap.23.§ 4.nu.12.p. 118.

Incitans ad homicidium irregularis eſt.vid.verb. Hortantes.

Indicantes,ſeu ſignificantes,vel oſtendentes militibus, litoribus,ſeu publicæ familiæ iudicis vbi reus ſit, qui ab ipſis quæritur,irregulares ſiunt, ſi capiatur, et mors,membrive mutilatio ſequatur.c.11.n.1.p.56.

Infamia quid ſit.cap.60.nu.1.p.230.

Infamia quotuplex.ibid.nu.2.

Infamia canonica quænam ſit.ibid.nu.3.

Infamia facti quænam ſit. ibid.nu.4.

Infamia iuris quænam ſit.ibid.nu.5.

Infamis

Infamis infamia iuris ipſo facto eſt miles, qui ignominię cauſa ab exercitu miſſus eſt. eod. c. §. 1. nu. 1. p. 203.

Infamia tam iuris, quam facti irregularem quē reddit. cap. 60. §. 5. nu. 1. p. 234.

Infamia facti, & Irregularitas quomodo tollatur. ibid. nu. 5. p. 235.

Infamis infamia facti, & idcirco irregularis, deſinit eſſe talis, infamia ceſſante. ca. 63. nu. 8. p. 242.

Infamis in vno loco, an in omnibus infamis ſit. capi. 6. §. 6. nu. 1. pa 235.

Infans quid ſit. cap. 27. nu. 1. p. 124.

Infans irregularis non efficitur, ſi quem mutilet, occidat ve. ibid. nu. 2.

Infans irregularis efficitur ſi doli capax ſit. ibid. nu. 3. pag. 125.

infante maior, an irregularis fiat, ſi doli capax non ſit. ibid. nu. 4. p. 125.

infante maior quis dicatur. ibid. nu. 5.

Infans ab hæreticis baptizatus an irregularis ſit. vid. verb. Irregularis an ſit infans.

infans an ſit irregularis, qui ab hæreticis eſt baptizatus. vid. verb. Irregularis an ſit.

inferens cuipiam vulnus mortale, an irregularis fiat, ſi ab alio deinceps occiſus ſit. vid. verb. vulnus mortale.

informans iudicem de proceſſu criminali, irregularis fit. cap. 9. nu. 3. p. 50.

ingreſſu monaſterij an irregularitas tollatur. cap. 63. §. 1. num. 2. p. 243.

iniuria, ideſt de iniuria condemnatus, fit infamis. capit. 60. §. 4. nu. 3. p. 233.

iniuria affectus ab aliquo, ſi dicat, filio, uel ſeruo, ne reuertaris domum, donec aliquid noui audiam de illo, qui eum iniuria affecit, an irregularis fiat, ſi à filio, uel ſeruo ille mutiletur, uel occidatur. cap. 15. §. 1. n. 3. pa. 79.

Iniuriam ſibi illatam ſi quis prohibeat amicis ſuis quantum poteſt, ne vlciſcantur, irregularis non fit, ſi contrarium accidat. cap. 6. §. 10. nu. 2. p. 45.

iniuriam illatam ſi quis iniuria affecto referat, unde iniuria, qui eum affecit, occidit, uel mutilat, irregularis fit. ca. 16. nu. 9. p. 85.

iniuriam tibi illatam ſi quis ſe velle uindicare dicat, an irregularis fiat, ſit id ei non vetes. cap. 23. §. 3. num. 15. pa. 115.

inquiſitores an irregulares ſint, qui muro hæreticos concludunt. cap. 5. §. 6. num. 4. pa. 28.

in ſcenam prodeuntes lucri gratia, vt comici, circulatores infames ſunt ipſo facto infamia iuris. capi. 60 §. 1. num. 2. p. 230.

inſidias inimici ubi vitare quis non poteſt niſi occidendo, irregularis non fit, ſi occidat. cap. 29. §. 8. num. 4. pa. 133.

inſtrumenta, & arma præſtantes ad mortem mutilationem ve inferendam, an irregulares ſint. cap. 11. §. 4. num. 1. pa. 61.

inſtrumenta deſtinata non ad mortem inferendam, ſed ad alia ſi quis præbeat, an irregularis fiet, ſi ipſis quiſpiam occidatur. ibid. nu. 11. p. 64.

interdictum quid ſit. cap. 40. §. 2. nu. 2. pa. 168.

interdictus irregularis fit ſi ordinem ſuſcipit. vid. ver. Excommunicatus, ſuſpenſus.

interdicto exiſtente in aliquo loco, irregularis fit, qui diuina officia, ſacram etaque prohibita ibi celebrat, atque adminiſtrat. cap. 42. §. 1. nu. 1. p. 173.

inueniens furem domi ſuæ, ſi clamet alli ladri, alli ladri, & vicini currentes furem occidant, an fiat irregularis. vid. verb. fure inuento.

irregularitas tollitur ſublata cauſa proxima ipſius, quę irregularitatem generabat. cap. 63. num. 1. p. 242.

iregularitas, quæ oritur ob id, quod quis illiteratus eſt, tollitur, vbi literatus factus eſt. ibid. nu. 2.

irregularitas ob aliquem morbum deſinit eſſe talis, vbi ab eo morbo conualuit. ibid. nu. 4.

irregularis ob defectum ętatis deſinit eſſe talis ætate idonea adueniente. ibid. nu. 7.

irregularis ob inopiam deſinit eſſe talis, vbi tantum adeptus eſt, vnde ſe commodè, & honeſtè ſuſtentare poteſt. ibid. num. 9.

irregularitas quid ſit. cap. 1. nu. 1. p. 1.

irregularitas à iure poſitiuo Pontificio eſt. eod. num. 2. ead. p.

irregularitas, quæ ab homicidio naſcitur, de iure poſitiuo eſt. ibi. nu. 3. p. 2.

irregularitas non eſt de iure ciuili. ibid. nu. 6.

irregularitas vnde dicta ſit. eod. cap. 1. §. 1. nu. 1. p. 2.

irregularitatis ſpecies plures ſunt. eod. cap. §. 2. num. 1. pa. 3.

irregularitatis ſpecies quot ſint. ibid. nu. 2.

irregularitates per ſententiam non inferuntur. eod. ca. §. 3. nu. 2. p. 4.

irregularitates animi quot ſint. ibid. num. 3.

irregularitas, quæ naſcitur, ex defectu perfectæ lenitatis quid ſit. cap. 4. nu. 1. p. 12.

irregularitatis ex defectu perfectæ lenitatis, quot ſpecies ſint. ibid. num. 2. p. 13.

irregularitas ex defectu perfectæ lenitatis naſcitur ex homicidio, & membri mutilatione. ibid. nu. 3.

irregularitas ex defectu perfectæ lenitatis, quamobrem ſit inducta. eod. nu. 4. p. ead.

irregularitas ex defectu perfectæ lenitatis cur ſic dicta. ibid. nu. 5. p. 13.

irregularitas, quæ naſcitur ex homicidio, non requirit ſanguinis effuſionem. cap. 4. §. 2. nu. 1. p. 15.

irregularitas, quæ naſcitur ex homicidio, naſcitur, quacunque ratione homicidium ſequatur. eod. §. 2. num. 2. pa. 15.

irregularis an fiat, qui irregularem alium reddit. ca. 4. §. 7. nu. 2. p. 20.

irregularitas naſcitur ex homicidio, & membri mutilatione. cap. 5. nu. 1. p. 21.

irregularitates omnes deſcendunt aut à uitio animi, aut corporis, aut famæ, aut rei. captiu. 1. §. 2. numero 2. pag. 3.

irregularitates omnes à iure veteri proficiſcentes ſublatæ ſunt, quæ per ius nouum non ſunt approbatę. ca. 1. num. 3. p. 2.

irregularitas contrahitur aliquando ſine peccato, etiā cum merito. cap. 5. nu. 3. p. 21.

irregularitas eſt impedimentum. ca. 66. n. 1. p. 249.

irregularitas non eſt peccatum. ibid. nu. 2.

irregularitas homicidij commiſſi ante baptiſmum an tollatur baptiſmo. vid. verb. Homicidij commiſſi ante baptiſmum.

Irregularitas contracta ex homicidio caſuali diſpenſabilis eſt.cap.33.§.3.nu.2.p.146.
Irregularitas orta ab infamia facti, quomodo tollatur. vid.verb.Infamia facti.
Irregularitates corporis quęnam ſint,cap.44.nume. 1. pag.178.
Irregularitas nomen unde dictum.cap.69.§.2. num. 1. pagi. 254.
In irregularitate quis diſpenſet.vid.verb. Diſpenſare.
Irregularis, qui eſt ſacro ordini initiatus, ad ſeptem horarum canonicarum praeces recitandas tenetur.cap. 65 §.4.nu.3.p.249.
Irregularis an ſit infans, qui ab haereticis baptizatus eſt.cap.34.nu.2.p.147.
Irregularis non ſemper efficitur, qui alium irregularem reddit.cap.44.§.7.nu.2.p.185.
Irregularis aliquando iterum irregularis efficitur. cap. 45.§.3.num.2.p.187.
Irregularis fit, qui quempiam ebrium reddidit, ſi quem ebrius occidat.cap.25.nu.3.p.121.
Irregularis vt quis ſit, quae requirantur. vid.in ver.Homo vt irregularis.
Irregularis ordinibus initiari non debet.cap.64.nu.1. pa.243.
Etiam ſine ſua culpa.ibid.nu.2.p.244.
Nec minoribus ordinibus.ibid.nu.3.p.244.
Etiam ſi ea irregularitate affectus quis ſit, quae executionem aliquorum ordinum tantum impediat. ibid. num.4.
Irregularis factus poſt ordines ſuſceptos, vſu ordinũ tamen caret, vbi ſua culpa id ei contigit.cap.64.§.1. nu.1.pa.244.
Irregularis factus poſt ordines ſuſceptos non ſua culpa, functiones ordinum omnes obire poteſt, quae per irregularitatem de facto non impediuntur. ibid.num.2. pag.245.
Irregularitas cur inuenta.cap.69.nu.1.p.253.
Irregularitas quot modis diuidatur.eod.cap.§.1.num. 1.pa.ead.
Irregularis Eccleſiaſtici beneficij capax non eſt. capit. 65.num.1.pa.245.
Irregularis abſque diſpenſatione ordines ſuſcipiens peccat.ibid.§.3.nu.1.p.247.
Irregularis ordines ſuſcipiendo, an irregularis iterum fiat, ordines ſuſcipiendo.ibid.n.2.
Irregularis an iterum irregularis fieri poſſit.ibid.nu.3.
Irregularis an detegere debeat ſuam irregularitatem, vbi vult ordinibus initiari.ibid.num.4.p. 248.
Irregularitatem opponere quis poſſit.ibid.num. 5. pa. 248.
Irregularitas eſt impedimentum canonicum, & quam obrem ſic dicatur.cap.66.§.1.n. 1.p. 250.
Irregularitas omnis à iure poſitiuo eſt.ibid.nu.2.
Irregularis nemo dicendus eſt, niſi in caſibus à iure expreſſis.ibid.nu.3.
Irregularis an in dubio quis cenſendus ſit.ibid.nu.4.
Irregularitas animo tantum non contrahitur.ibid.n.5.
Irregularitas directe impedit ordinum ſuſceptionem, & eorum executionem.eod.c.66.§.2.nu.1.pa.250.
Irregularitas cenſura Eccleſiaſtica non eſt.ibid.nume. 2.pa.251.
Irregularis an iterum fiat irregularis.ibid.nu. 3.
Irregularitas diſpenſabilis eſt ſua natura. eod. capi.66. §.3.nu.1.p.251.
Irregularitas rei depoſitio, nec degradatio eſt.ibid.n.2.
Irregularitas quid ſit.ibid.nu.3.
Iteratio conſecrationis Eccleſiae, vel altaris extra caſus licitos, an irregularem quem reddat.
Item iteratio conſecrationis calicis, extrema vnctionis in eodem infirmitatis ſtatu, & conſecrationis eucharistiae, & Monialium, Regum, Imperatorum, veſtiũ pertinentium ad diuina officia, benedictionis candelarum, frugum, nauis, domus, campanae, & huiuſmodi.cap.35.§.5.nu.2.p.153.
Iubileo vbi conceditur poteſtas abſoluendi à cenſuris, & alijs poenis, quis tunc diſpenſare poſſit cum irregulari virtute iubilei.vid.uerb.Diſpenſare quis poſſit cum irregulari virtute iubilei.
Iudaei, & alij Ethnici infantes baptizati irregulares nõ ſunt.cap.2.§.2.
Iudex non defendens quem debet, irregularis fit.ca.23. §.3.num.2.p.114.
Iudex, qui tulit ſententiam, vt quis occidatur, mutileturvè, irregularis fit, vbi mors, mutilatiovè ea ſententia conſequitur.cap.5.nu.13.p.21.
Iudex irregularis fit, ſi ſententiam ſanguinis ſcribat, quamuis ipſe eam non proferat.c.5.§.1.nu.1.p.22.
Iudex ſententiam ſanguinis dictans, vel tanquã iudex, vel tanquam alia perſona, irregularis fit.ibid.nu.2.
Iudex irregularis fit, qui intereſt dum aliquis interficitur, aut mutilatur, ac demum, vbi ſententia ſanguinis exercetur, quę regula quouſque pateat declaratur.eod.cap.§.2.nu.1.p.23.
Iudex, qui ſua ſententia quem occidendum mutilandũve iudicauit, an irregularis fiat, ſi executioni ſententia non mandetur.eod.ca.5.§.4.nu.1.p.25.
Iudex criminalium ſi quis eligatur an irregularis ſit ſtatim poſt electionem, eſto neminem mutilandum, neminemvè occidẽdum curauerit.eo.c. §.5.n.1.p.26.
Iudex irregularis fit, qui reo in carcerem coniecto, victum adeo diminuit, vt moriatur.eod. ca.5.§.6.nu. 1.pa.27.
Iudex irregularis fit, qui carcerem adeo arctum, & durum reo tribuit, vt ob id infra paucos dies moriatur. eod.cap.§.6.nume. 2.p.28.
iudex an ſępius irregularis fiat condemnando aliquem ad mortem, membrivè mutilationem, ex quo plures actus in ea cauſa fecit.cap.5.§.9.nu.1.p.32.
Iudex ſi plures vna ſententia condemnauit, an in plures irregularitates incidat.ibid.nu.2.
Iudex mandans, vt cuipiam manus abſcindatur, ſimulque vt oculi effodiantur, an in plures irregularitates incidat.ibid.nu.3.p.33.
Iudex Eccleſiaſticus praecipiens iudici ſeculari, ut puniat malefactorem, an irregularis fiat, ſi mors, membrivè mutilatio interueniat.c.15.§.6.nu.1.p. 82.
Iudex irregularis fit, qui in caueam, ſeu gabbiam reum conijcit, vnde veriſimile eſt breui tempore ipſum moriturum.cap.5.§.6.nu.3.p.28.
Iudex an irregularis fiat, qui ad triremes quempiam in perpetuum condemnauit, ſi ob id, quod malè tractatur, citò moritur.eod.cap.§.7.nu.1.pa.28.
Iudex irregularis fit, ſi ex proceſſu illegitimè facto quẽ adulterij condemnauit, unde maritus adulterũ, vxoremve

remve

remve occidit.ibid.num.2.p.29.
Iudex Eccleſiaſticus quicunque generatim iuriſdictionem temporalem committēs, irregularis non fit,eſto contingat deinceps ſequi mortem,membrivè mutilationem.eod.cap.§.8.num.2.ead.pa.
Iudex Eccleſiaſticus ſpeciatim cauſam aliquam committens cuipiam,vt eam cognoſcat,& iuſtitiam faciat,irregularis non fit,eſto deinceps,mors,aut mutilatio ſequatur.ibid.num.3.pa.30.
Iudex,qui ſpeciatim cauſam commiſſit criminalem cuipiam,vt eam cognoſcat,& iuſtitiam faciat,irregularis non fit,ſi appelletur,& appellationis cauſam ipſe committat,& is,cui commiſſa, primam ſententiam probet,vnde mors ſequatur,aut mutilatio.cap.5.nu.4.pag.30.
Iudex,qui commiſſit cauſam aliquam criminalem alicui, irregularis non fit,ſi iniuſtè mortem inferat is , cui eam commiſſit.ibid.num.5.
Iudices,ac Principes , qui iuriſdictionem temporalem habent,qua ratione irregularitatem euadere poſſunt, ſi contingat quem ex ſuis ſubditis delictum committere,vnde morte,membrivè mutilatione puniendus ſit.cap.5.§.8.num.1.pag.29.
Iudicem occidere an liceat,vbi mortem iniuſtè alicui inferre conatur,& aliunde ſe defendere nequit. cap. 29.§.4.num.1.pa.130.
Iudices quid agere debeant,ne irregulares fiant,vbi tēporalem iuriſdictionem habent.cap.5.§.8.num. 10. pa.31.
Iudicium faciens ad captionem,& quæſtionem,an irregularis fiat.vid.verb.Teſtis irregularis fit in criminali cauſa.
Iudicis iuſſu cognoſcens adulteram vxorem,an ſit irregularis.vid.verb. Adulteram vxorem cognoſcens.
Iuſtitiæ debitum quodnam ſit.vid.verb.Debitum iuſtitiæ.

L

LABIA an membra ſint.cap.4.§.5.num. 6.pa.18.
Labijs carens irregularis eſt.cap.49.nu. 2.pa.193.
Laicus beneficij Eccleſiaſtici capax non eſt.cap.3.§.3.num.2.pa.11.
Laici,qui interſunt,vbi vindicta ſanguinis exercetur, irregulares non fiunt,vbi eorum præſentia fauorem nullum præſtant.cap.5.§.3.num.1.pag.24.
Laici committentes iuriſdictionem temporalem aut generatim,aut ſpeciatim,an euadant irregularitatem , vt clerici.cap.5.§.8.num.9.pag.30.
Laicus irregularis fit,ſi fugiendo potuit mortem euadere,& maluit inuaſorem occidere.cap.29.§.7.nu. 3. pa.133.
Laicus abſoluens à peccatis, quæ audiuit , irregularis eſt.cap.37.num.5.pa.161.
Laicus confeſſionis pœnitentiam tanquam ſacerdos audiens, irregularis fit.ibid.num.6.ead.pa.
Laicus cum corrupta matrimonium contrahens inualide,an irregularis fiat,& ſic an bigamia naſcatur.ca. 56.§.2.num.4.pag.216.
Laici principes quando diſpenſare poſſint.cap.60.§.5. nu.4.pa.235.
Lapidem in ſe proiectum ſi vitando alius percutiatur eo,& moriatur,an irregularis fiat.cap.18.§.2.num. 5.pa.97.
Lapidem proijciens in aliquem an irregularis fiat,ſi aliū prætereuntem occidat.cap.18.§.2.num.5.pa.97.
Lapidibus certantes,an irregulares fiant,ſi mors, mutilatiovè interuenerat.cap.22.num.7.pag.107.
Legati à latere non poſſunt diſpenſare niſi in irregularitatibus,in quibus Epiſcopi communi iure diſpenſare poſſunt.cap.62.§.2.num.8.pag.241.
Legati Apoſtolici an diſpenſare poſſit cum homicida voluntario.vid.verb.Nuntij,& legati.
Legens literas Principis,quibus continebatur,vt quendam caperet,& occideret,an ob lectionem irregularis fiat.cap.8.§.2.num.1 pag.48.
Legitimatio per ſubſequens matrimonium tollit irregularitatem illegitimati,& reddit eum habilē ad quoſcunque ordines.cap.44.§.3.num.1.pa.184.
Legitimatio facta à Romano Pont.ſimpliciter tollit irregularitatem illegitimati quoad ordines.eod.cap.§. 4.num.1.pa.185.
Legitimatio facta à Principe laico non tollit irregularitatem illegitimati quoad ordines.ibid.num.2.
Legitimatus à Romano Pont.an ad omnes ordines legitimus erit.ibid.num.3.
Lenocinium exercentes ſunt ipſo facto infames iuris infamia.cap.60.§.1.num.3.pa.231.
Leonem vrſum,& animalia huiuſmodi fera habens,an irregularis fiat,ſi quem mutilent,aut occidant.c.23. §.5.num.1.pag.118.
Leproſi irregulares ſunt,& quamobrem.cap.55.§.1.n. 1.pa.207.
Leproſus ſacerdos adminiſtrare ſacramenta nequit.ibi. num.2.
Leproſi poſſunt ſecreto diuina facere,& coram alijs leproſis.ibid.num.3.
Leproſi ad ordines non admittuntur , etiam ſi haberent adminiſtrare ſacra,& facere coram leproſis.ibid.nume.4.
Lepra quid ſit.ibid.num.5.
Liberti irregulares ſunt,& quamobrem cap.57.§.4.nume.1.pa.224.
Liberti quinam ſint.ibid.num.2.
Libertorum filij an irregulares ſint.eod.cap.num.4.pa. 225.
Libros,tractatuſque componentes de pœnis delictorum, in quibus etiam ponunt pro multis delictis mortem, mutilationemvè inferri,irregulares non fiunt,ſi iudex horum ſententiam ſecutus,aliquē morte efficiat, aut mutilat.cap.9.§.2.num.4.pag.53.
Licentia a Parocho data Diacono baptizandi ſolemniter,non facit irregularem parochum,qui eam dedit. Nauar.in conſil.4.de cler.non ordin.min.lib.5.
Licita res quid ſit.cap.19.num.1.pag.99.
Licita res quotuplex.ibid.num.2.
Licitæ rei operam dans irregularis non efficitur, vbi diligentiam omnem debitam adhibet,eſto mors,mutilatiove ſequatur.cap.20.num.9.pa.103.
Ligna,ignemve præbens ad comburendum aliquem , irregularis fit.cap.11.§.2.num.3.pa.59.
Ligneo pede vtens an ſit irregularis.vid. verb. Pede

ligno.
Lingua pars corporis eſt,& membrum dicitur.cap. 4. §.4.num.1.pa.16.
Linguam habens,ſed loqui non potens,irregularis eſt, ſeu mutus.cap.47.num.9.pag.189.
Linguæ officium,qui amiſſit ob paralyſiam, irregularis eſt.cap.54.§.2.num.2.pa.204.
Literas neſcientes,an irregulares ſint.vid.in verb.Illiteratus.
Literatus, qui beneficium conſecutus eſt,beneficio non priuatur,ſi qua ratione contingat illiteratum fieri.c. 3.§.3.num.2.pag.11.
Literati,qui non admodũ ſunt,præfici poſſunt Eccleſiis, quæ ruri ſunt.cap.3.§.2.num.2.pag.10.
Litores non defendentes quos debent,irregulares efficiũtur.cap.23.§.3.num.3.pa.114.
Litores,ac publica familia,ideſt gli Sbirri, ò Zaffi homines loci,vbi ſunt,tenentur defendere.cap.23.§.1. num.6.pa.112.
Loco aliquo interdicto,qui diuina facit in eo,an irregularis fiat.vid.verb. Interdicto exiſtente in aliquo loco, ibi concluditur irregularem hunc fieri . Quare & in altari interdicto celebrans,irregularis fit , ita Nauar.in conſ.10.de cler.excom.lib.5.per c.is qui. de ſent.excom.lib.6.
Lucernam extinguens alicui,qui ob id periit,eſt irregularis.vid.verb.Noctu per locum.
Ludentes in locis non deſtinatis,an irregulares fiant,ſi quem occidant.cap.22.num.2.pag.106.
Ludens ſi percutiat pila manum tonſoris,dum nouaculam ad gutur alicuius habet quem tõdet,vnde fauces eius ſecat,& moritur,an irregularis efficiatur.ibid. num.3.
Ludens niue an irregularis fiat,ſi cui oculos effodiat.ib. num.4.
Ludens,& terrorem incutere colludenti volens,an irregularis fiat,ſi lapidem proiiciat,& alter euadere eũ volens cadat, & moriatur. cap.22.numer. 8. pag. 107.
Ludentes quocunque ludi genere,ſi ob eorum culpã quis mutilatur,occiditurvè in ludo,irregulares fiunt.ca. 22.num.1.pag.106.
Lunatici irregulares ſunt,& quamobrem.cap. 54. nu. 2.pag.203.
Lunatici quinam ſint.ib.num.3.
Lunaticus ordinem ſuſcipit,ſed non executionem .ibid. num.4.

M

MAGISTER, qui in diſcipulum non bene aliquid facientem,aliquid in caput proiecit, vnde oculum ei effodit, irregularis efficitur.cap.20.num.11. pa.104.
Magiſter qui calce diſcipuli ventrem percuſſit,vnde crepuit,& mortuus eſt,irregularis efficitur.cap.20.num.12.pa.104.
Magiſtro ſuadens,vt diſcipulum caſtiget ob delictum, irregularis non ſit,ſi deformatio ſequatur.capit.16. §.6.num.3.pa.91.
Magiſtri diſcipulos parochi parochianos debito iuſtitię tenentur defendere.cap.23.num.10.pa.112.
Magiſtri publicè in ſcholis legentes,vel priuatim docẽdo pœnam mortis,mutilationisvè pro hoc,illovè delicto inferri,irregulares non fiunt, ſi contingat eorũ diſcipulos iudices factos, eorum ſententiam ſecutos, aliquem occidere,vel mutilare.cap.9.§.2. nume. 5. pa.53.
Magiſtri ſuos diſcipulos caſtigare poſſunt correctionis gratia.cap.20.num.8.pag.103.
Magnitudo nimia an irregularem quem reddat.cap.48. §.1.num.9.pag.192.
Malefactores ſui an dicantur,qui aſcendentibus,& deſcendentibus damnum inferunt, quoad proteſtationem,ita vt proſit.cap.6.§.9.num.4.pag.42.
Mammæ an membra ſint.cap.4.§.5.num.8.pa.18.
Mandans ob dolum condemnatus eſt infamis.cap.60. §. 2.num.3.pag.231.
Mandans occidi,mutilarivè aliquem,an irregularis ſit, ſi mandatarius iuratus depoſuit non ob mandatum occidiſſe,mutilaſſevè,ſed ſua voluntate.ca.15.§.3.nu. 1.pag.80.
Mandatum qui dedit ad homicidium,vel mutilationẽ, ſi illud reuocet re integra,mandatarius autem nihilominus ipſum exequatur an irregularis fiat.eod. cap. §.4.num.1.pa.81.
Mandatarius,ſi exequatur mandatum,quod tacitè reuocatum eſt, an mandans irregularis nihilominus fiat.ibid.num.2.
Mandans alicui,vt aliquem percutiat,ſed omnino prohibens ne occidat, an irregularis nihilominus fiat,ſi mors ſequatur.cap.18.§.2.num. 13.pa.98.
Mandans homicidium,mutilationemvè fieri, irregularis fit.cap.15.num.1.pag.78.
Mandato patris,vel domini quem deformans, irregularis eſt.ibid.num.2.
Mandans occidi aliquem,fit irregularis,eſto non ſeruetur mandatum omnino.ibid.num.3.
Mandatum tacitum quodnam ſit.cap.15.§.1.num.1.p. 79.
Mandans tacitè homicidium,vel mutilationem,irregularis fit,ſi quid eorum ſequatur.ibid.num.2.
Mandatum dare non poteſt quis ad agendum criminaliter,neque ad agendum ciuiliter ſine proteſtatione in eum,qui ſuum filium occidit,ita Nauar.in conſ.3.de iniur.lib.5.
Mandatarius ob dolum condemnatus,fit infamis. cap. 60.§.2.num.2.pag.231.
Mandatum accipiens ab aliquo,vt certiorem quempiã faciat de coniuratione in ipſum facta ab aliquibus, vel literas de eadem re deferendas ſummens,an irregularis fiat,ſi nec mandatum executus eſt,nec literas detulit,& contigat prædictum occidi.cap.23.§.3.n. 16 pa.116.
Mandato in ipſo,ideſt in mandato non diſtinguitur, an mandatarius aliàs eſſet facturus nec ne,quoad irregularitatem.cap.16.§.1.nu.2.pa.87.
Mandatum qui reuocauit de homicidio faciendo,an obligatus ſit patefacere ei, quem occidendum mandarat,vt caueat ab ipſo mandatario,quem videt nihilominus mandatum reuocatũ exequi velle.cap.15.§. 5. num.1.pa.82.
Manus arridas habẽs,irregularis eſt.c.47.n.11.p.189.

Manus partes corporis ſunt & membra dicuntur. cap. 4.§.4.num.1.pag.16.
Manum aridam cuipiam abſcindens, irregularis fit. c. 4.§.1.num.2.pa.14.
Manus tres habens irregularis eſt. cap.48.§.1.num.2. pa.192.
Manus tremulas habens, an irregularis ſit. cap.54.§.2. num.3.pa.205.
Maritus ſi præter vxorem alias mulieres extra formã matrimonij cognoſcit, bigamus non fit, nec irregularis. cap.56.§.2.num.12.pag.214.
Maritus non proſpiciens mulieri de ijs, quæ ad eius ſalutem pertinẽt, ſi ob id moriatur, irregularis efficitur. cap.23.§.3.num.12.pa.115.
Mariti ſuas vxores caſtigare poſſunt correctionis gratia. cap.20.num.6.pa.103.
Marito ſuadens, vt vxorem caſtiget ob delictum moderate, an ſit irregularis. cap.16.§.6.num.1.pa.91.
Marito, qui adulterum vxoris detulit, quamobrem deformatio ſecuta eſt, irregularis fit deferens. cap. 11. num.6.pa.57.
Martyrium ſi quis ſuadeat, an irregularis fiat. vid. ve. Conſulens cuipiam vt pro Chriſti fide.
Materia circa quam quænam ſit. vid. in verb. Homo.
Matrimonium interueniſſe quacunque ratione debet, quò bigamia naſcatur, & irregularitas. cap.56.§.2. num.11.pa.214.
Matrimonia bina contrahens, ipſo facto infamis infamia iuris efficitur. vid. verb. Duo ſponſalia.
Matrimonio an aliqua irregularitas tollatur. ca.63.§. 1.num.3.pa.243.
Matrimonium quando conſumatum dicatur, vt irregularitas contrahatur. cap.56.§.1.num.5.pa. 211.
Medicus irregularis fit, ſi ob eius imperitiam ægrotus moriatur. cap.19.§.1.num.1.pag.99.
Medicus irregularis fit, ſi ob eius negligentiam ægrotus moriatur. ibid. num.2.pa.100.
Medicus irregularis non fit, vbi ægrotus moritur, ſi nulla culpa ei tribui poteſt. ibid. num.3.
Medicus ordinibus initiari poteſt, ſi ob eius culpam nemo ægrotus mortuus eſt, cuius cura ei credita fuit. ib. num.4.
Medicus an irregularis fiat, ſi eam medicinã facit ægroto, quæ an profutura ſit ignorat, vel dubitat. ibid. nume.5.
Medicus permittere non debet, vt membrum abſcindatur, vbi non eſt, qui id facere ſciat. cap.19.§.2.num. 7.pag.102.
Medici & chirurgi debito iuſtitiæ ſuos ęgrotos defendere tenentur. cap.23.num.7.pag.112.
Medicinas malas ſi quis præſtet vnde ægrotus moritur, an irregularis fiat. vid. verb. Aromatarij.
Membrum propriè quid ſit. cap.4.§.3.num.1.pa. 16.
Membrum genitale pars corporis eſt, & membrum dicitur. eod. cap.§.4.num.1.pa.16.
Membrum ſibimet ob infirmam valetudinẽ abſcindẽs, irregularis non efficitur. cap.19.§.2.num.3.pa.101.
Membra diſparia habens admodum, vt caput gigantis, reliqua vero membra pueri irregularis eſt. cap.48.§. 1.num.8 pa.192.
Membra debilia habens, vnde Eccleſiaſticas functiones exercere nequit, irregularis eſt. capitu.47.numer.1. pag 189.
Etiam ſi caſu, vel natura id contigerit. ibid. numer.2.
Membro, parteve alia corporis priuatus ſua culpa, poſt ordines ſuſceptos irregularis eſt quoad omnia, eſto functiones aliquas ordinum obire poſſit. cap.52.§. 1. nu.1.pag.198.
Secus ſi non ſua culpa. ibid. num.2.
Membro, parteve alia corporis priuatus ante ordines ſuſceptos irregularis eſt ad omnes ordines, vbi ſua culpa id contigit, quamuis functiones ordinum aliquas obire poſſet. ibid. num.3.pa.199.
Idem ſi non ſua culpa, vbi functiones ordinum omnes obire nequit. ibid. num.4.
Membro carẽs vnde functiones Eccleſiaſticas obire nõ poteſt, irregularis eſt. cap.46.nu.1.p.187.
Etiam ſi non ſua culpa, ſed caſu, vel natura id contigerit. ibid. num.2.p.188.
Membrorum deformitas, quæ ſcandalum præbet, irregularem quem reddit, quamuis non impediat, quominus functiones Eccleſiaſticas quis obeat. cap.48.nu. 1.pa.190.
Metu ductus ſi quis teſtimonium ferat contra reum, uel indicet, exhibeatve, irregularis fit, eſto proteſtetur. cap.7.num.3.p.45.
Metu rebaptizatus, an irregularis ſit. vid. verb. Rebaptizatus vi.
Miles an ſit infamis, qui dimiſſus eſt ignominiæ cauſa ab exercitu. vid. verb. Infamis infamia iuris.
Milites tenentur defendere, quos tuendos ſuſceperunt. cap.23.§.1.nu.5.p.111.
Milites commitantes eum, qui ducitur ad mortem, ne eius mors impediatur, fiunt irregulares. cap.5.§.2. num.2.pag.23.
Minoribus ordinibus initiatus, ſi matrimonium inualidè contrahat cum corrupta, an irregularis fiat. c.56. §.3.num.5.pa. 216.
Miſſæ ſacrum faciens, Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie ſummere debet. cap.53.§.2.num.3.pag.202.
Miſſæ ſacrum ut fiat ſine vino permitti non poteſt. ibid. num.7.
Miſcere an quidpiam liceat vino, quo conſecretur. vid. verb. Vino.
Mittens quem aliquò, ſi in eo itinere pereat, iregularis non fit. cap.28.num.7.pa.126.
Mittens ruſticum ad ligna cedenda, vel ad hauriendam aquam, irregularis non fit, ſi pereat miſſus. ibid. nu. 8.
Mittens ad carnes emendas, irregularis nõ fit, ſi miſſus à macelario occidatur. ibid. nu.9.
Mittens ad furtum, vel adulterium committendum, an irregularis ſit, ſi miſſus in itinere pereat. vid. verb. Furti, adulterijve committendi.
Morbus commitialis. vid. verb. Commitiali morbo.
Morbus gallicus quando irregularem quem reddat. cap. 55.§.2.num.1.pa.207.
Morbus gallicus quid ſit. ibid. num.2.
Morbus Gallicus quot modis nominetur. ibid. nu.3.
Morbi omnes reddunt quem irregularem, vbi ipſis quis affectus periculum adit in adminiſtrando. cap.54.§. 2.num.8 pag.205.
Morbi, quibus affecti functiones Eccleſiaſticas ſine ſcandalo obire nequeunt, irregulares eos faciunt. cap.55. num.

num.1.pag.205.
Morbi,quibus affecti functiones Eccleſiaſticas ſine periculo obire nequeunt,irregulares reddunt.cap.54.nu. 1.pa.203.
Morbi,qui impediunt,ne quis functiones Eccleſiaſticas obeat, irregularem quem reddunt. cap.53.num. 1. pa.200.
Morbis,qui irregularem quem reddunt , ſtatim atque quis ipſis liberatus eſt,irregularitate etiam eſt liberatus.cap.55.§.4.num.1.pag.209.
Morbis affecti,quibus irregularis quis redditur , eſto per eos morbos impediantur,ne functiones aliquas ordinum obeant,an obire ſaltem poſſint eas,quæ ei permittuntur per eos morbos ibid.num.2.pa.209.
Moderatio culpatæ tutelę quando interueniſſe exiſtimabitur ,ſe tuendo.cap.29.§.13.num.3.pa.137.
Moderationem inculpatæ tutelæ in ſe tuendo,quãdo quis egreditur,irregularis fit.ibid.num.4.
Monachorum ſuperiores ſuos tueri debent.vid.verb.Generales prouinciales.
Monſtruoſus irregularis eſt.cap.48.§.1.numer.1. pag. 192.
Monſtrum occidens,modò homo ſit,irregularis fit. cap. 4.§.1.num.1.pa.14.
Mors,membri vè mutilatio in foro Eccleſiæ non fit.cap. 6.§.5.num.1.pa.38.
Morte concedentis diſpenſationem,an conceſſio extinguatur.vid.verb.Diſpenſationis gratiam.
Morte liberare quem volenti,ſi quis ſuadet,ne id faciat, an irregularis ſit.vid.verb.Conſulens,ſeu ſuadẽs cuipiam volenti.
Mortem euadere qui poteſt alia ratione,quam occiſione inuaſoris,irregularis fit,ſi occidat.cap.29.§.7.num. 4.pag.133.
Mortis metu ſi quis compulſus indicet,vbi reus ſit, an irregularis fiat,ſi capiatur,& morte afficiatur. cap. 11.num.2.pag.57.
Mortis mentio vbi fit in iure canonico, intelligitur de excommunicatione.cap.6.§.5.num.1.pa.38.
Mortuum mutilans an irregularis ſit.cap.4.§.1.nu. 2. pa.14.
Mortuo fit iniuria.ibid.
Mortuus homo non eſt homo.ibid.
Manibus carens irregularis eſt.cap.46.numer.5. pag. 188.
Mulier an interficiens eum,qui vult eam violare, peccet,& ſi vir ſit,ſi quis ei ſtuprum inferre velit,an irregularis fiat,& ſic an liceat occidere,qui factis nos infamare conatur.ca.30.num.2.pa.138.
Mulierem percutiens pugno,vnde abortus factus eſt,an ſit irregularis.vid.verb.Pugno mulierem.
Mulierem occidens irregularis fit.cap.4.§.1.num.1.p. 14.
Mulieri prægnanti.vid.verb.Conſilium dans,ſeu ſuadẽs mulieri.
Mulieri ſuadens,vt per feneſtram ad ſe veniat, vel per tectum,irregularis fit,ſi mulier cadens moriatur. ca. 16.num.9.pag.85.
Mulos impellẽs,vnde quis opprimitur , an irregularis fiat.vid.verb.Auriga.
Muro includens reum,an fiat irregularis.vid.verb. Inquiſitores.
Mutilãs iudæum,vel turcam,irregularis fit.cap.4.§.1. num.1.pag.13.
Mutilatio multiplex eſt.vid.verb.Homicidium multiplex.
Mutus irregularis eſt.cap.46.num.4.pa.188.

N

NARES, corporis partes ſunt,& membra dicuntur.cap.4.§.4.nu.1.p. 16.
Naſo carens irregularis eſt.cap.48.nu. 12.pa.191.
Naſus paruus,uel magnus,uel obtortus, an irregularem reddat.eo.n.13.p.ea.
Nati ex matrimonio putatiuo,an irregulares ſint. cap. 44.§.1.num.6.p.180.
Nati ex matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ,irregulares non ſunt.ibid.nu.7.p.181.
Naufragium patienti,ſi tabulam,cui adhæſerat quis,arripiat,irregularis fit,ſi obruatur.cap.23.§.4. nume. 2.pa.117.
Nautæ irregulares fiunt,ſi ob eorum imperitiam,vel negligentiam in naui gubernanda aquis obruuntur,qui vehuntur.cap.21.nu.8.p.105.
Negligentia medici,an illum reddat irregularem. vid. ver.Medicus irregularis fit,ſi ob eius negligentiam.
Neophitus irregularis deſinit eſſe talis, vbi diutius honeſtè inter chriſtianos vixit.cap.63.nu.3.p. 242.
Neophytus quid ſit.cap.2.nu.1.p.4.
Neophytus vnde dictus.ibid.nu.2.
Neophytorum ſpecies quot ſint,& de qua ſpecie hic agatur.eod.cap.2.§.1.nu.1.p.4.
Neophyti irregulares ſunt.eod.cap.§.2.nu.1.p.5.
Neophyti cur irregulares ſint.ibid.nu.2.
Neophyti irregularitas qua ratione tollatur . ibid n. 3.
Neophytus quãtum temporis fuiſſe debet chriſtianus, quò poſſit ordinibus initiari.ibid.num.4.
Niue ludens ſi cui oculos effodiat,an ſit irregularis. vi. verb.Ludens niue.
Noctu per locum præcipitem eunti ſi quis lucernam extinguat,& idcirco pereat,irregularis eſt,qui lucernã extinxit cap.23.§.4.num.7.pag.117.
Nomine meo homicidium ſi quis committat,an irregularis efficiatur.cap.23.§.3.num.16.pag.115.
Non natum ſi quis interficiat, an irregularis ſit.ca. 4. §.1 num.3.pag.14.
Notarius in irregularis fiat,acta conſcribendo in cauſa criminali.vid.verb.Publicus ſcriba.
Notarius an fiat irregularis,qui ſcripſit ſententiam ſanguinis,ſi executioni mandata non eſt.uid.in verb.Publicus Scriba an irregularis fiat,ſi acta criminalia.
Notorium delictum quodnam dicatur, quoad rem noſtram pertinet.cap.43.§.1.num.1.p.174.
Notoria delicta quamobrem irregularem quem reddãt. eod.cap.§.2.n.1.pag.174.
Notorium vbi non eſt,quem ſibi partem corporis abſcidiſſe,irregularis non eſt,etiam ſi ipſam abſciſſam habet.cap.51.num.7.pag.196.
Nuntij,& Legati Apoſtolici an diſpenſare poſſint cum homicida voluntario.cap.33.§.2.num.4.pag.145.
Nuncium malum afferẽs ægroto,vel ad iram prouocãs, vt clericus moriatur,irregularis fit.cap.11.§.3. nu. 6.pa.

6.pag.60.
Nuptias binas contrahens infamis efficitur ipſo facto infamia iuris.vid.verb.Duo ſponſalia.

O

OBEDIRE nolens ſuperiori,an irregularis ſit.cap.36.§.4.num.7.pag.158.
Obligans enſem alicui eunti in locum periculoſum,irregularis fit,ſi occidatur. vid. verb.Enſem ſi quis.
Obligatus reipublicæ ob aliam cauſam ab adminiſtratione,irregularis non eſt.cap.58.§.1.num.4.pa.227.
Obtinens diſpenſationem,an extinguatur morte concedentis.vid.verb.Diſpenſationis gratiam.
Occidens,vel mutilans quempiam priuata auctoritate, ideſt vt priuata perſona,irregularis fit.cap.14.num.1.pa.72.
Occidens,vel mutilans de mandato alterius,irregularis fit.ibid.num.3.
Occidens vel mutilans,quo ſe tueatur,& ſic pro ſua defenſione non ſeruato moderamine inculpatæ tutelę,irregularis fit.ibid.num.2.
Occidens alium,quem alius volebat interficere,vel qui pro certo moriturus erat,irregularis fit.ibid.num.4. pa.73.
Occidens eum,qui te aggreditur,ne te mutilet,an irregularis fias.cap.29.§.1.num.1.pag.128.
Occidens eum,qui te verberat,an irregularis fias. cap.29.§.2.num.1.pag.129.
Occidens eum,qui tibi iniuriam verbis infert,an irregularis fias.ibid.num.2.
Occidens aliquem,quo ſe a mortis periculo liberet,an irregularis fiat,ſi ob delictum,& ſuam culpam in illud periculum ſe coniecit.eod.cap.§.3.num.1.pa.130.
Occidens iudæum,vel Turcam irregularis fit.cap.4.§.1.num.1.pag.13.
Occidere volens vnum,& per errorem alium occidens, an irregularis fiat.cap.18.§.2.num.12.pag.98.
Occidere an quis poſſit virũ præſtantem, & inſignem, qui & Reipublicæ valdè vtilis eſſet,vbi aliter ſe tueri non poteſt,ſi perſona ipſa vilis ſit.cap.29.§.5.nu.1.pa.131.
Occidere an liceat ſine irregularitatis metu,qui ad peccandum te cogere vult.cap.30.num.3.pag.138.
Oculum effodiens,quo quis non videt,irregularis fit.ca.4.§.1.num.2.pag.14.
Oculi corporis partes ſunt,& membra dicuntur.eod.c.4.§.4.num.1.pa.16.
Oculum vnum in frõte habens,irregularis eſt.cap.48.§.1.num.2.pa.191.
Oculo,ſeu in oculo maculam habens,irregularis eſt,ſi grauem deformitatem afferat.cap.48.num.7.pag.191.
Oculum vnum altero maiorem habens,irregularis eſt. ibid.num.8.
Oculos extra caput eminentes, vel ſtrabonis habens, irregularis eſt, modo ſcandalum det. ibid. nume.9.
Oculos habens,ſed non videns,irregularis eſt.cap.47.num.3.pa.189.
Oculis orbato ſi quis quidpiam obijciat,vnde cadat,& moriatur,irregularis efficitur.cap.23.§.4.num.8.p.117.
Oculus,cui erutus eſt,irregularis eſt.cap.48.num.2.pa.191.
Oculos ambos,qui habet,& ſiniſtro non videt,ſed dextro,irregularis eſt.ibid.num.3.
Oculus ſiniſter,oculus canonis dicitur,& quamobrem. ibid.num.4.
Oculi vitium ſcandalum præbens,vel ſtomachum faciens,irregularem quem reddit.ibid.num.5.
Oculorum lapitudine graui laborans irregularis eſt,ſecus ſi leui.ibid.num.6.
Occultum delictum quodnam ſit.vid. verb. Notorium delictum.
Offendicula in itinere ponẽs irregularis fit,ſi quis ob id pereat.cap.23.§.4.num.11.pa.118.
Omittens defendere eum,ne occidatur, mutileturvè, ubi ex officio,& debito iuſtitiæ defendere,ipſum tenetur,irregularis efficitur,ſi mors membriue mutilatio interueniat. cap.23.§.3.num.1.pa.114.
Opem ferens Rebaptizantibus,an ſint irregulares. vid. verb.Rebaptizantibus.
Opem ferens homicidis poſt homicidium,an irregularis fiat.ca.17.§.2.num.1.pa.94.
Opem ferens carnifici ad morem inferendam, irregularis eſt.cap.11.§.2.num.2.pag.59.
Opem ferẽtes in bello iuſto,an ſint irregulares.vid.ver. Bellum dum iuſtum.
Opponere irregularitatem quis poſſit.vid. verb. Irregularitatem opponere.
Opponere irregularitatem,quæ oritur ab obligatione ratiociniorum,quis poſſit.cap.58.§.1.numer.10.pag.228.
Ordinans ſeruum,quid tunc facere debeat. vid. verb. Seruus ſi contradicente,& verb.Seruo ordinem.
Ordinatus ab Epiſcopo excommunicato ordinem recipit.cap.40.§.1.nu.1.pa.166.
Ordinatus ab Epiſcopo excommunicato irregularis fit. ibid.nu.2.p.167.
Ordinatus ab Epiſcopo excommunicato non denunciato,neque notorio,irregularis non efficitur.cap.40.§.1.num.3.p.167.
Ordinatus irregularis fit,ſi contingat eum priuari membro,parteve alia corporis,vnde functiones Eccleſiaſticas obire non poſſit.cap.52.nu.1.p.197.
Ordinatus irregularis fit, ſi membro, parteve alia corporis priuetur,quæ ob deformitatem ſcandalum prębeant,eſto aliâs functiones Eccleſiaſticas obire poſſit.ibid.nu.2.
Ordinatus ſi mẽbro, partevè alia corporis priuetur ſua culpa,irregularis eſt, eſto functiones Eccleſiaſticas obire poſſit,& ſcandalum non prębeat, vbi notoriũ id eſt.ibid. num.3.
Secus ſi non ſua culpa id contigit.ibid.num.4.
Item ſi ſua culpa,ſed id notorium non eſt.eod.num.5. pa.198.
Ordinatus à minori excommunicatione irretito,non fit irregularis.cap.40.§.1.num.4.pa.167.
Ordinatus per uim,ac metum à prædicto Epiſcopo,an irregularis fiat.eod.cap.& §.num.5.pa.167.
Ordinem ſuſcipiens ab eo,qui eſt ſuſpenſus,vel interdictus,irregularis fit.cap.40.§.2.num.3.pag.168.
Ordinem

Ordinem ſuſcipiens a ſuſpenſo,ſed non à collatione ordinum,irregularis non ſit.ibid.num.4.
Ordinem ſuſcipiens ab hæretico.vel ſchiſmatico,characterem recipit.eod cap.§.3.num.1.pag.168.
Ordinem ſuſcipiens ab hæretico, vel ſchiſmatico,irregularis ſit.ibid.num.2.pa.168.
Ordines minores cum ſubdiaconatu ſuſcipiens irregularis efficitur.cap.39.§.1.nu.1.pa.165.
Ordines ſacros plures eodem die ſuſcipiens, irregularis efficitur.ibid.num.2.ead.pa.
Ordines minores plures vno die ſuſcipiens,non ſit irregularis.ibid.num.3.ead p.
Ordinē ſuſcipiens ſacrum ab eo Epiſcopo,qui renunciauit Epiſcopatui,& dignitati,irregularis eſt.cap.40.num.3.pa.166.
Ordines minores ſuſcipiens ab Epiſcopo qui renunciauit Epiſcopatui,& dignitati,irregularis non ſit.ibi.num.4.pa.166.
Ordinem eundem eidem ſepius conferens,an irregularis fiat.cap.35.§.5.num.1.pa.153.
Ordinem ſuſcipiens à degradato,vel depoſito,irregularis ſit.cap.40.§.5.num.4.pag.170.
Ordinis,quem quis non habet,functiones exercēs,vt irregularis fiat, requiritur,vt eas obeat tanquam ei ordini initiatus,& qua ratione iudicetur.c.37.nu.10.pa.161.
Ordinis quem quis non habet, functiones exercens non ſerio,irregularis non ſit.cap.eod.num.12.pa.162.
Ordinis functiones eius exercens,quem quis non habet, an irregularis efficiatur.cap.37.nu.1.pag.160.
Ordini initiatus ante confirmationē,an irregularis fiat.cap.38.num.4.pa.163.
Ordinibus an initiari poſſit irregularis.vid.verb.Irregularis ordinibus.
Ordinibus minoribus initiatus,ſi matrimonium inualide contrahat cum corrupta,an efficiatur irregularis.vid.verb.Minoribus ordinibus initiatus.
Ordinibus initiari non debet,qui nō habet, vnde ſe ſuſtētet,& ſic irregularis quodamodo eſt, & quãobrem.cap.61.num.1.pa.136.
Ordinibus minoribus initiari volens,an neceſſario habere debeat,vnde ſe ſuſtentet.ibid.num.2.
Ordinis functiones exercens,quem non habet,quem tamen habere probabiliter ſe exiſtimat,irregularis nō ſit.cap.37.num.8.pag.161.
Ordinum functiones obire irregularis poteſt, quæ & à laicis poſſunt.cap.65.§.4.num.2.pa. 249.
Os porci habens irregularis eſt.cap.48.§.1.num. 2.pa.191.
Oſtium occludens intro ingredienti,ne occidatur,an irregularis fiat.vid.verb.Rixa orta ante tuas ædes.

P

PANEM, aliaque ad victum pertinentia,equos præbens ijs, qui ad homicidium committendum eunt,an irregulares fiant.cap.17.num.3.pag.93.
Papa vid.in verb.Romanus Pont. & in verb.Summus Pont.
Papa diſpenſat cum hæretico quoad ordines ſuſcipiendos,& ſuſceptos in hæreſi,& in omnibus.cap.36.§.5.num.2.pag.158.
Papa ſolum diſpenſat cum apoſtatis à religione,vbi ordines in ea apoſtaſia ſuſceperunt.ibid.numer.4.pag.159.
Papa diſpenſat cum homicida voluntario.cap.33.§.2.num.3.pag.145.
Paralyticus an irregularis ſit.cap.54.§.1.num. 1.pag.204.
Paralyticus quid ſit.cap.54.§.2.num.5.pag.205.
Parentes,& domini filios ſeruoſque languidos exponētes,vnde moriuntur,irregulares ſunt.ca.23.§.3.nu.13.pag.115.
Parentes,& domini non defendentes ſuos liberos, ac ſeruos,irregulares ſiunt,ſi ob eorum incuriam moriātur.cap.23.§.3.num.11.pa.115.
Parentes correctionis gratia liberos caſtigare poſſunt.cap.20.num.2.pag.103.
Parentes liberos,& domini ſeruos debito iuſtitiæ tenētur defendere.cap.23.num.8.pa.112.
Parochi poſſunt caſtigare correctionis gratia ſuos parochianos.cap.20.num.6.pag.103.
Parte corporis carens,quæ membrum non eſt, irregularis eſt,ſi ob id impeditur,ne functiones Eccleſiaſticas commodè obeat.cap.49.num.1.pa.193.
Partem corporis ſua culpa amittens abſque legitima cauſa,irregularis eſt,ſi notorium id ſit,eſto pars illa membrum non ſit,nec adminiſtrationem diuinorum impediat.cap.51.num.1.pag.195.
Etiamſi id fecerit,vt Deo obſequium præſtet.ibid.nume.2.
Partem membri ſibi abſcindens irregularis eſt.cap.51.num.4.pa.196.
Partem corporis omnem habens,non impedientem functiones Eccleſiaſticas,irregularis eſt, quãuis partes illæ membra non ſint,ſed adeo deformes,vt ſcandalū præbeant.cap.50.num.1.pag.194.
Patri conſulens,vt filium mediocriter verberet ob delictum commiſſum,irregularis non ſit,ſi eum mutilet.cap.16.§.6.num.1.pag.90.
Patriæ tuendæ gratia,qui ſuadet cuipiam,vt moriatur, an irregularis fiat.vid.verb.Conſulens cuipiam, vt pro patria.
Patrimonium pro titulo aſſignato quantum eſſe debeat.cap.61.num.6.pa.136.
Patrimonio carens an poſſit ordines ſuſcipere.vid.ver.Ordinibus initiari, & verb.ſeq.
Paruitas nimia an irregularem quem reddat.cap.48.§.1.num.10.pa.192.
Peccatorem an liceat occidere,vbi quis ſcit in mortifero peccato eſſe, ſi aliter mortem ab eo illatam euadere non poteſt.vid.verb.
Defendens ſe ab aliquo an poſſit eum licitè.
Pedes habens ita vt tali ante,digiti verò retro ſint,vel tali ſibi reſpondeant,vel extra, uel digiti vtriuſque pedis ſe reſpiciant,irregularis hic eſt.cap.48.num.15.pa.191.
Pede ligneo vtens irregularis eſt.eod.nume. 16.pagin.192.
Pedes habens, ſed inhabiles ad ambulandum, irregularis eſt.cap.47.nu.15.p.190.
Pede ligneo vtens irregularis eſt.cap.47.num. 16. pa.190.

Pedes corporis partes ſunt, & membra dicuntur. cap. 4. §. 4. nu. 1. pag. 16.

Palpebræ occulorum an membra ſint. cap. 4. §. 5. num. 7. pag. 18.

pedibus vel vno carens irregularis eſt. c. 46. n. 6. p. 188.

Pellarella an irregularem reddat. vid. verb. Alopecia.

Pœna eorum, qui indigne accipiũt ordines, et beneficia. cap. 3. §. 3. num. 4. pa. 12.

Pœna, qua afficiuntur conferentes indignis ordines, & beneficia. ibid. num. 5.

Pœna, qua afficiatur is, qui ordines ſacros ei confert, qui non habet, vnde ſe ſuſtentet. cap. 61. nu. 7. pag. 137.

Penſio irregulari collata non valet. vid. verb. Collatiõ Beneficij Eccleſiaſtici irregulari facta.

Percutere me volẽtem, ſi declinem, quò ipſum euadam, & alius ex ea percuſſione moriatur, non fio irregularis. cap. 7. nu. 5. pag. 45.

Percutiens furem, ne aufugere poſſit, qui poſtea ab alijs occiſus eſt, an irregularis ſit. vid. verb. Presbyter, qui percuſſit.

Percutiens mulierem pugno, vnde abortus factus eſt, an ſit irregularis. vid. verb. Pugno mulierem.

Percuſſus, ſeu vulneratus à pluribus vbi quis fuit, & dubitatur cuius ictu interierit, an omnes irregulares ſint. cap. 14. §. 1. nu. 3. pa. 74.

Percuſſus, ſeu vulneratus à pluribus vbi quis fuit, ſed nullum vulnus per ſe fuit mortale, mortuus tamen eſt vulneratus, an omnes irregulares ſint. ibid. num. 4. pa. 74.

Percuſſus, ſeu vulneratus ab aliquo an poſſit eum repercutere, & interficere ſine metu irregularitatis. cap. 29. §. 10. num. 1. pag. 135.

Per ſaltum promoueri quis dicatur. cap. 38. num. 1. pa. 162.

Per ſaltum promotus an ordinem ſuſcipiat. ibid. nu. 2.

Per ſaltum promotus an irregularis ſit. cap. 38. §. 1. nu. 1. pag. 163.

Perſequens quempiam, qui fugiendo puerum oppreſſit non volens, an irregularis fiat, qui eum perſequebatur. cap. 18. §. 2. num. 4. pag. 97.

Peſtilentia irregularem quem reddit, & quamobrem. cap. 55. §. 3. num. 3. pa. 208.

Peſtilentia morbus quid ſit. ibid. num. 4.

Peſtilentiæ tempore, an ſacerdos parochus à ſua parochia abire licite poſſit. ibid. num. 5. ead. pa.

Peſtis an irregularem reddat. vid. verb. Peſtilentia.

Petere an quis poſſit pro aliquo irregulari diſpenſationem ſine mandato. vid. verb. Diſpenſationem petere.

Petens diſpenſationem ſuper irregularitate, quę naſcitur ex delicto, an ſpeciem ſpecialiſſimã delicti exprimere debeat. vid. verb. Diſpenſationem petens.

Phtiſis vulgo dictus Tiſico irregularem reddit, & ob quam cauſam. cap. 55. §. 3. num. 1. pag. 208.

Phtiſis morbus quid ſit, & vnde dictus. ibid. nu. 2.

Pigmei an irregulares ſint. cap. 48. §. 1. num. 11. p. 192.

Plura membra cuipiam abſcindens an irregularis ſæpius fiat. vid. verb. Iudex mandans cuipiam.

Plures occidens, vel mutilans an ſæpius fiat irregularis. vid. in verb. Iudex ſi plures.

Plures actus faciens ad occidendum, an in plures irregularitates incidat. vid. verb. Iudex an ſæpius.

Plures ſi agrediantur aliquem, & ex ipſis aliqui mortifere vulnerẽt, alij uõ mortiferè, irregulares tamẽ omnes ſunt, ſi moriatur. cap. 14. num. 5. pa. 73.

Poculum dans, vel ad aliciendum ad amorem, vel ad abortũ, vel ad impediẽdã cõceptionẽ, vel generationẽ, an irregularis fiat, ſi moriatur is, cui ipſum dedit. cap. 18. §. 2. num. 2. pa. 97.

Podagra, chiragraue laborantes, ita vt ambulare nequeant, nec manuum vſum habere, irregulares ſunt. cap. 53. §. 1. num. 1. pa. 201.

Podagra, chiragraue laborantes irregulares non ſunt, ſi non impediũtur, quominus functiones Eccleſiaſticas obeant. ibid. num. 2.

Podagra quid ſit. ibid. num. 3.

Pollice, indiceque ambarum manuum carens irregularis eſt. cap. 47. num. 12. pag. 189.

Ponte quem proijciens ioco, an irregularis fiat, ſi proiectus obruatur. cap. 18. §. 2. num. 10. pag. 98.

Portans literas, quibus mandabatur, vt quis occideretur, an irregularis fiat. cap. 8. §. 2. num. 2. pag. 49.

Poteſtas abſoluendi à peccatis non pertinet ad irregularitatem. cap. 66. num. 3. pa. 250.

Præbẽs gladium furioſo, quo ſe, aut alios occidit, an irregularis ſit. vid. verb. Furioſo gladium.

Prębẽs arma ei, quem credit ipſis homicidiũ cõmittere velle, an fiat irregularis. vid. verb. Arma prębens ei.

præbẽs pertinẽtia ad victũ, & alia ijs qui ad homicidiũ cõmittendũ eũt, an irregularis ſit. vi. ver. Panẽ, aliaque ad victum.

Præbens arma ad iuſtum bellum an irregularis ſit. cap. 11. §. 4. num. 4. pa. 63.

Præbere arma. vid. verb. Arma præbens.

Pregnanti mulieri abortum ſuadens, quò ſe à morte liberet, an irregularis fiat. vid. verb. Conſilium dans, ſeu ſuadens mulieri.

Prælatus ſi committat clerico, vt nomine ſuo eligat iudicem, qui cauſam criminalem cognoſcat, & iuſtitiam faciat, an clericus ille irregularis fiat, ſi contingat mors, vel mutilatio. cap. 5. §. 8. num. 11. pa. 31.

Præmium proponẽs ei, qui in manibus quempiam viuũ tradit, irregularis fit, ſi captus interficiatur. cap. 5. §. 8. num. 12. pa. 32.

Præsbyter, qui volens corrigere quempiam de ſua familia, cingulo, quo cingi ſolebat, verberando, gladio è vagina, quæ cingulo adherebat dorſum eius, quem caſtigabat, vulnerans, irregularis fit, vbi ex ea percuſione moritur. cap. 20. num. 20. pa. 103.

præsbyter, qui percuſſit, non tamen mortifere furem exportantem res Eccleſiæ, vnde aufugere non potuit, & idcirco à parochianis fuit occiſus, an irregularis fiat. cap. 14. §. 1. num. 6. pag. 75.

præſens qui eſt in bello iniuſto, vel vt opẽ ferat, ne ſocij impediãtur, vel vt ſubſidio ſint, terrorẽuè hoſtibus incutiãt, irregularis fit, ſi mors, mutilatiouè ſequatur. cap. 13. num. 3. pag. 70.

præſens laicus qui eſt, dum vindicta ſanguinis fit, an irregularis fiat. vid. verb. Laici, qui interſunt.

Præſens clericus qui adeſt dum vindicta ſanguinis fit an irregularis fiat. vid. verb. Clerici, qui interſunt.

Præſentia, quæ reddat quem irregularem, vbi quis præſens adeſt mutilationi, vel homicidio. cap. 5. §. 2. nu. 3. pag. 23.

Præſides Romandiolæ, necnõ Piceni, & huiuſmodi, necnon Legati à latere euadere irregularitatẽ poſſunt, ſi criminales cauſas aut generatim, aut ſpeciatim alteri com-

ri com-

ri committant, eſto mors, membrive mutilatio deinceps ſequatur. cap. 5. §. 8. nu. 8. p. 30.

Præſtans arma. vid. verb. Arma præſtans.

Preſtans arma carnifici an fiat irregularis. vid. verb. Arma preſtans carnifici.

Prævaricatione, ideſt de prævaricatione condemnatus ſit infamis. ca. 60. §. 4. nu. 8. p. 234.

Prævenire an liceat, vbi quis te vult occidere, ſine metu irregularitatis. cap. 29. §. 9. nu. 1. p. 134.

Principes laici, an in aliqua irregularitate diſpenſare poſſint. cap. 62. §. 2. nu.. 1. p. 241.

Principes laici quãdo diſpẽſent. vi. uer. laici principes.

Priuata perſona an in aliqua irregularitate diſpenſare poſſit. cap. 62 . §. 2. nu. 24. 1,

Procurator, & Aduocatus tenentur defendere reũ iuſtitiæ debito. cap. 23. nu. 12. p. 112.

Procurator accuſatoris irregularis ſit, ſi ob ſuã operam mors, mẽbrive mutilatio ſequatur. ca. 10. n. 1. p. 54.

Procurator, ſeu Syndicus vniuerſitatis, ſi eius noĩe quẽpiam accuſat, an ſinguli de vniuerſitate irregulares ſint. ibid. num. 2.

Procurator an poſſit interuenire pro accuſato. ibi. n. 3.

Procurator fiſcalis irregularis ſit, vbi ob eius factum mors interuenit. ibid. n. 8. p. 55.

Proceſſu non legitimo ſi quem condemnauit adulterij, irregularis ſit, ſi proximi mulieris adulteræ adulteram, uel adulterum occidant. c. 5. §. 7. nu. 2. pa. 29.

Prodeuntes in ſcenam lucri gratia, an ſint irregulares. vid. verb. In ſcenam: & ibidem, an ſint infames infamia iuris ipſo facto.

Profeſſio illegitimati in aliqua religione tollit irregularitatem quoad omnes ordines, ſed non quoad dignitates. cap. 44. §. 5. nu. 1. p. 185.

Prohibere mortem alicuius potens, quam vel ſibi ipſe, vel alij inferre volunt, an irregularis fiat, ſi id nõ faciat. vid. verb. videns aliquos pugnantes.

Proijciens quem ludi gratia in terram, ſi læſus gladio eius, quem in terram proiecit, moriatur, an proiectus in terram irregularis fiat. cap. 22. nu. 9. p. 107.

Propinqui correctionis gratia propinquos caſtigare poſſint. cap. 20. nu. 3. p. 103.

Promittens aliquem tueri, & illum non tueatur, irregularis ſit, ſi mors, mutilatiove eius interueniat. capit. 23. §. 3. nu. 4. p. 114.

Pro ſocio damnatus ob dolum infamis efficitur. ca. 60. §. 2. nu. 5. 0. 232.

Proteſtatio omiſſa in foro Eccleſiaſtico non reddit accuſatorem irregularem, etiam ſi per eadẽ acta mors ſequatur. cap. 6. §. 5. nu. 3. pa. 38.

Proteſtatio, quæ fit ab accuſatore, quid operetur. eod. cap. §. 6 nu. 1. ead. p.

Proteſtatio, quæ fit ab accuſatore, quò irregularitatem effugiat, qua forma concipiatur. eod. ca. §. 7. num. 1. pag. 39.

Proteſtatio an in ſcriptis fiat. ibid. nu. 3.

Proteſtatio quando proponenda. eod. nu. 4. p. 40.

Proteſtatio coram quo fieri debeat. ibid. nu. 5.

Proteſtatio, qua accuſator irregularitatem euadit, verbis non expreſſa, ſed animo tantum concepta, an proſit ad irregularitatem euitandã. eo. c. §. 8. n. 1. p. 40.

Proteſtatio prædicta an liberet quem ab irregularitate, ſi proteſtans animum proteſtationi contrariũ habeat. ibid. num. 2.

Proteſtatio non prodeſt, vbi de re aliena agitur. eod. ca. num. 2. pa. 42.

Proteſtatio non prodeſt procuratori, & aduocato. eod. cap. num. 3. pag. 42.

Proteſtatio locũ habet etiam in dãnis futuris. ibi. n.. 5

Proteſtatio, quæ liberat proteſtantem ab irregularitate, an extra iudicium proſit. eod. cap. §. 10. nu. 2. p. 44.

Proteſtatio, quæ accuſatorem ab irregularitate liberat, locum tantum habet, vbi ſuum intereſſe proſequitur. eod. cap. §. 9. nu. 1. p. 41.

Proteſtatio nihil prodeſt, vbi criminaliter agitur, & quamobrem. c. 6. §. 1. nu. 3. p. 34.

Proteſtatio prodeſt in criminalibus, vbi ciuiliter agitur, & quamobrem. ibid. nu. 4.

Proteſtatio quid ſit. ibid. n. 5. p. 35.

Proteſtatio, quæ tuetur accuſatorẽ, ne irregularis fiat, cur inuenta. eod. cap. 6. §. 2. nu. 1. p. 35.

Proteſtatio, qua accuſator irregularitatem euadit, an etiam laicis, ſicut clericis conceſſa ſit. eod. cap. §. 3. num. 1. pa. ead.

Proteſtatio in cauſis criminalibus locum habet. eod. ca. 6. §. 4. nu. 1. p. 36.

proteſtatio, qua propoſita irregularitatem quis effugit, non requiritur, vbi pro illa cã, neque mors, neque mẽbri mutilatio inferri poteſt, eſto per iniuſtitia iudex eam inferat. ibid. nu. 2.

proteſtatio dicta non etiam eſt neceſſaria in criminalib. vbi pœna corporis aliqua debetur, ſed nec eſt mors, neque membri mutilatio. ibid. nu. 3.

proteſtatio hęc nõ requiritur in cauſis ciuilib. ibid. nu. 4. pa. 36.

proteſtatio an ſit neceſſaria in cauſis ciuilibus, ſi pro certo habetur, ſine ſanguine conſequi quem ſuum non poſſe. cap. 6. §. 4. nu. 5. p. 37.

proteſtatio, qua accuſator irregularitatem euitat coram quo iudice, & in quo foro facienda ſit. eod. capi. §. 5. num. 1. pa. 38.

proteſtatio hæc in foro Eccleſiaſtico non requiritur. ibidem num. 2.

publicus ſcriba, ſeu notarius, ſeu Tabellio irregularis efficitur, ſi acta iudicij criminalis ſcribat, vbi inde mors, membrive mutilatio ſequitur. c. 8. nu. 1. p. 46.

publicus ſcriba, qui officium cauſarũ criminalium ſumpſit, an irregularis fiat, ob ſolam tantum ſuſceptionẽ. cap. 8. §. 2. nu. 3. p. 49.

public⁹ ſcriba, an irregularis fiat, ſi acta criminalia ſcripſit, immò & ipſam ſententia, qua quis morti condẽnabatur, vbi mors deinceps ſecuta non eſt, nec membri mutilatio. ibid. nu. 4. ead. p.

publica delicta quæna ſint. vid. uerb. Delicta publica.

pugno mulierẽ percutiẽs, unde abortus animati fœtus factus eſt, an irregularis efficiatur. c. 18. §. 2. num. 11. pa. 98.

pulſantes campanas, vt homines congregentur ad tuendam patriam, vel ſeditionem ſedandam, irregulares non fiunt. cap. 11. §. 6. nu. 4. p. 66.

Puniri pœna quis poſſit à iure ciuili, Pontificiove, vbi quis defendere poterat, & non defendit. cap. 23. nume. 4. pa. 110.

Q

QVISQVE ſuam familiam correctionis gratia caſtigare poſſet. cap. 20. nu. 5. p. 103.

R

RAMOS tradens hebreis ad ſenofegiam, vel adiuuans ad panes azimos conficiẽdos, an peccet. cap. 11. §. 4. num. 12. pa. 64.
Rapere alteri arma an liceat, quò ſe tueatur cum domini damno. vid. verb. Defenſionis ſui gratia, an liceat alteri arma arripere.
Ratiocinium quid ſit. cap. 58. num. 1. pa. 225.
Ratiocinij ſpecies quot ſint. ibid. nu. 2.
Ratiocinia publica quænam ſint. ibid. num. 3.
Ratiocinia priuata quænam ſint. ibid. num. 4.
Ratiocinijs obligati irregulares ſunt, & quamobrem. eod. cap. §. 1. nu. 1. pa. 226.
Ratiocinijs obligati, vbi rationes reddiderint, irregulares non ſunt. ibid. num. 2.
Ratiocinijs obligati quando rationes reddidiſſe dicantur. ibid. num. 3.
Ratiocinijs obligatus ob adminiſtrationem, quam coactus quis ſuſcepit, irregularis non eſt. eod. cap. & §. num. 5. pa. 227.
Ratiocinijs obligatus ob adminiſtrationem rerum Eccleſię, vel miſerabilium perſonarum, irregularis non eſt. ibid. nu. 6.
Ratiocinijs obligatus ob adminiſtrationem pię cauſæ non fit irregularis. ibid. num. 7.
Ratiocinijs obligatus ob adminiſtrationem rerum priuatę perſonæ, an irregularis ſit. ibid. nu. 9.
Ratiocinijs, & Curia liberatus deſinit eſſe irregularis. cap. 63. num. 6. p. 242.
Ratum habens homicidium, vel mutilationem, an irregularis fiat. cap. 15. §. 2. nu. 1. p. 79.
Rebaptizatus ignoranter an ſit irregularis. capi. 35. §. 1. num. 1. pa. 149.
Rebaptizatus vi ac metu an irregularis ſit. ibid. §. 2. numer. 1. pa. 150.
Rebaptizantes an irregulares ſint. ibi. §. 3. n. 1. p. 151.
Rebaptizantibus qui opem ferunt, an irregulares ſint. ibid. num. 2. p. 151.
Rebaptizantes ob ignorantiam an irregulares ſint. ibidem. num. 7. p. 152.
Receptatores hæreticorum, & eorum filij an ſint irregulares. vid verb. fautores.
Recitare tenetur horas canonicas irregularis ordini ſacro initiatus. vid. verb. Irregularis qui eſt.
Referens aliquid, vnde mors ſequitur, an ſit irregularis. vid. verb. Iniuriam illatam.
Reges, ac Principes ſuos ſubditos debito iuſtitiæ tenentur defendere. cap. 23. §. 1. nu. 4. p. 111.
Regulares ſi corporis defectum patiantur, uel deformitatem, an impediantur, quominus functiones Eccleſiaſticas obeant, Epiſcopus etiam id arbitratur, & non eorum prælati. cap. 52. §. 2. nu. 2. p. 200.
Regularis ſine patrimonio ad ordines ſacros qua ratione admittatur cap. 61. nu. 3. p. 136.
Reipublicæ obligatus an ſit irregularis. vid. verb. Obligatus reipublicę.
Religioſus Apoſtata eſt irregularis. cap. 36. §. 4. nume. 4. pa. 158.
Religioſus profeſſus extra clauſtra exiens ad audiendã phyſicam, vel leges, irregularis fit, niſi intra duos menſes redeat. cap. eod. & §. nu. 5. ead. p.
Religioſorum ſuperiores ſuos ſubditos an tueri debeant. vid. verb. Generales.
Renunciare Epiſcopatui quis dicatur. cap. 40. nume. 1. p. 165.
Renunciare dignitati Epiſcopali quis dicatur. ibid. nu. 2. ead. pa.
Reprehenſus ad conuerſionem, ſi ob id ſe occidat, vel mutilet, irregularis non fit, qui eum reprehendit. ca. 28. num. 6. pa. 126.
Reſpondere non potens interroganti, vbi ſit reus, vel qua tranſierit, an irregularis fiat, ſi ob indicium eius inuentus, captus, & mortuus fuerit. ca. 11. nume. 3. pa. 57.
Reuocans mandatum datum ad homicidium, uel mutilationem, an irregularis fiat, eſto mandatarius illud exequatur. vid. verb. Mandatum, qui dedit.
Reuocans conſilium, quod dedit ad homicidium, an irregularis fiat, ſi nihilominus homicidium ſequatur. vide in verb. Conſilium reuocans.
Rixa mota ab aliquo in aliquem iniuſtè, irregularis fit, ſi ſuperuenientes eius amici occidãt, mutilent ve eũ, in quem rixam mouit, eſto id prohibeat. ca. 6. §. 10. num. 2. pa. 44.
Rixa orta ante tuas ædes, ſi occludas oſtium intro ingredienti, ne occidatur, an irregularis fias. capi. 23. §. 4. num. 9. p. 117.
Rixa à clerico mota contra aliquem, ſi ſuperueniãt eius amici, & eum interficiant, contra quem clericus rixam mouit, an clericus irregularis ſit, quãuis id ſuis amicis prohibuiſſet, quantum potuit. cap. 18. §. 2. nu. 1. pa. 97.
Romanus Pont. in omni irregularitate diſpẽſare poteſt. cap. 62. §. 1. num. 1. pag. 239.
Romanus Pont. an diſpenſare poſſit cum eo, qui functiones Eccle. obire nequit. ibid. num. 2.
Romanus Pont. diſpenſare non poteſt, vt mulier, & non baptizatus ordinem ſuſcipiãt. cap. 1. numer. 5. pa. 2.
Romanus Pont. vid. in verb. Summus Pont.
Romanus Pont. cum quocunque bigamo diſpenſare poteſt. cap. 56. §. 7. num. 1. pa. 219.
Romanus Pont. in omnibus irregularitatibus diſpenſare poteſt. cap. 1. num. 2. pag. 1.
Romanus Pont. diſpenſat cum irregulari ob infamiam. vid. verb. Diſpenſare cum irregulari ob infamiam.
Romani Pont. auctoritate, ordinis, quem non habet, functiones exercens, irregularis non fit. cap. 37. num. 9. pag. 161.

S

SACERDOS benedictionem Epiſcopalem tribuens irregularis eſt. cap. 37. nu. 2. pa. 160.
Item ſi altare conſecret, & alias functiones Epiſcopales obeat. ibid. n. 3. p. 161.
Sacramẽta alia ſuſcipere, excepto ordine, irregularis poteſt, indulgentiaſque. cap. 65. §. 4. num. 1. pag. 249.
Sacramenta, quæ iterari nequeunt quot ſint. vid. verb. Baptiſmus, Confirmatio.
Saltans cum muliere prægnante, an irregularis fiat, ſi abortum faciat. cap. 221. num. 6. pag. 107.

Saltu promoueri quis dicatur.vid.verb.Per ſaltum promoueri.

Sanguinem effundēs,niſi mutilatio interueniat,irregularis non fit.cap.4.§.6.num.3.p.20.

Sanguinis effuſio,an requiratur in homicidio, vt quis fiat irregularis.vid.verb.Irregularitas, quæ naſcitur ex homicidio.

Sbirri,o Zaffi,quos defendere teneantur.vid. verb. Litores.

Schiſma quid ſit. cap.36.§.3.num.1.p.156.

Schiſma vnde dicatur.ibid.num.2.ead.p.

Schiſma quotuplex ſit.ibid.num.6.p.157.

Schiſma an irregularem quem reddat.ibid.num. 7. pa. 157.

Scientes delictum committendum eſſe in eum,cui quis ſubiectus eſt,& nō patefaciens,ad id tenetur, & qui nam ſint,qui teneantur,ibi declaratur.capi. 23.§.1. num.13.p.113.

Scientia,quæ requiratur in vnoquoque ordine ſuſcipiēdo.cap.3.§.2.nu.2.pa.9.

Scientia maior requiritur in Parocho Vrbis,quam villæ.cap.3.§.2. nu.2.pa.10.

Scire quæ quis debet.cap.3. §.2.nu.2.p.9.

Scribens literas alio dictante,quibus mandatur iudici, ut quem occidat,mutiletve , an irregularis fiat, ſi mors,membrive mutilatio ſequatur.cap.8.§.1.nu. 1.pa.47.

Scribens literas alio dictāte,vt quis capiatur,nulla mētione vindictę ſanguinis facta,an irregularis fiat, ſi ex ea captione mors, membrive mutilatio interueniat.ibid.num.2.

Scripta non authentica in cauſa criminali, an irregularem ſcribentem reddant.cap.8.num.2.pa.47.

Scripta a priuata perſona in cauſa criminali, an irregularem ſcribentem reddant.ibid. num.3.

Senes an irregulares ſint.cap.45.§. 3.numer. 3. pag. 187.

Sepulchri violati actione condemnatus fit infamis.ca. 60.§.4.num.6.pag.233.

Seruus deſinit eſſe irregularis,ſtatim atque libertate donatus eſt.cap.63.num.5.pa.242.

Seruus quid ſit.cap.57.num.1.pag.223.

Serui quot modis fiant.ibid.num.2.ead.pa.

Serui irregulares ſunt,& quamobrem. ibid. num.3.

Seruus ordinibus initiatus ordinem ſuſcipit.eod.cap.§. 2.num.1.pag.223.

Seruus contradicente domino,aut ignorāte,ſi ordinibus minoribus initietur,ſeruus remanet.ibid.num.2.pa. 224.

Seruus,ſi contradicente,vel ignorante domino,ab eo ordinem ſuſcipit,qui ſciebat eum eſſe ſeruum,quid tūc faciat, qui eum ordinauit.ibid.§. 3. numer. 1. pag. 224.

Seruo ordinem adminiſtrās,ignorante,vel contradicente domino,vbi probabiliter eum ſeruum eſſe ignorat, an pœnam patiatur.ibid.num.2.

Signum aliquod faciens,dum quis occiditur,quamobrē homicida audacior fit,irregularis efficitur.cap. 23. num.4.pag.110.

Simonia conuentionalis ipſo iure nullam pœnam infert, quibuſdam cauſis exceptis. cap.40.§.4.num.6.pag. 169.

Simonia realis quando irregularem quem non reddat eod.num.7 pag.ead.

Simonia realis in ordine,& beneficio commiſſa,quando irregularem reddat.ibid.num.8.

Simonia quid ſit.cap.40.§.4.num.1.pa.169.

Simonia quotuplex ſit.ibid.num.2.pa.ead.

Simonia mentalis nullam pœnam in foro exteriori habet.ibid.num.3.

Simoniacus quicunque,ſi ordinem conferat, modò nec notorius nec denunciatus ſit,irregularem non reddit eum,qui ab ipſo ordinem recipit. ibid.numer.4.pag. 169.

Simonia mentalis non reddit quem irregularem . ibid. nume.5.

Sodomia an irregularem quem reddat,vbi occulta eſt. cap.43.§.2.num.4.pag.175.

Spondens duobus mulierem,quam habet in poteſtate,eodem tempore,vel duobus nuptui tradens, vel alteri ſpondens, alteri vero nuptui trandens,vel patiens eam,quam habet in poteſtate,cum duobus ſpōſalia cōtrahere,ipſo facto eſt infamis iuris infamia. cap.60. §.1.num.4.pag.231.

Sponſalia duo contrahens,infamia iuris ipſo facto notatur.vid.verb.Duo ſponſalia.

Subditi tenentur defendere ſuos ſuperiores iuſtitiæ debito.cap.23.num.11.pag.112.

Suadens alicui,vt ſuum aggreſſorem occidat,an irregularis fiat.cap.16.§.3.nu.2.p.88.

Suadens cuipiam,vt ſe præcipitem det, irregularis fit, ſi mors ſequatur.cap.16 num. 8.pa.85.

Suadens cuipiam dolo,vt tranſeat,vbi ſunt ſui inimici, irregularis fit,ſi mors ſequatur,ſicut ſi per alium locum periculoſum,ſecus ſi non dolo malo.cap.16. nu. 5.pa.85.

Suadens aliquid, vnde mors ſequatur , vel dicens aliquid tale,irregularis fit.ibid.num.9.

Summus Pont.conferens ordinem illegitimo tacito videtur cum eo diſpenſare.ca. 44.§.2.num.2.pa.181.

Surdum quempiam reddens,an irregularis fiat. cap. 4. nu.4.pa.16.

Surdus,qui nihil omnino audit,irregularis eſt.capi.47. num.6 p.189.

Surdus tardè audiens irregularis non eſt.ibid.nu.7.

Suſpenſio quid ſit.cap.40.§.2.nu.1.p.168.

Suſpenſio, quę contrahitur per ſuſceptionem ordinum ante ætatem,à quo tollatur.cap.45.§.2.nu.3.p.186.

Suſpenſus ob id quòd ſacros ordines in ętate inhabili ſuſcepit,irregularis eſt.eod cap.§.3.nu.1.p.187.

Suſpenſus irregularis fit,ſi ordines ſuſcipiat . vid. verb. Excommunicatus ſuſpenſus.

T

TABELLIO an fiat irregularis, acta ſcribendo in cauſa criminali.vid.uer. Publicus ſcriba.

Tabellio an fiat irregularis ſtatim atq. officium ſumpſit in cauſa criminali vid.verb.Publicus ſcriba,qui officium.

Terrorem incutiens colludenti,an irregularis fiat,ſi cadat colludens,& moriatur.vid.verb.ludens,& terrorem.

Terro

Terrorem incutiens hoſtibus in bello iniuſto irregularis ſit, ſi mors, mutilatiove ſequatur. vid. verb. Præſens qui eſt in bello iniuſto.
Teſtes an membra ſint. cap. 4. §. 5. nu. 9. p. 19.
Teſticulos, qui ſibi exellendos curauit ob morbum, deferre ipſos ſecum non tenetur. cap. 49. nu. 5. p. 193.
Teſticulis non ſua culpa carens irregularis non eſt. ca. 49. nu. 4. p. 193.
Teſtis irregularis efficitur, ſi ob ſuum teſtimoniū mors, membrive mutilatio inferatur. cap. 7. nu. 1. p. 54.
Teſtis irregularis ſit, ſi ob ſuum teſtimonium mors ſequatur, eſto ad vindictam ſanguinis ſe id non facere proteſtetur. ibid. num. 2.
Teſtis teſtimonium ferens in cauſa criminali irregularis ſit, etiam ſi metu ductus teſtimonium ferat. ibid. num. 3.
Teſtis irregularis ſit in criminali cauſa, etiam ſi indiciū tantum faciat ad captionem, vel quæſtionem, ſeu torturam, uel ad inquirendum. ibid. nu. 4. p. 55.
Teſtis irregularis non ſolum efficitur, in cauſa criminali, verum etiam peccat, ſi clericus ſit. ibid. nu 5.
Teſtis productus non dicens veritatem, vnde reus morte afficitur, irregularis ſit. cap. 23. §. 3. nu. 10. p. 115.
Teſtis irregularis ſit, qui adhibetur, dū reus inquiritur, ſeu examinatur, vel ſententia ſanguinis in reum promulgatur. cap. 7. nu. 6. p. 55.
Teſtis an irregularis ſiat, ſi pro reo teſtimonium ferat. ibid. nu. 7.
Teſtis irregularis non ſit, vbi in cauſa ciuili teſtimoniū fert, eſto mors, mutilatiove interueniat. ibid. nu. 8.
Teſtis an irregularis ſiat, ſi legitimè ſuſceptus non ſit. ibidem. num. 9.
Tibicines an irregulares ſint. vid. verb. Bellum dum iuſtum.
Timpanos pulſantes. vid. verb. Bellum dum iuſtum.
Tiſico morbus an irregularem reddat. vid. verb. Phtiſis.
Tractatum ſciens factum eſſe de aliquo interficiendo, & id non patefaciens, an irregularis ſiat. cap. 23. numer. 4. pa. 109.
Triremibus addicti, ſeu ad triremes damnati, ſi celerius moriantur, an irregularitas contrahatur. vid. verb. Iudex an irregularis ſiat, qui ad triremes.
Tueri ſe volens, ſi eſt cauſa vt alius occidatur, an irregularis ſiat. cap. 18. §. 2. nu. 6. p. 97.
Tueri qua ratione debeāt Reges, & principes ſubditos. Item milites, quos tuendos ſuſceperunt, & ſic reliqui, qui habentur. cap. 23. incip. à numero. 4. vſque ad nume. 13. vid. cit. cap. 23. nu. 13. p. 113.
Turrim, feneſtramve, qui ædificat, irregularis non ſit, ſi inde quis ſe præcipitem dedit. cap. 28. nu. 4. p. 126.
Tutores negantes alimenta pupillis, vnde moriantur, irregulares euadunt. ca. 23. §. 3. nu. 15. p. 115.
Tutor tutelæ iudicio condemnatus infamis eſt. cap. 60. §. 2. nu. 1. p. 231.

V

VENATIONIBVS operam dans an irregularis ſiat, ſi in ipſis quem occidat. ca. 22. nu. 10. p. 107.
Vēdens arma ad homicidium faciendum an ſiat irregularis. vid. verb. Arma vendens.
Vendentes arma ad homicidium an ſint, irregulares. vid. verb. Fabricantes.
Venenum ſi quis cuipiam dederit, & mors non ſequatur, irregularis non ſit. cap. 5. §. 4. nu. 2. p. 25.
Verberantem te ſi occidas, an irregularis ſias. vid. ver. Occidens eum, qui te verberat.
Verberari iuſtè quem mandans proteſtando'ne deformet, irregularis non ſit, ſi contrafiat. cap. 6. §. 10. nu. 2. pa. 45.
Verbis iniuriam inferentem, qui occidit, an irregularis fiat. vid. verb. Occidens eum, qui tibi iniuriam verbis.
Vi bonorum condemnatus ſit infamis. cap. 60. §. 4. nu. 2. pa. 233.
Vicarij Epiſcoporum, & qui Eccleſiaſtica officia gerunt, irregulares non ſunt. cap. 59. §. 1. num. 3. pagi. 229.
Victum diminuens reo, vnde celerius moritur, an fiat irregularis. vid. verb. Iudex irregularis ſit, qui reo.
Videns aliquos pugnantes, vel euntes ad interficiendū, vel quem tranſiturum per aliquem locum, vbi à ſuis inimicis expectatur, vt occidatur, vel quem manus ſibi inferre volentem vel per feneſtram ſe proijcere conantem, vel exire è d[illegible] nolentem, quæ iam caſura eſt, vel venenum cuipiam parari, & his malis nō occurrens cum poſſet, an irregularis ſit. cap. 23. num. 4. pag. 110.
Videns quem occidi ſi delectetur, & poſſit ei opē ferre, an ſit irregularis, ſi id non faciat. cap. 23. num. 4. pa. 109.
Videndi gratia conſpicilis vtens, irregularis non eſt. ca. 47. num. 5. pag. 189.
Vidua nubens intra annum luctus de iure canonico, non eſt infamis. cap. 60. §. 1. num. 6. pag. 231.
Vidua cognita à marito priori reddit poſteriorem irregularem, ſi eam cognoſcat. cap. 56. §. 2. numer. 4. pag. 212.
Virum præſtantem an occidere quis poſſit, vbi aliter ſe tueri nequit. vid. verb. Occidere an quis poſſit virū præſtantem.
Vino ſi quis quem ebrium faciat, vnde ebrius aut ſe, aut alium mutilat, occiditvè, an irregularis ſiat, qui ebriū eum reddidit. cap. 18. §. 2. num. 3. pag. 97.
Vinū bonum qui fecit, irregularis eſt, ſi eo, quis ebrius quem occidat. cap. 28. num. 3 pag. 126.
Vinum vouens non bibere, an ordines ſuſcipere poſſit. c. 53. §. 2. num. 5. pa. 202.
Vino ne quis bibat prohibitus, an miſſæ ſacrum facere poſſit. ibid. num. 6.
Vino an liceat quidpiam miſcere, quo conſecretur. ibid. num. 10.
Vir plures mulieres cognoſcens extra formam matrimonij, nec bigamus, nec irregularis eſt. cap. 56. §. 2. num. 10. p. 214.
Virilia cui abſciſſa ſunt in adulterio deprehenſo, irregularis eſt. cap. 51. nu. 3. pa. 196.
Virilia cui abſciſſa ſunt abſque propria culpa, irregularis non eſt, ſicut etiam ſi ratione alia ipſa non habeat. ibid. num. 6. p. 196.
Viſum breuem habens non eſt irregularis. cap. 47. num. 4. pa. 189.

Vngulis digitorum carens an irregularis ſit.cap.47.nume. 14.p.189.

Vniuerſitas an poſſit fieri irregularis.cap. 10.nume. 4. pa.55.

Vniuerſitatis ſinguli an irregulares fiant, ſi per Sindicū quempiam accuſent, & mors ſequatur, vbi vniuerſitas proteſtata eſt, ſe ad vindictam ſanguinis non accuſare.ibid.nu.5.

Vniuerſitatis ſinguli, ſeu omnes an irregulares fiant, vbi proteſtatio ab vniuerſitate facta non eſt.ibid.nume.6.

Vocare an liceat alios, vt nobis opem ferant, & tueantur.vid.verb.Defendere ſe non potens.

Vomitu laborans an ad ordines admitti debeat.cap.53. §.2.num.9.pa.202.

Vſu longo, qui animarum curam didicit, in numero illiteratorum non habetur.cap. 3.§.2. numer. 2. pag. 10.

Vulnerans aliquem an ſit irregularis, ſi vulneratus moriatur non ob vulnus, ſed culpa medici, vel mala curatione.vid.verb.Vulneratus à quopiam.

Vulnerans aliquem irregularis nō ſit, modò membrum non abſcindat, aut occidat.cap.4.§. 6. numer.2.pag. 20.

Vulneratum mortiſere, ſi quis miſericordia ductus, ne eo dolore diuitius afficiatur, alijs vulneribus eum afficit, vt celerius moriatur, irregularis efficitur, etiam ſi ipſe vulneratus eum rogaret, vt ſe quamprimum interficeret.cap.11.§.3.num.3.pa.60.

Vulnerato extrahens gladium, ſagittamvè, quò celerius moriatur, an irregularis ſit.ibid.num.5.

Vulneratus à quopiā, ſed nō mortifere, ſi moritur culpa medici, vel mala curatione, an qui vulnerauit, irregularis fiat.cap.14.§.1.num.8 pag.76.

Vulnerantes in bello iuſto an ſint irregulares.vid.verb. Bellum dum iuſtum.

Vulneratus ab aliquo an poſſit eum vulnerare, & interficere ſine metu irregularitatis.vid.verb.Percuſſus, ſeu vulneratus ab aliquo.

Vulneratus à pluribus, ſed vno tantum lethali vulnere vbi eſt, an omnes irregulares ſint.cap.14.§.1. num. 5.pag.75.

Vulnus mortale, qui cuipiam intulit, an irregularis fiat, ſi ab alio deinceps occiſus eſt.cap.14.§.1.nu.1.pag. 74.

Vulnus, qui cuipiam intulit, qui ab alio deinceps occiſus eſt, an irregularis fiat, ſi dubitetur, an vulnus mortiferum fuerit, nec ne.ibid.num.2.

Vxor adultera ſi pœnitentiam agat, an maritus cognoſcens eam, ſit irregularis.cap.56.§.2.numer.9. pag. 214.

Vxorem ducens à ſe prius cognitam, nec bigamus, nec irregularis eſt.cap.56.§.2.num.5.pa.213.

F I N I S.

Tabula Irregularitatum.

Irregularitatum cognitio habetur cognitis ipſarum &

- Cauſis, quarum alia dicitur
  - Efficiens, cuius alia eſt ad eas
    - Ferendas cuius alia eſt
      - Homo vacat, quia id non eſt in vſu
      - Ius Pontificium, & irregularitatum omnium ſcilicet
        - Animi Cap. 1. cum 42. ſeq.
        - Corporis Cap. 44. cum 15. ſeq.
        - Famæ Cap. 60.
        - Rei Cap. 61.
    - Tollendas cuius alia eſt
      - Factum, ſcilicet Ceſſatione eius, quod irregularitatem inducit Cap. 63.
      - Ius, ſcilicet Diſpenſatione quæ fit aut
        - Ab homine Cap. 62.
        - Iure ipſo Cap. 63.
  - Finis, cuius alius eſt
    - Per ſe directa prohibitio &
      - Suſcipiendi ordines Cap. 64.
      - Suſceptorum functiones exercendi aut
        - Omnes Cap. 64.
        - Aliquas Cap. eo.
    - Per accidens Prohibitio beneficij Eccleſiaſtici &
      - Suſcipiendi Cap. 65.
      - Suſcepti aliquando retinendi Cap. eod.
  - Materia, cuius alia eſt
    - Communis, Impedimentum Canonicum Cap. 66.
    - Propria, cuius alia eſt
      - Circa quam Homo Cap. 67.
      - Ex qua, Vitia, & Animi, & Corporis, & Famæ, & Rei Cap. eod.
  - Forma, cuius alia eſt
    - Interior, Forma ipſorum vitiorum. Cap. 68.
    - Exterior, Verba ipſa, quibus irregularitates feruntur à iure, Cap. eod.
- Accidentibus earum cauſarũ quorum alia ſunt
  - Ab Efficiente, Vacat.
  - A fine, Cur ab Eccleſia Irregularitates inuentæ ſint. Cap. 69.
  - A Materia Diuiſio, ſcilicet quot ſpecies Irregularitatis ſint, & ſunt quatuor. Cap. eod.
  - A Forma, Cur Impedimentum hoc Irregularitas nominetur. Cap. eod.

BARTHOLOMÆI VGOLINI EX MONTE SCVTVLO DIOECESIS ARIMINENSIS IVRISCONSVLTI, AC BARBIANI ARCHIPRAESBYTERI

De Irregularitate Tractatus.

De Jure Poſitiuo Pontificio, quo irregularitas infertur, ideſt de efficiente cauſa irregularitatis, Cap. I.

SVMMA.

1 *Irregularitas quid ſit.*
2 *Irregularitas à iure poſitiuo Pontificio eſt.*
3 *Irregularitas, quæ ab homicidio naſcitur, de iure poſitiuo eſt.*
4 *Fœminæ irregulares propriè dici nequeunt.*
5 *Baptiſmo, qui initiati non ſunt, irregulares propriè dici nequeunt.*
6 *Irregularitas non eſt de iure ciuili.*

TRACTATVRVS ob rationes in proœmio allatas de Irregularitate,† quæ eſt
1 Inpedimentum canonicum directè ordinum ſuſceptionẽ impediens, necnon ſuſceptorum executionem, vt ſuo loco videbimus, quò eius cognitionem non magis abſolutam, quàm ordinatam habeamus, quatuor ipſius cauſas inſtituto meo cõtemplabor, ſcilicet Irregularitas à quo inferatur, illataq; tollatur, deinde, qui eius effectus; tertiò, quæ eiuſdem materia; poſtremò, quæ forma ſit, nec non accidẽtia, quæ ab his quatuor cauſis emanant. Verùm, vt facilior, illuſtriorque tractatio reddatur, hæc præmittenda ſunt. Primùm, quo iure irregularitas inuenta ſit. Deinde, vnde dicta. Poſtremò, quot eius ſpecies.

2 Quoad primum igitur,† quo iure irregularitas inuenta ſit. Inn. à iure poſitiuo irregularitatem eſſe dixit in c. ad audientiam nume. 9. in fin. de homicid. idem tradidit in ca. ſi celebrat. num. 2. verſ. Irregularitas, ibi, Dic quod nunquam ſunt irregulares, de cler. excomm. min. & in c. niſi num. 8. verſ. Nam cùm generaliter de renunciat. ſequitur eum Abb. in c. ego. in fi. de iureiur. & Felin. in cit. c. ad audientiam nu. 2. vbi alios quamplures idem ſentiẽtes refert: idem ſentiunt Zab. in Clem. vn. de homicid. q. 16. & Ancharan. ibid. num. 10. & Gemin. in c. is qui. nu. 5. & Philip. Fr. verſ. Tertiò infertur, & Addit. ad eum de ſent. excom. lib. 6. in eadẽ ſententia ſunt Maiol. in Tractatu de Irregularitate lib. 1. cap. 2. in principio, & Naua. in Man. c. 27. nu. 191. verſ. Dixi impedimentum, & nu. 194. verſ. Quinto; communis denique DD. ſententia hæc eſt, de qua teſtatur Borgas. de Irregu. p. 1. q. 1. & q. 3. in principio, & Syl. in ver. Irregularitas in fine, & Couar. in ead. Clem. vn. de homicid. p. 1. nu. 2. & 2. p. §. 3. nu. 3. Probatur autem communis hæc opinio, primùm per cit. c. is qui. de ſen. excom. li. 6. ibi. n. rationem reddens Romanus Pont. quamobrem irregularis non fiat, qui in eccleſia polluta, præſentibuſue excõmunicatis celebrat, inquit, quoniã id in iure expreſſum non eſt. Si ergo ob hãc rationem prędicti celebrantes irregulares non ſunt, quoniam in iure expreſſum non eſt quem in dictis caſibus irregularem fieri, ergo vbicũque expreſſum non eſt in iure quem irregularem eſſe, irregularis non erit, ergo de iure poſitiuo irregularitas eſt; de hoc. n. iure ibi agitur, ex quo nemo irregularis dicendus eſt, niſi vbi in iure id expreſſum habetur, atque ſic DD. cõmuniter ibi no. Secundò probatur id etiam rõne, nam Romanus Pont. in omnibus irregularitatibus diſpenſare poteſt, vt tradidit Inno. in cit. c. niſi. nu. 8. ver. Nam cùm generaliter, & ſequitur Fel. in eod. c. ad audientiam. n. 3. ver. Vnde inſtituitur Papa, & Abb. in c. ſicut dignũ verſ. In ea Gl. de homicid. ergo à iure poſitiuo ſunt; ipſi. n. præeſt, & in ipſo diſpenſare põt, vt habetur in c. propoſuit de conceſſ. præben. non autem de iure diuino, quandoquidem in ipſo diſpenſare minime valet.

Contra ſententiam hanc tamen facit, ꝙ irregularitatem, quę oritur ab homicidio, à iure diuino eſſe inquiunt Abb. in c. ad audientiã. n. 2. & Mar. Soc. Sen. n. 21. de homic. Et hoc primò ob hanc rationem, quoniã Deus prohibuit ipſi Dauid, ne templum ipſi ædificaret ob id, quòd vir ſanguinis eſſet, vt dicitur in c. 2. 1. q. 7. & in c. 1. de conſecr. d. 1. & in Sum. d. 21. ergo multo magis dicendũ eſt prohibuiſſe ipſi functiones ſacerdotij, vt dixit gl. in cit. c. 1. de conſec. ergo

de iure diuino eſt, ex quo Deus id iuſſit. Poſtremò facit pro hac ſententia, q̄ Deus p̄cepit, vt ſi quis per induſtriam occideret proximum ſuū, & per inſidias, ab altari ſuo euelleretur, vt habetur Exod. c. 21. & refertur in c. 1. de homici. ergo de iure diuino homicida irregularis eſt.

Atqui à propoſita communi ſententia diſce
3 dendum non eſt, † ſcilicet irregularitatem omnem à iure poſitiuo eſſe, & idcirco etiam eam, quæ ab homicidio oritur; nam ſic aſſerunt Innocent. in citat. locis, & Felin. in eod. c. ad audientiam, & Couar. in Clem. vn. de homicid. 2. p. Relect. §. 3. numero 3. vbi & hanc opinionem communem ſentit, & Syl. in verb. Irregularitas in fine. Probatur autem primò eiſdem rationibus, quibus ſuperior concluſio probata eſt. Secundò probatur etiam argumēto à numeratione partium ſumpto, quod validiſſimum eſt in iure, vt habetur in Inſtitu. de obligat. quæ ex quaſ. contract. & in titu. de obligat. quæ ex quaſ. delict. nam, ſi de iure diuino eſſet, aut de iure diuino veteri, aut de iure diuino nouo. Nō eſt de iure veteri, ſeu de iure veteri dici nō poteſt; nam Moyſes ſanguinem fudit, & homicidium commiſit, vt legitur ca. 2. Exod. & refertur in capit. non in inferenda, 23. quæſt. 3. & à Gloſſ. in cap. 1. in verb. Prohibitus de conſecrat. d. 1. & tamen is altare Deo errexit, & conſecrauit, vt dicitur in eod. cap. 1. de conſecrat. immò ait Gloſſ. ibi, Olim ſacerdotibus licuiſſe interficere, & facit §. item cum Balaam in fine. 2. quæſt. 7. idem dixit Gloſſ. in Summ. d. 21. Addo ſi veteri lege irregularitas aliqua inducta eſſet, per nouam ſublatam eſſe; vetus enim lex per chriſtianam, & euangelicā fuit abrogata, vt dixit Couar. in cita. Clemen. vn. de homicid. p. 1. in principio num. 20. verſi. Ex hac ipſa definitione, ibi Cui opinioni, & irregularitates quæcunque iure veteri inductæ, omnes abrogatę ſunt, quæ per ius nouum probatæ non ſunt, vt illegitimatio. Non igitur iure veteri irregularitas prædicta inducta eſt, & ſi fuit inducta, per nouam eſt abrogata. Non etiam à iure diuino nouo eſt inducta, nuſquā enim id legitur, atque habetur, vt dixit Coua. ibid. ergo nec nos id dicere debemus, argumē. l. de prætio, ff. de public. in rem act. Ex quo igitur nec iure diuino veteri, nec nouo irregularitas hæc inducta probatur, ergo de iure poſitiuo eſt.

Non repugnant modò contraria propoſita; nam ad illud de Dauide, præter quā quòd ex proximè dictis reſponſum eſt, reſponderi etiam poteſt, ob eam rem id ei vetuiſſe Deum, quoniam templum illud præſeferre formam Eccleſiæ Chriſtianæ debebat, quę in pacis vnione, & concordia, & charitate fundata eſt, vt ſcripſit Apoſto. ad Epheſios cap. 4. Iure igitur prohibitus eſt Dauid templum illud ædificare, qui homicida, & vir ſanguinum fuerat, & permiſſum id eius filio Salamoni, qui rex pacificus dictus eſt, ita Couar. & DD. eiſdem in locis reſpondent.

Non repugnat aliud; ex quo enim iniuria, & inſidiis quem interfecerat, mori debebat, & idcirco ab altari ammoueri. Quare, cùm nullis rationibus opinio hæc nitatur, à communi non diſcedemus, ſed pro certo habebimus, & irregularitatem ab homicidio voluntario pro ſectam, & ſic irregularitatem omnem de iure poſitiuo eſſe.

Ex his iam patet impedimenta, quæ à iure diuino ſunt, reſpectu habito ad ordines irregu
4 laritates ſpeciei huius dici non poſſe. † Quare nec fœminæ irregulares dici queunt; quandoquidem irregularitatis capaces non ſunt, ita inquit Syl. & alii ab eo citati in verb. Irre
5 gularitas q. 27. † nec etiam ij, qui baptiſmo initiati non ſunt, quandoquidem diuino iure prohibentur, & inhabiles ſunt ad ordines: id q̄d & hinc patet, quòd characterem non recipiūt, ſi ordines ipſis conferantur, vt habetur in cap. 1. & in cap. veniens de præsbyt. non bapt. & quòd cum his Romanus Pont. diſpenſare non poteſt, vt mulier, & non baptizatus etiam catechumenus ordinem recipiant. Non igitur rectè ſenſit Nauar. in Man. capi. 27. numer. 205. verſi. Tertiò dico, qui inter irregulares non baptizatum, & catechumenum poſuit.

6 Patet etiam ex iam dictis † irregularitatem eſſe à iure Pontificio, & canonico, non autem à iure ciuili; idque meritò, nam per irregularitatem prohibetur, ne quis ordines ſuſcipiat, eorumve functiones exerceat, & ſic ſpiritualia, vt ex definitione in initio tradita conſtat, & infra videbimus: at ius ciuile, quod à laicis promulgatur, de ſpiritualibus diſponere non poteſt, ſicut nec iudex laicus, vt habetur in cap. 2. & in c. at ſi clerici de iud. ergo à iure ciuili irregularitas non emanat. Nec repugnat, ſi dicatur infames de iure ciuili, & de iure canonico infames eſſe, & idcirco irregularitatem hanc ex infamia à iure ciuili quoque emanare; nam id ob eam rem fit, quoniam Eccleſia ciuile ius in hoc approbauit, & idcirco infames de iure ciuili perinde eſt, atque ſi infames ſint de iure canonico. Hinc, etſi ius ciuile infamem voluit eſſe mulierem, quæ intra annum luctus poſt mortem mariti nuberet, vt habetur in le. 1. §. qui eam, & in l. genero cum pluribus ſequenr. ff. de iis, qui not. infam. quòd tamen pontificia lex infamiam hanc non admiſit, infamis mulier non eſt, quæ intra annum luctus nubit, vt dicitur in c. pen. & c. vltim. de ſecund. nup. Sed de hoc primo ſatis; ad alterum tranſeamus.

S V M M A.

1 *Irregularitas vnde dicta ſit.*

§. I.

1 §. † Secundo loco præmittendum, & explicandum nobis propoſuimus, Irregularitas vnde dicta ſit. In qua quæſtione breuiter concludendum eſt dictam eſſe ab In

&

& regula,quaſi contra regulam,ſeu ſine regula,vel extra regulam;quamobrem fit,vt quicquid contra quamcunque regulam ſit,irregularitas illud dicatur,ſeu irregulare. Hic autẽ ſumitur pro eo, quod eſt contra regulas Eccleſiæ latas de initiandis ordinibus. Nam, quòd ipſa Eccleſia regulas quaſdam tulit, ſecundum quas voluit eos eſſe,qui ordines ſuſcepturi eſſent,vt ſcilicet vitia quædam animi non haberent,ſicut etiam nec corporis, atque famæ,& ne inopia laborarent, vt habetur d.23.vſque ad d.61.& in titu.de corp.vit. & in titu.de cler.ęgrot. vel debilit. & in titul. de homicid.& in titu.de cler.excomm.mino. & in titu.ne cler. ſecul. neg. ſe immiſc. & in cap.infamibus de regul.iur.lib.6.& apud Apoſt.in prima ad Timoth.cap.3.& ad Tit.Epiſto.1.ob eam rem,qui his affecti vitijs erãt, irregulares dicti ſunt,vt qui non eſſent ſecundum prædictas regulas, & ob id inhabiles ad ordines;inhabilitates verò à vitijs ortæ,irregularitates ſunt nominatæ, atque ſic ſenſit Nicolau. Plou. in Tractatu de irregular.in principio; nam inqt irregularitatem dici ab In, quod eſt contra, & Regula quaſi contra regulam Eccleſiæ natus,ſiue propter factum, vel deffectum extra Eccleſiam poſitus; idem & apertius tradidit Couar.in Clemen. vn.de homicid.p.1.in initio num.1. verſic. Dicitur autem irregularitas; nam ait olim fuiſſe ab Apoſtolis,& ſanctis patribus regulam conſtitutam de ijs,qui admittendi erant ad ſacrorum miniſteria, & ea quoſdam ab eo ordine prohibuiſſe:qui ergo ex prohibitis admittebantur, initiati contra regulam dicebantur, & irregulares,ipſumque impedimentum irregularitatem. Hæc Couar. hæc autem impedimenta quænam ſint, ſunt prædicta vitia animi,corporis atque famæ, & rei, quorum qui aliquod patitur,irregularis dicitur.Et de quæſtione hac ſatis, iam tertium aggrediamur.

SVMMA.

1 *Irregularitatis ſpecies plures ſunt.*
2 *Irregularitatis ſpecies quot ſint.*

§. II.

1 §. † Tertiò præmittendum, et explicandũ nobis propoſuimus,an ſpecies plures irregularitatis ſint. In qua quæſtione pro certo habendum eſt ſpecies plures quidem eſſe:id quod hinc patet, quòd illegitimatio, & bigamia ſpecierum diuerſarum ſunt, ergo plures ſpecies irregularitatis dantur; idem & de infamia, & de perfectæ lenitatis vitio ſentimus, quæ ibidem ſpecies diuerſæ ſunt. Non eſt igitur de hoc dubitandum.

2 Atqui quot ſint; † in hoc DD.varii ſunt. Nam Aluar.Pelag.de planctu Eccleſiæ lib.1. artic.48. quem refert Maiol. ac ſequitur in Tractatu de irregularitate lib.1.cap.1.numero 1.& refert quoque Nauar. in Man. cap. 27.num.192.dixit irregularitates innumerabiles eſſe.Hanc opinionem inquit Nauar. veram eſſe poſſe,accipiendo irregularitatem generaliſſimè,non autem ſpecialiter,vt in caſu noſtro, & hanc opinionem ratione hac ipſe probat, quòd irregularitas non inuritur niſi in caſibus iure expreſſis,c.is qui de ſenten.ex comm.lib.6. Hanc ſententiam ego etiam ſequor;ſed ſimpliciter,tum quòd ſi innumerabiles eſſent,& idcirco infinitæ,earum non eſſet ſcĩetia;tum quod irregularitas aut genus, aut ſpecies eſt;at hæc infinita non ſunt, & idcirco eorum eſt ſcientia; quicquid igitur ipſe dixerit,& Maiol.qui eundem ſequitur, irregularitates innumerabiles non ſunt.

Vnde ſecundo loco Nauar.eod.capit. & n. quinque ſpecies irregularitatis ponit, habito reſpectu ad quinque defectuum genera,ſcilicet ſacramenti,corporis,animæ,lenitatis perfectæ,& delicti: Hanc diuiſionem ſpecierum ego non ſequor;tum quòd ponit defectum ſacramenti,vt quid diuerſum à defectibus corporis,& tamen corporis defectus eſt quodãmodo, vt videbimus: ponit etiam defectum perfectæ lenitatis,& delicti,vt diuerſum à defectibus animi,& tamen hi duo defectus, ſcilicet lenitatis, & delicti,defectus animi ſunt, vt per ſe patet, quippe q̃a corporis defectus dici nequeunt.Tum quòd diuiſio hæc eſt mãca, quandoquidem omittit defectum famæ, & defectum rei,qui defectus ſub vitio animi, & corporis non ſunt.Aliam diuiſionem affert Mar.Soc.Sen.in c.ad audientiam num.22.de homici.ſed quia nulla eſt,ob eam rem ipſam omitto.

Quid igitur concludendum? Ego ſentio quatuor eſſe irregularitatis ſpecies: id quod hac ſolidiſſima ratione probo; nam omnia, quæ inhabilem quem reddunt ad ordines cum ſuſcipiendos,tum ſuſceptos exercendos, aut ſunt vitia animi, aut corporis, aut famæ, aut rei;nullum enim aliud vitium dari poteſt, quod ad rem noſtram pertinet. Si ergo vitia hæc tantum ſunt,quæ inhabiles nos reddunt, & irregulares ad prædicta; & ipſa ſunt quatuor, ergo & irregularitatis ſpecies quatuor etiam tantùm habentur;non autem plures,aut pauciores,ex quo à vitijs prædictis, & non aliunde irregularitates proficiſcuntur. Ab hac opinione igitur diſcedendum non cẽſeo,vt quæ ex medullis rei deprompta ſit. Et de quæſtione itidem ſatis;iam,quòd in initio polliciti ſumus, quinam irregularitates inurant,videamus:id quod in ſeq.pręſtabimus.

SVMMA.

1 *Ius Pontificium omnes irregularitates infert.*
2 *Irregularitates per ſententiam non inferuntur.*
3 *Irregularitates animi quot ſint.*

§. III.

§. Tribus præmiſſis iam,vt polliciti ſumus, quis irregularitates inferat, & idcirco, quæ efficiens irregularitatis cauſa ſit ,
1 explicemus . † In qua quæſtione breuiter concludimus ius ipſum canonicum, id eſt ius poſitiuum Pōtificium irregularitates omnes
2 inferre† (non enim per ſententiam ab homine hodie inferūtur).Quod autem verum hoc ſit, præterquam quòd ſupra præmiſſum eſt, omnes irregularitates à iure poſitiuo eſſe , hac vna ſolidiori ratione probatur , quoniam ius ipſum canonicum infert omnes irregularitates,quæ ſunt aut à vitio animi,aut corporis,aut famæ,aut rei,vt probauimus : at omnes irregularitates ſunt aut à vitio animi,aut corporis,aut famæ,aut rei, vt ſupra præmiſimus , ergo omnes irregularitates à iure poſitiuo inferuntur . Hoc autem , vt ſpeciatim magis probetur,cuiuſque ſpeciei irregularitates explicabimus ; hac enim ratione quid vna quæque ſit,habebimus, & à iure poſitiuo omnes emanare probabimus.

Verùm , quòd vt vidimus ſpecies primariæ irregularitatis quatuor ſunt , & ſingulæ ſubalternæ; habent enim & ipſæ alias ſub ſe ſpecies : ideo prius de irregularitate animi, eiuſque ſpeciebus , deinceps de aliis tribus , agamus. Id quod vt dilucidius fiat, ſummatim priùs,qui hac ſpecie irregulares ſint, ponamus , deinceps ſigillatim ſingulas ſpecies
3 explicemus. † Irregulares igitur ſunt.

Neophyti,& baptiſmum differentes ,
Illiterati,
Perfectæ lenitatis defectum patientes,
Baptizati ab hæreticis aliquando,
Iterantes baptiſmum,aut ordinem,
Hæretici,Schiſmatici,Apoſtatæ,eorum filij,& fautores,
Exercentes functiones ordinum , quos non habent,ex officio.
Per ſaltum promoti,
Ordinem furtiuè adepti.
Vno die plures ordines ſacros,vel minores, & vnum ſacrum adepti.
Suſcipientes ordinem ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui,& dignitati.
Suſcipientes ordines à cenſura irretito,à ſimoniaco,à ſchiſmatico,ab hæretico,à depoſito,vel à degradato.
Cēſura irretitus diuina celebrās ex officio.
Cenſura irretitus ordinem ſuſcipiens.
Diuina officia celebrans in loco interdicto.
Delicta grauiſſima notoria commitentes.

Hæ ſunt irregularitates, quæ ſub propoſita ſpecie ſunt,ideſt, quæ à vitiis animi proficiſcuntur,de quibus ſingulis agendum eſt, & prius de prima.

De Irregularitatibus deſcendentibus à vitijs animi ſine peccato habito reſpectu ad Neophytos Cap. II.

SVMMA.

1 *Neophytus quid ſit.*
2 *Neophytus vnde dictus ſit.*

DE Neophytis acturi quoad ipſorum irregularitatē, vt dilucidior eorum cognitio habeatur, hæc contemplabimur. Primum quid ſint . Deinde,vnde dicti. Tertiò , quot eius ſpecies, & de qua hic agatur. Quartò an irregulares ſint,&,eſto ſint,quamobrem : Quintò,à quo irregularitas hæc tollatur.

1 Quoad primum igitur † Neophytus eſt is, qui nuper in aliquem locum adſcriptus eſt, vel dignitas ſit,vel congregatio;& hoc ſi generatim nomen hoc ſummatur . Si verò ſpeciatim,& vt ad rem noſtrā pertinet , accipiatur, Neophytus eſt is,qui ex Iudaica lege, Mahumetica,Ethnicave nuper ad fidem acceſſit,ac baptiſmo initiatus eſt , quaſi nuper in Eccleſiam plantatus, atque inſitus, ita habetur in Concilio Niceno,quod refertur in c. 1.d.48. & dixit id Sanctus Gregorius relat.in c.2.ea. d.& in Summ.vbi Gloſſ. id not. & Couar. in Clem.vnic.de homicid.p.1.§.2.num.7.verſi. Prima concluſio,& Diaz.in Prax. Crim. Canon.cap.22.& Nauar.in Man.cap.27.nume. 205.ver.Neque Sacracenus ; & Borgas.de Irregularitate p.5.De Neophytis, & Maiol.de Irregula.lib.1.cap.31.num.1.& Quint.Mandoſ.in Tractatu de ſign.grat.in tit.Diſpenſatio cum neophytis;communis denique DD. ſententia hæc eſt,de qua teſtatur Couar.ibid.

2 Dictus eſt autē† Neophytus ἀπὸ το νέος græcè,quod ſignificat nouum latinè, & à verbo græco φύω,quod ſignificat latinè Planto,& nō fidem,vt voluit Syl. in verb. Neophytus,& ita DD. antea allegati concludunt : ſed iam tertiam quæſtionem aggrediamur : id quod in ſeq.probabimus.

SVMMA.

1 *Nephytorum ſpecies quot ſint, & de qua ſpecie hic agatur.*

§.I.

1 §. †Quoad tertiū , ſcilicet quot neophytorū ſpecies ſint.S.Gregorius rela.in c.fi.d.48. ſenſit duas eſſe ſpecies,prima eorum,qui nuper ad fidem cōuerſi ſunt; alteram eorum, qui in religionem aliquam ingreſſi ſunt , qui & nouitij dicuntur , idem ſenſit Gloſſ.

Sum.

Sum.ibi.Maiol.vero eod.ca.31. tertiam addit, ſcilicet eorum,qui,cùm laici ſint, nulliſque diſciplinis imbuti,ſine debitis interſtitijs ad ſacros ordines aſſummi volunt; immò & quartã ſpeciem addit eorum,qui de laicis ſtatim canonici fieri nituntur.

Quid igitur concludendum ? Si uim vocabuli ſequamur, in quacunque rè quis nouus ſit,neophytus dici poterit; at non idcirco omnes irregulares ſunt: quod ad rem noſtram igitur attinet,Neophytus ille propriè dicitur,qui cùm chriſtianus non eſſet,ſed aut iudæus, aut Turcha,aut Saracenus,aut ad ſummam Ethnicus,baptiſmo nuper initiatus eſt, vt in initio huius Capitis probauimus. Vna ergo ſpecies erit,de qua hic agimus; nam irregularitas hic conſideratur,quæ impedit, ne ordinem ſuſcipiat,non autem alia ratione; etenim nouitius in aliqua religione non excludetur à ſuſceptione ordinum;& laici,qui interſtitijs temporum non interiectis volunt ordinem ſuſcipere non ob hanc,quòd neophyti ſunt,excluduntur,ſed ob aliam irregularitatem,ſcilicet,quia illiterati ſunt,vel quòd vetantur per Trid.Syno.Seſſ. 23.ca.4.de reform. Non igitur ad rem ſpecies hę faciunt.Sed de quæſtione hac tertia ſatis; iã quartam aggrediamur.

S V M M A.

1 *Neophyti irregulares ſunt:quæ regula,quouſque pateat,declaratur.*
2 *Neophyti cur irregulares ſint.*
3 *Neophyti irregularitas qua ratione tollatur.*
4 *Neophytus quantum temporis fuiſſe debet chriſtianus,quo poſſit ordinibus initiari.*

§.II.

1 §. †Quarta quæſtio eſt,an Neophyti irregulares ſint,in qua quæſtione videbatur dicendum ipſos irregulares non eſſe; nam Beatus Ambroſius, cùm nondum eſſet baptizatus,in Archiepiſcopum electus eſt, vt habetur in c.ſtatuimus §.è contra,& in ca.neophytus di.61.& tamẽ Archiepiſcopus quis eſſe nõ poteſt,niſi priùs ordines ſuſcipiat, ergo Ethnici,cuiuſmodi erat Sanctus Ambroſius ad ordines admitti poſſunt,ſtatim atque baptiſmum ſuſceperunt,& idcirco irregulares non ſunt.

Atqui contrariam ſententiam ſequi debemus, ſcilicet Neophytos irregulares eſſe: & ad ordines admitti non debere. Nam primò id prohibuit Apoſtolus ad Timoth.1. capit.3. ibi enim recenſens qualitates,quibus affectus eſſe debeat,qui ad Epiſcopatum vocatur, in his enumerat hanc, ne ſit neophytus. Si ad Epiſcopatum igitur Neophytus admitti non debet,ergo nec ad ordines; prohibito enim conſequenti, & antecedens prohibitum eſſe intelligitur. Prohibuit etiam Nicena Synod. ne ad Epiſcopatum,ſacerdotiumve hic admitteretur,vt refertur in cap.1.d. 48. ſicut etiam alia Concilia relat.à Couar.in citat. Clement. vnic.1.par.§.2.numer.7. & generatim de ſacris ordinibus ſenſit quoque S. Gregorius in cap.fin.ead.d.48.& DD. denique omnes antea allegati communiter id concludunt in initio capitis huius. Si ergo neophyti ad ordines non admittuntur,ergo irregulares ſunt; nam irregularitatis effectus hic eſt, ne affectus ipſo ordines ſuſcipiat. Nec repugnat ratio contraria;id enim diuino ſpiritu factum eſt, & idcirco in alios,niſi ea ratione vocentur, trahi non debet argument. §.ſed & quod principi,in Inſtitut.de iur.nat.gent.& ciuil. Pro regula igitur habebimus neophytum irregularem eſſe:

2 †id quòd pluribus rationibus factum eſt; tum ne ſuperbia elatus, quaſi eo chriſtiana religio egeret, in laqueum incidat Diaboli, vt dixit Apoſtolus in citat.loco,& Gloſſ.Summ.di.48. tum quòd, ex quo nouitius in religione chriſtiana eſt,nec eius præcepta edoctus,cum aliis ſe facilè non conformabit, nec edocere alios poterit,quod abſurdum eſt, vt ſcilicet, qui ad huc diſcipulus non eſt, aliorum magiſter fiat, vt refertur in Summ.ead.diſtinct. & facit ca. 1.di.59.& multa congeſta à Couar. eod. §.2. num. 7.in principio.

Hæc autem regula, vt excludantur Neophyti ab ordinibus, locum habet etiam in minoribus ordinibus,ita dixit Couar.in eodẽ §.numero 7.verſic.Secunda concluſio, & Borgas.de Irregular.p.5.De Neophytis num.9.& Syl.in verb.Neophytus.

Secundò locum habet etiam in prima tonſura,vt dixit Syl.eo. Quare,quòd, qui clericus non eſt,beneficij capax non eſſe poteſt, & clericus quis fit per primam tonſuram, quam Neophytus ſuſcipere nequit, ob eam rem nec ad beneficium admitti poterit; nam nec ad ſecularia munera admittitur,vt aſſerunt Couar. ibid.& Diaz.in ſua Prax.ctim.canon.cap.22. numero 3.

3 Excipitur tamen primò, † vbi Romanus Pont.cum hoc diſpenſaret:hoc enim poteſt, vt dixit Borgas.eod.numer.4.& num.13.in fine: idque merito, ex quo enim cum quocunque irregulari diſpenſare poteſt, propterea quòd irregularitas de iure poſitiuo eſt, argum. ca.is qui,de ſentent.excomm.lib.6. cui iuri ipſe præeſt,c.propoſuit de conceſſ.pręben. & cum hoc diſpenſare poterit.

Secundò excipitur is,qui iam diu baptizatus eſt:nam hic neophytus eſſe deſinit, ex quo iam diu chriſtianus eſt;ceſſante enim cauſa effectus ceſſare debet,c.cum ceſſante de appell. l.adigere.§.quamuis ff.de iur.patron.atque ſic aſſeruit Couar.eod.§.2.nu.7.verſ. Tertia concluſio,& Borgas.p.5.de neophytis num. 12. & Diaz.eod.cap.nu.7.verſ.Poterit tamen Neo-

4 phytus,& Decius in c.cùm te,de reſcript.†At qui quãtum temporis ad id poſtulabitur, & in chriſtiana fide verſatus hic eſſe debebit? nõ.n. ſpeciatim id iure cautũ eſt.DD.allegati cõcludunt

dũt in arbitrio Epiſcopi id verſari, qui arbitrabitur ipſe, an chriſtianã doctrinam adhuc imbiberit, ac pijs, ſanctiſq; moribus imbutus ſit, & idcirco an cauſę ceſſent, quamobrem excludebatur ab ordinũ ſuſceptione, & facit c. neophytus d. 61. & c. 1. diſt. 57. Ego autem ſequor opinionem prædictorũ, vt in arbitrio Epiſcopi collocatum id ſit, & ipſe arbitrari debeat, an talis ſit, qui in clerum recipiatur, ex quo id iure cautum non eſt, arg. l. 1. ff. de iur. delib. & ca. de cauſis de off. deleg. Sed hoc in prima tonſura; at in reliquis ordinibus interſtitia temporum ſeruabũtur, quæ à Trid. Syno. præſcripta ſunt Seſſ. 23. de reform. ca. 12. quibus temporibus, ſi neophyti idonei erunt, ad ordines admittentur.

Tertio excipitur, vbi quis, & ſi à iudęis, ſaracenis, turcis, ethniciſue natus eſt, infans tamen baptiſmum ſuſcepit; hic enim perinde habebitur, atq; ſi à chriſtianis ortus eſſet, ex quo prima chriſtianæ religionis rudimenta imbibit, & non alterius religionis, quamobrem ſtatim atque ad idoneam ætatem peruenerit, ordines ſuſcipere, dignitateſque Eccleſiaſticas conſequi poterit, atque ſic aſſeruit Couar. eod. §. verſic. Sexta concluſio. nume. 8. & Diaz. eod. cap. 22. num. 8. verſic. Secundi autem, quando quidem Neophytus hic propriè dicendus non eſt, & idcirco diſpenſatione nulla hic eget.

Ex his iam patet poſtremum, quod explicandum propoſuimus, à quo ſcilicet irregularitas hæc tollatur; nam à Romano Pont. tantum tollitur, vt ait Nauar. in Man. cap. 27. numer. 205. in fine: item ipſo iure ceſſantibus cauſis, quamobrem prohibebatur Neophytus, quo minus ordines ſuſciperet, intercedente tamen declaratione in hoc Epiſcopi. Et de hac irregularitate hactenus. Verùm quid de ijs, qui ſuſceptionem baptiſmi differũt, & in mortis periculo ipſum ſuſcipiunt, an irregulares ſint. Hoc in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Baptiſmum differens, & in periculo mortis conſtitutus baptiſmum ſuſcipiens an, & quando irregularis ſit.*

2 *Diſpenſare quis poſſit cum eo, qui baptiſmum diſtulit, & ſe baptizandum curauit metu mortis.*

§. III.

1 S. †Quæſtio hæc nobis proximè ꝓpoſita explicanda eſt, an qui differunt ſuſceptionem baptiſmi, & deinceps in articulo mortis conſtituti eum ſuſcipiunt, irregulares ſint. Hanc quæſtionem poſuit Gratian. d. 57. quam nos vt dilucidiorem reddamus, duo præmittenda ſunt. Primùm quomodo hi antiquitus nominarentur: alterum, quoniam in plures ſententias quæſtio hæc accipi poteſt, in quam hic accipiatur.

Quoad primum igitur ſciendum eſt hos clinicos appellari conſueuiſſe, & hoc ob eam rationem, quòd morbo affecti, & ſic neceſſitate quodammodo compulſi in lecto baptizati eſſent; clinici enim dicti ſunt à verbo Græco κλίνη, quod lectum latine ſignificat, atque ſic Euſeb. ſcribit lib. 6. Hiſtor. Eccleſiaſ. quem refert, ac ſequitur Couar. in Clem. vn. de homic. p. 1. §. 2. num. 6. verſic. De Neophytis.

Quoad ſecundum pro certo habendum eſt locum non habere hanc quæſtionem, nec diſputari de ijs, qui à Iudæis, & alijs ethnicis orti ſunt; nàm vt proxime vidimus, vel ſani baptiſmum ſuſcipiant, irregulares ſunt, vt antea probauimus. Secundò diſputari in ijs, qui ex chriſtianis orti ſunt: id quod hinc probatur; nam aut de iis quæſtio eſſe debet, aut de natis ab ethnicis, & huiuſmodi; non enim tertium datur. De ethnicis eſſe non poteſt, quandoquidẽ ob aliam cauſam irregulares ſunt, vt vidimus, ergo de natis à Chriſti fidelibus accipi debet; valet enim argumentum à partium enumeratione, argum. in Inſtitut. de oblig. quæ ex quaſi contract. & de obliga. quæ ex quaſi delict. Tertio, etſi in his locum habet, non tamen in omnibus; nam primo locum non habet in infante, qui in ægritudine baptiſmum ſuſcipit, vt ſenſit Gloſſ. in c. 1. ead. d. 57. quandoquidem in hoc ceſſat præſumptio, quod ex neceſſitate, & mortis metu baptiſmum potius ſuſcipiat ex quo rationis vſu caret, & ob quam rationem adulti irregulares ſunt. Item locum non habet in adulto, qui baptiſmum idcirco diſtulit, quod non habuit, qui ipſum baptizaret, & idcirco ipſum non ſuſcepit, vt pote, quia à turcis captus fuit puer, & adultus factus ad Chriſtianos redijt, & ad ſummam locum non habet in iis, qui baptiſmum diſtulerunt, propterea quod qui eos baptizarent, non habuerunt.

Locum igitur habebit in adulto, qui à chriſtianis natus eſt, & noluit vnquam baptizari, niſi in ægritudine conſtitutus, & ita diſputauit Gratian. ead. diſt. 57. His præmiſſis an irregulares hi ſint, videamus.

Pro certo igitur habebimus adultos, qui baptiſmi ſuſceptionem diſtulerunt, & in ægritudine conſtituti ſe baptizandos curarunt, hos irregulares eſſe, ita habetur in c. 1. ead. di. ſi quis in ægritudine conſtitutus fuerit baptizatus, dicitur enim ibi, præsbyter ordinari non debet; non enim fides illius voluntaria, ſed ex neceſſitate eſt. Ecce hic concluſionem propoſitam aperte probari; ſi enim hic pręsbyter ordinari non debet, qui in ægritudine conſtitutus baptizatus eſt, ergo differens baptiſmum vſq; ad eum caſum eſt irregularis; effectus enim ꝓprius irregularitatis eſt prohibere quem ab ordine, vt in initio diximus, atq. ſic DD. concludunt, Borgas. in Tractatu De Irregular. in tit. De differentibus baptizari vſque ad mortem, & Couar. eod. §. 2. num. 6. verſic. De Neophytis. & Syl. in ve. Irregularitas. q. 21. & Angel. eod. q. 21.

Tollitur

Tollitur autem irregularitas hæc† Romani Pon.auctoritate, hoc dubitationem nõ habet. Tollitur etiam ipſo iure,ſi hic baptizatus, vbi conualuerit,piè ſanctèque vixerit, vt habetur in cit.c.1.diſt. 57. ratio enim quamobrem repellitur eſt hæc,quod fides huius non voluntaria,ſed ex neceſſitate eſſe exiſtimatur, vt dicitur ibid.& idcirco ſi poſtea, vt chriſtianum decet,viuat,tollitur ea præſumptio,& impedimẽtũ ceſſat,ergo & prohibitio ceſſare debet: hoc tamen Epiſcopus arbitrabitur, an ijs moribus ſit,vt ad ordines admitti queat; ſicut etiam ſi neceſſitas clericorum adſit,vt habetur in eodẽ c.1.id quod etiam in Epiſcopi arbitrio collocatum eſſe cenſeo, vt de Neophytis ſupra dixi. Hodie tamen in his regionibus, quoniam clericorum paucitas non eſt,vt ait Borgas. in cit. loco,diſpenſandi ratio hæc poſtrema aut nunquam,aut raro locum habebit: Sed de hac ſpecie irregularitatis hactenus; ad alteram tranſeamus.

De Illiteratis,& eorum irregularitate. Cap. III.

SVMMA.

1 *Illiteratus quid ſit.*
2 *Illiteratorum quot ſpecies.*

SECVNDA ſpecies irregularitatis animi eſt Illiteratura: qui enim illiterati ſunt, ad ordines ſuſcipiendos admitti non debent, vt videbimus: quam rem vt dilucidiorem habeamus, hæc contemplanda ſunt. Primũ quid ſit illiteratus. Deinde quot eius ſpecies, & in quam ſententiam in re noſtra accipiatur. Tertiò, an irregularis ſit. Quartò,eſto ſit,quamobrem. Quintò,à quo irregularitas hæc tollatur:hæc primaria ſunt hic explicanda.

1 Quoad primum igitur†illiteratus eſt is,qui literas neſcit,ſeu ſine literis eſt : componitur enim ex propoſitione hac In, quod ſignificat ſine,vel non,& literatus,ideſt Non literatus: dictio enim illa In, vt grammatici docent,adiuncta alicui adimit id,quod ponitur ab eo,cui adiungitur. Illiteratus igitur,id eſt non literatus. Nec repugnat loco literæ N.poſitam eſſe alteram litteram L.id enim fit,vt cacophognia euitetur,ideſt malus ſonus,vt grammatici etiam id docent. Illiteratus igitur is dicitur, qui ſine literis eſt.

2 Quoad ſecundum†ſpecies duæ ſunt: nã vna eſt eorum,qui omnino literas neſciunt: in quã ſententiam accipitur à Gloſſ.in c.illiteratos d. 36.& à Gloſſ.in c.præcipimus d.34.altera eorum,qui parum ſciunt, id eſt,qui eſto aliquas literas norint,non tamen eas, totve,quæ ſat ſint ad functiones,quas obire habent,& in hãc ſententiam accipit etiam in citat.cap. illiteratos Hugutio,quem refert,ac ſequitur Nauar. in c.ſi quando except.13. de reſcript. Quare, qui fidei rudimenta nouit,legere, ſcribereque ſcit, eſto ad primam tonſuram ſuſcipiendam hæc ſat ſint,& literatus dici poſſit, ex quo hæc ſolum Trident.Synod. in ſuſcepturo primam tonſuram requirit quoad ſciẽtiam, vt habetur Seſſ.23.de reform.cap.4.ad minores tamen ordines,maioreſque ſuſcipiendos, quod alia requirũtur,illiteratus hic dicetur.Hæ duæ igitur illiteratorum ſpecies ſunt:& in vtrãque ſentẽtiam hic accipitur, vt videbimus.

Quoad tertium, an irregulares vtriuſque ſpeciei ſint,in ſequenti explicabimus.

SVMMA.

1 *Illiteratus,qui omnino literas non nouit, irregularis eſt.*
2 *Diſpenſare cum illiterato Epiſcopus non poteſt.*
3 *Diſpenſare cum illiterato Romanus Pont.poteſt,& quomodo.*
4 *Illiterati ordinem ſuſcipiunt.*

§. I.

Duas ſpecies illiteratorum antea poſuimus;iam videamus an hi omnes irregulares ſint. 1 † Pro certo igitur habebimus eos illiteratos,qui omnino literas non norunt, irregulares eſſe. Nam primò id habetur in c.illiteratos diſt.36.iunct.Gloſſ. Illiteratos, dicitur enim ibi,nullus præſumat ad clericatus ordinem promouere, quia literis carens, ſacris non poteſt eſſe aptus officijs.Hæc ibi Gelaſ.Papa.Si ad ordines igitur promouere quis nõ debet illiteratos,ergo illiterati irregulares ſunt; effectus enim irregularitatis eſt,vt quis ab ordinibus arceatur,vt cap.1.diximus, & quoniã de illiteratis ſimpliciter ibi agitur, ergo proprie,ſeu in potiori ſententia accipi debet,& ſic de ijs,qui literas nullas omnino norunt,argu.l. quæritur.ff.de ſtat.homin.& l.non aliter.ff.de leg.3. proprietas enim verbi illius Illiteratos hoc ſignificat.Idem habetur in c.præcipimus, ibi Aut ignorantem literas,di.34.& in ca.1.d. 55.atque ſic DD.communiter concludunt. Innocen.in cap.cum noſtris nume. 1. de conceſſ. præbend.Rebuff.in Prax.benefi.in tit.De clericis,& à quib.& quomod.creent. numer. 25. & Borgas.De Irregularitate in Tit.De Illiteratis,& idiot.p.6.& Diaz. in ſua Pract. Crimin. Canon.cap.21.& Addit.ad eam in verb.Ordinari,& Nauar.in Man.cap.27.num.205.& in c.ſi quando excep.12.cum multis ſequent. de reſcript.Id quod probatur etiam ratione;nam ordines conferuntur ob hanc rationem, vt functiones eorum ipſos recipiens exerceat: hinc Oſtiariatus ordo dum confertur, hæc dicũtur. Sic age quaſi redditurus Deo rationem pro ijs rebus,quæ his clauibus clauduntur. In lectora

tus

tus traditione Accipe,& eſto verbi Dei relator; habiturus,ſi fideliter, & vtiliter impleueris officium tuum,partem cum ijs, qui verbum Dei benè miniſtrarunt ab initio. In exorciſtatus. Accipe,& commenda memoriæ,& habe poteſtatem imponendi manūs ſuper energumenos ſiue baptizatos,ſiue catechumenos,& ſic in ſingulis ordinibus functiones aliquæ percipiuntur. Si ergo ordines ob eam rem conferuntur, quo eorum functiones quis exerceat; eas verò exercere non poſſit, qui omnino literas non nouit, vt per ſe conſtat; ergo literarum prorſus ignarus,& ſic illiteratus, ne inutilis poteſtas illa ordinis apud ipſum ſit, ad ordines ſuſcipiendos admitti non debet.

Quæ regula locum habet non ſolum in maioribus ordinibus,verùm etiam in minoribus, & etiam in prima tonſura, vt habetur in c.fin. de tempor.ordin.lib.6.& apud Trid. Synod. Seſſ.23.de reform.cap.4.cum ſeq.

2 Atqui † an cum hoc diſpenſari poteſt,vt ad ordines admittatur? quoniam quæſtio hæc de Romano Pontifice,& de Epiſcopo fieri poteſt,ideo quoad Epiſcopum pro certo habendum eſt ipſum diſpenſare non poſſe,nec ad primam tonſuram:nam ſic habetur in ca. non confidat.d.50.ibi Vel ſine literis,& ita not.Innocent.in c.dilectus filius.num.4.verſ. Et not. quòd Epiſcopi, ibi Item cū penitus illiterati, de tempor.ordin.idem ſenſit Rebuff.in tit.De Cler.& à quib.& quomod.creen.in Prax. benefi.num.28.& Diaz.in Prax.crim.can.capit. 21.nu.2.& Addit. ad eum in verb.Diſpenſare epiſcopi,& Nauar.in Man.eod.cap.27. nume. 205.verſ.Secundò. iunct. verſi. Quartò, nam inquit in hac irregularitate ſolum Romanum Pont.diſpenſare. Non ergo Epiſcopi diſpenſare queunt,arg.l.cum prætor.ff.de iud.& c.nonne de præſumpt. & ita DD. communiter concludunt,quæ concluſio,& ratione probatur. Nam,ne illiteratis ordo conferatur,communi iure prohibitum eſt,vt ſupra vidimus, at iuri communi Epiſcopi ſubiecti ſunt,ca. 1.& c.fin. de conſtit. & c.ego de iureiur.ergo diſpenſare cum his Epiſcopi nequeunt. Confirmatur ratio hæc, quoniam,ne illiterati ad ordines admittantur,per concilium Trid. prohibitum id etiam eſt Seſſ.23.cap.4.cum ſeq.& ca.11.cum tribus ſequent.de reform. ergo hac quoque ratione cum illiteratis Epiſcopus diſpenſare nō poteſt;nam contra conſtitutionē Concilii Epiſcopi non diſpenſant:niſi expreſſe id ipſis concedatur,vt tradidit Gloſſ.communiter recept. in cap.cùm dilectus in verb. in Ætate de elect. quam ſequitur,& plurimum commendat, & quotidie ad id allegari teſtatur Abb.num. 10. verſ.Not.tamen Gloſſ. vbi & alias plures ad id citat,immò nec Legatum Romani Pont.id poſſe concludit,quin nec Romanum Pont. facile contra Concilium diſpenſare Abba. ibid. ait viden. Ex quo igitur & per Concilium id cautum eſt, nec diſpenſandi facultas Epiſcopis eſt tradita, ergo diſpenſare cum illiteratis Epiſcopi non poterunt, vt DD. communiter concludunt.

3 Quoad Romanum Pont. uero † diuerſæ DD.ſententiæ ſunt. Turre Crem.in c. ſi in laicis.d.38.firmiter concludit nullam diſpenſationem cadere poſſe ſuper omnimodam ignorantiam in ſacerdote,& hoc ob eam rationem, quod de iure diuino eſt, vt ſacerdos ſcientiam habeat,vt habetur apud Oſeam cap.4.& ſequitur eum Diaz.vbi ipſum etiam refert in Prax. Crim.canon.cap.21.& Maiol. de Irregularitate cap.32.num.13.verſi. Hic autem defectus lib.1.idem ſenſit Felin.in cap.inquiſitioni numer.5.de ſentent.excomm. nam ſi Romanus Pont.pro illiterato ſcribat,credit ipſe obediendum ei non eſſe ob eandem rationem, quòd vitium illiteraturæ de iure diuino eſt. Hæc opinio non mihi omnino ſatisfacit;nam ſi irregularitas hæc de iure diuino eſſet, non imprimeretur character ordinis, ſicut non imprimitur mulieri,& ei,qui baptiſmum non ſuſcepit:at ſi illiterato huic ordo conferatur,ordinis characterem recipit;nemo enim id inficiabitur,ergo vitium hoc de iure diuino non videtur. Præterea irregularitas omnis à iure poſitiuo eſt, vt communiter concluditur in c.is qui, de ſentē. excomm.lib.6.ergo ſuper eam diſpenſare Romanus Pont.poteſt;nam iuri poſitiuo ipſe præeſt,c.propoſuit de conceſſ. prebend. alioquin irregularitas hæc à iure poſitiuo non eſſet. Nō igitur opinio hæc omnino mihi amplexanda videtur.

Quare contrariam ſententiam,vt Romanus Pont.diſpenſare cum hoc poſſit ſenſiſſe videtur Nauar.in Man.cap.27. numero 205. verſi.Secundò dico; nam ait raò, aut nunquam in hoc defectu directè Papam diſpenſare,quāuis ſic indirectè diſpenſando ſuper ætate neceſſaria ad diſcendum:idem inquit in c.ſi quādo except. 19.de reſcript. Ex quibus apparet Romanum Pontificem diſpenſare cum hoc poſſe;nam non dicit ſimpliciter Papam diſpenſare non poſſe,ſed raò,aut nunquam diſpenſare. Quid igitur concludendum?

Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quæritur, an Romanus Pont.diſpenſare poſſit,vt illiteratis ordo ſine peccato conferatur;& in hoc caſu ob rationes in initio huius quæſtionis allatas, id poſſe cenſeo;& multo magis ſi indirectè ſuper ætate,vt dixit Nauar. Aut quæritur,an diſpenſare poſſit,vt illiterati iam ordinibus initiati ordinum functiones exerceant, & in hoc caſu,ſi functiones eæ ſunt, in quibus cognitio literarū aliqua requiritur,diſpenſare cum his non poſſe ſentio,& hoc ob id,quòd de iure diuino,& naturali impediūtur, nec poteſt in hoc defectum Summus Pont.ſupplere; qua enim ratione fieri poteſt,vt ego legam, ſi legere neſciam? In hoc igitur caſu diſpenſatio non operabitur,& prior ſententia locū habebit. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo,

Verum

5 Verum † quòd diximus ab illiterato ordinem ſuſcipi, an id ratione probetur? Et auctoritate, & ratione probari concludo. Auctoritate, quoniam id inquit Innocen. in ca. cum in cunctis num. 1. de elect. quem ſequitur Diaz. eod. cap. num. 2. verſ. Si autem carens literis, & Additio ad eum in litera E, in verb. Recipit characterem, & Maiol. eod. num. 11. & Gemi. Philipp. Franc. & Ancharan. in cap. fin. de tempo. ordin. lib. 6. communis denique DD. ſententia hæc eſt. Ratione id etiam probatur, quoniam per baptiſmum imprimitur character indelebilis, vt aſſeruit Trid. Synod. Seſſ. 7. de ſacram. canon. 9. quo charactere habilis quis efficitur ad reliqua ſacramenta recipienda, vt tradunt DD. S. Tho. Dom. Sot. Pet. Sot. & alii à me cit. in Tract. de ſacram. cap. 12. ergò, quouſque character ille remanet, habilis ſemper quis eſt ad ordinem recipiendum, nec ab extrinſeco vllo impediri poteſt, nec etiam intrinſeco vitio, modò recipientis voluntas non repugnet; at character ille deleri nequit, vt proximè diximus, ergo quis ſemper habilis erit, eſto literis careat, ad ordinem ſuſcipiẽdum: quare ob hanc poſtremam rationem omnis irregularis ordinem ſuſcipit, ſi ei conferatur, vt infra id alibi diximus. Et de his hactenus; ad alteram ſpeciem illiteratorum tranſeamus.

SVMMA.

1 *Illiterati, qui eam literarum cognitionem non habent, quæ ad ordinum, quos recipere volunt, functiones exercendas, non ſat eſt, irregulares ſunt.*

2 *Scientia quæ requiratur in vno quoque ordine ſuſcipiendo.*

3 *Diſpenſare cum illiterato, qui non omnino illiteratus eſt, quis poſſit.*

§. II.

Secunda ſpecies illiteratorum eſt eorum, qui eſto aliquas literas norint, non tamen eas habent, quæ pertinent ad functiones ordinum exercendas, quos ſuſcipere volunt; iã

1 igitur videamus an & hi irregulares ſint. † Pro certo igitur habebimus & hos irregulares eſſe. Nam primò id ſenſit Innocent. in c. cùm in cunctis de elect. num. 2. nam ait peccare eum, qui non habet ſcientiam ſaltem competentem recipiendo dignitatem, vel officium, quamuis ex cauſa cum his diſpenſandum dicat. Si ergo cum his, qui ſciẽtiam ſufficientem non habẽt, ex cauſa diſpenſandum eſt, ergo irregulares ſunt, etiam qui aliquam literarum cognitionẽ habent, ſed non ſufficientem; non enim diſpenſatione opus eſſet, ſi irregulares non eſſent; irregularitas enim diſpenſatione tollitur: idem ſenſit Nauar. in c. ſi quando except. 13. de reſcript. & hoc per c. illiteratos d. 36. nam ibi illiteratos ad ordines non admitti concluditur, & illiteratorum nomine non ſolùm compræhenduntur, qui nullas omnino literas norunt, verũ etiam & qui aliquas habent, ſed non ſufficientes, ita interpretantur Gemin. & alij, quos refert, ac ſequitur Menoch. de arbitr. iud. libr. 2. cent. 5. caſ. 425. num. 50. & Nauar. eod. Secundò id probatur per cap. fin. de ætat. & qualit. vbi Epiſcopus depoſitus fuit, qui confeſſus eſt ſe grammaticam nũquam didiciſſe, nec etiam legiſſe Donatum, & tamen exiſtimandum eſt legere eum ſaltem ſciuiſſe. Si ergo deponitur, qui iam ad ordines admiſſus eſt ob id, quod ſcientiam ad ſuum munus pertinentem nõ habet, ergo multo magis excludetur, qui iam ad ordines admiſſus non fuit. l. patre furioſo. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iu. c. quemadmodum de iureiur. ergo talis irregularis eſt, ex quo ad ordines nõ admittitur. Poſtremò id habemus apud Trid. Synod. nam Seſſ. 23. de reform. ca. 4. prohibet, ne quis prima tonſura initietur, qui legere, & ſcribere neſcit, fideique erudimẽta edoctus non eſt, ca. 11. ne ad minores admittantur, qui ſaltem linguam latinam non intelligunt; cap. 13. ne ſubdiaconi, & Diaconi ordinẽtur, qui in literis inſtructi non ſunt, & ijs, quæ ad ordines exercendos pertinent; capit. 14. ne ad presbyteratus ordinem quis admittatur, qui idoneus probatus non ſit ad docẽdum ea, quę ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutẽ, & ad ſacramenta adminiſtranda; Seſſ. 22. de refor. c. 2. ꝓhibetur, ne quis in Epiſcopũ aſſumatur, qui non ſit magiſter, ſiue doctor, aut licentiatus in ſacra Theologia, vel iure canonico, aut probatus idoneus ad aliós docendos publico alicuius accademiæ teſtimonio. Si ergo admitti non debent ad ordines, qui ſciẽtiam iam dictam non habent; ergo, eſto aliquam habeãt, inhabiles ſunt, & idcircò irregulares. Non eſt igitur quòd in hoc caſu quicquam dubitemus, ſed pro certo habendum eſt & hanc illiteratorum ſpeciem irregularem eſſe.

Atqui quæ ſcientia in ſingulis ordinibus requiritur, ne irregularis ſit? item quis cum hoc diſpenſare poteſt?

2 Quoad primum † DD. varia locuti ſunt, communiter tamen concluditur eam ſcientiã requiri, quam ordo poſtulat, & quæ pertinet ad exercendas functiones ordinis, quem quis ſuſcepturus eſt; nam Innocent. in cit. c. cum in cunctis nume. 1. inquit eam ſcientiam requiri, quam poſtulat locus, dignitas, & ordo, ad quẽ aſſumitur, eundem ſequitur Abba. ibi, num. 4. & communiter DD. vt teſtatur Nauar. in ca. ſi quando. except. 14. num. 1. de reſcript. & Addit. ad Diaz. in Prax. Crim. Canon. cap. 21. in verb. Ordinari, & Maiol. de irregular. lib. 1. ca. 32. eandem doctrinam tradidit S. Thom. p. 2. q. 76. art. 2. ab omnibus recept. in reſp. Omnes tenentur ſcire (ait enim ibi) ea, quę ſunt fidei; & vniuerſalia iuris præcepta, ſinguli autem ea, quæ ad eorum ſtatum, vel officium ſpectãt. Hæc ibi S. Thom. Hanc doctrinam ego etiam ſequor; tum quòd Trid. Synod. eam ſentit in allegat. locis; tum quòd ratione non caret: nam

ordines

ordines ob hanc rationem conferuntur, vt ali bi diximus, quò eorum functiones quis exerceat;at,qui eas ignoraret, exercere ipſas non poſſet,quamobrem ordo ille in hoc quodammodo inutilis eſſet,& fruſtra;at Deus, & natura nihil fruſtra operantur. Meritò igitur ſcientiam hanc habere quis debet, quam ars poſtulat,quam quis profitetur;nô enim ſi in ea quis erret excuſatur,arg.§.præterea in verſi.Imperitia.in Inſtit.de leg.aquil.cum ſimil. citat.ibi à Gloſſ.

At in ſingulis ordinibus eſt ne ſpeciatim magis præſcriptum,quæ ſcientia requiratur? Planè ſic à Trid.Synod.in allegat. locis proximè. Qui ergo primam tonſuram ſuſcipere vult, fidei rudimenta ſcire debet,necnon legere , & ſcribere,vt habetur ead.Seſſ.23.cap.4.Qui minores ordines,ſaltem latinam linguam intelligere,eadem Seſſ.cap.11.Subdiaconi,& Diaconi,multo magis inſtructi eſſe debent literis ca. 13.ead.Qui præsbyteri eſſe,edocti eſſe debent ea,quæ omnibus ſcire neceſſe eſt ad ſalutem, necnon ſacramentorum cognitionem habere, quò populum ſibi creditum erudire poſſint , ſacramentaque adminiſtrare ead.Seſſ.cap.14. quamuis in hoc caſu Epiſcopus cautior eſſe debeat, habito reſpectu ad populum, & locum, cui præsbyterum præficere vult; maior enim ſcientia in ſacerdote,qui in Vrbe eſt, requiritur;quàm in eo,qui in villis; qualis enim populus talis & ſacerdos eſſe debet, ſicut & qualis grex,& talis paſtor,ita Maiol.de irregular.lib. 1.cap.32.num.9. Immo ſunt aliquando quædam loca in Syluestribus regionibus, & montanis,vbi nemo vir literatus,vel ob aeris inſalubritatem,vel ob beneficij inopiam eſſe vult. Quare tunc Epiſcopus cogetur mittere minus literatos cap.priſcis iunct.Gloſſ.d.55.& facit c.1.d.57.vbi propter raritatem hominum permittitur,quòd aliàs non permitteretur. Eccleſiæ antiſtites igitur in his caſibus faciles erunt in ſcrutinio,& examine,vt ita dicam, ne contingat populum quempiam paſtore carere.In numero tamen illiteratorum non habentur,q longo vſu didicerunt, quę ad ipſos pertinent, vt ſenſit Abba.in c.fin.num.4.de ætat. & qualit. Epiſcopus autem, quòd non ſolùm iuriſdictionē fori conſcientiæ, ſed exterioris exercere debet,nec non functiones ordinis, vt ſacramentum confirmationis, & ordinis conferre, conſecrationes quaſdam cùm rerum, tum perſonarum facere,verbum Dei prædicare, vt id probaui in Tractatu de Simonia Tab.1. capit. 45.meritò Trid.Syno.vt magiſter, vel doctor, aut licentiatus in ſacra Theologia,vel iure canonico eſſet,vel publico alicuius academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos, ſanciuit ead.Seſſ.22.cap.2.Hæc eſt igitur ſcientia, quā ſpeciatim ſcire quis debet, cuicunque ordini initietur,atque ſic Addit.ad Diaz. etiam dixit cap.21.in verb.Ordinari, ibi Hodie autem ex ſacro concilio,& Maiol.eod.cap.num.3.Tempeſtate noſtra tamen non video id ſeruari, ſed admitti eos,qui minus idonei ſunt. Quare,qđ tacetur,planè hos irregulares non eſſe cenſeo, ex quo,etſi iure cautum id eſt, conſuetudine tamen non ſeruatur, argu.c.3.§. leges.d.4.Solùm igitur irregularitas in prima ſpecie locū habebit.Saluo ſemper Sancta Romanæ Eccleſiæ iudicio.Quamuis peccent, qui permittunt ſe minus idoneos promoueri,nec non promouentes.

3 Quoad alterum† quis diſpenſare cum hoc poſſit,Romanum Pont.tantùm id poſſe côcludendum eſt ob rationes allatas in priori ſpecie irregularitatis . Nec repugnat,quod Rebuff.ait in Prax.benefi.in tit.de cle.& à quib. & quom.creen.nu.29. poſſe Epiſcopum cum iuuene diſpenſare,qui modicam ſcientiam habet ob ſpem futuri ſtudij ad primam tonſurā; nam hoc ante Trid.Synod.verum eſſe potuit; at hodie, ex quo ipſa Sanct. Synod. etiam in prima tonſura ſcientiam præſcripſit, qua præditus eſſe debet,qui eam ſuſcepturus eſt,ab ea non diſcedemus,& ita Addit.ad Diaz.eod.ca. 21.in verb. Diſpenſare Epiſcopi in litera D. ibi, Hodie tamen. Non repugnat etiam,quod dixit Menoch.eod.num.58.vbi ſentit Trid.Synod.permittere Epiſcopis,vt poſſint diſpenſare ad minores ordines cum iis,qui adhuc latinam linguam non intelligunt,vbi expedire Eccleſiæ videtur ob verba illa, Niſi aliud Epiſcopo expedire magis videretur; nam verba hæc non referuntur ad ea verba remota, Qui ſaltem latinam linguam intelligant,ſed ad proxima illa, Per temporum interſtitia ; duo enim ibi tradit Sanct.Synod. Primùm vt ordines minores iis conferantur, qui ſaltem latinam linguam intelligunt. Alterum, quoniam minores ordines quatuor ſunt,vt non vno tempore, ſed interſtitijs temporum . Sicut igitur illud ſaltē pertinet ad illa verba,Latinam linguam intelligant,qua dictione ſignificatur omnimodo voluntatem San.Synodi fuiſſe,vt linguam latinā intelligerent,ita verſ. ille Niſi aliud & ce. pertinet ad ea verba, Per temporum interſtitia . Opinio igitur Menoch.recipienda mihi non videtur, quandoquidem vſu etiam recepta non eſt,nec diſpenſant in hoc Epiſcopi, ſed in interſtitiis temporum,& ita etiam ſeruatur, & ita reperij poſtea interpretari Nauar. eum canonem in cap.ſi quando.excep.13.nume.7.in fine de reſcript.Opinio tamen Menoch.habere locum poteſt in eo qui linguam latinam intelligit,ſed non perfectè.Immo mentem S.Synod.fuiſſe ſentio, vt dummodo quis ſimpliciter verba intelligat,vt pote Epiſtolæ,Euangelij,catechiſmi,& huiuſmodi ſat eſſe;vt enim perfectam linguæ latinæ intelligentiam habeat , plus operis,ac ſtudij requiritur.Et de hac quæſtione hactenus. Tollitur etiam ipſo iure, vbi ſcilicet ſcientia aduenit. Atqui an beneficij eccleſiaſtici capaces ſunt? Hoc in ſequenti explicabimus.

SVMMA.

1 *Beneficij collatio prorſus illiterato facta non valet.*
2 *Laicus beneficij eccl. capax non eſt.*
3 *Beneficij collatio non omnino illiterato facta an valeat.*
4 *Pœna eorum, qui indignè accipiunt ordines, & beneficia.*
5 *Pœna, qua afficiuntur conferentes indignis ordines, & beneficia.*

§.III.

§. Quæſtionem hanc explicãdam nobis proximè propoſuimus, an illiterato beneficium eccleſiaſticum conferri poſſit, & collatum an valeat. Quam quæſtionem vt dilucidiorem habeamus, præmittendum eſt diſputari, vbi beneficium, quod confertur eccleſiaſticum eſt, vel ſit beneficium, quod poteſtatem ordinis, & iuriſdictionis tam fori contentioſi, quam conſcientiæ habeat, cuiuſmodi ſunt Epiſcopatus, & Archiepiſcopatus; vel ſit beneficium, quod habet poteſtatem ordinis fori conſcientiæ tantùm, cuiuſmodi ſunt parochiales eccleſiæ; vel ſit beneficium, quod poteſtatem nullam habeat, ſed ſolùm onera quædam ſpiritualia, cuiuſmodi ſunt canonicatus, capellæ, altaria, beneficia ſimplicia; necnon penſiones, quæ pro titulis dantur. In his igitur caſibus quæſtio hæc diſputatur, non autem in penſionibus, quæ pro titulis non dantur. Secundò diſputari poſſe in illiterato penitus, & in illiterato, qui penitus illiteratus non eſt, ſed tamen idoneus iudicari non debet ad beneficium, qđ ei confertur. Quare nos in vtroque caſu quæſtionem hanc diſputabimus, & prius in eo, qui omnino illiteratus eſt, id eſt, qui neque legere, neque ſcribere ſit.

1 Quoad quæſtionem hanc igitur † pro certo habendum eſt, huic nullum beneficium ex dictis conferendum eſſe, & collatum ab inferiore Romano Pont. non valere. Et hoc ob has rationes. Primùm, quoniam hic clericus eſſe nõ poteſt, nec in clericorum numerum adſcribi debet; vt enim id fiat, legere ſaltem, & ſcribere debet, ideſt hæc ſcire, vt ſanciuit Trid. Synod. Seſſ. 23. cap. 4. de reform. quò primam tonſuram ſuſcipiat, qua in clericorum numerum qs adſcribitur, vt habetur in c. cùm contingat de
2 ætat. & qualitat. † at, qui clericus non eſt, beneficii eccleſiaſtici capax eſſe non cenſetur, vt tradidit Gloſſ. in c. cùm adeo in verb. Nec clericus de reſcript. & ibi not. Abba. num. 3. verſic. Sed quęro, ibi. Nam beneficium, & in c. ex literis de tranſact. & vt inquit Rebuff. in Prax. benefic. in titul. De cler. & à quib. & quomod. creen. num. 4. & Rot. de probat. in antiq. deci. 13. qui omnes laicos beneficiorum eccleſiaſticorum incapaces eſſe concludunt, ergo cùm hic laicus etiã ſit, beneficij capax eſſe nequit. Secundò probatur id, quoniam illiteratus hic irregularis eſt, vt in hoc capite probauimus; at irregularis beneficiorum eccleſiaſticorum capax non eſt, vt infra ſuo loco videbimus, ergo prorſus illiterato beneficium conferri non debet; & ſi conferatur, collatio non valebit, atque ſic concludunt Diaz. in Pract. Crim. canon. c. 21. num. 4. verſ. Si verò omnino illiterato, vbi quoſdam alios idem ſentientes refert, & Addit. ad eum in litera H. & Nauar. in c. ſi quando except. 12. qui opinionem hanc communẽ ſentit de reſcript. & facit pro hac ſententia ca. cùm in cunct. §. ſi. & c. dudum de elect. viden. Ab hac igitur ſententia non diſcedemus; nam nec per triennium beneficium poſſidendo coloratum titulum conſequitur, vt ait Addit. ad Diaz. ibidem.

Excipitur tamen, vbi, qui illiteratus nũc eſt, olim tempore, quo beneficium ei collatum eſt, literatus erat; nam hic ſi legitimè beneficium adeptus eſt, beneficium ei retinere licebit, eſto caſu aliquo, vtpote morbo literarum cognitionem amittat, ita Additio ad Diaz. ibid. & facit tit. de cler. ægrot. vel debilit. ſat enim eſt, vt habilis qnis ſit tempore acquiſitionis beneficii. Facit quoque l. patre furioſo. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & c. quemadmodum. de iureiur. Quæ diximus autem locum habent ẽt, ſi hic illiteratus primam tonſuram haberet, & idcirco eſſet clericus; nam & in hoc caſu inhabilis eſt ad beneficia.

Secundò excipitur, vbi literas interim didicit, & is, qui beneficium contulit, voluntatem non mutauit; nam priſtina collatio tacita voluntate reuiuiſcit, ita aſſeruit Addit. ad Diaz. in Prax. Crim. canon. cap. 21. in litera H. verſ. Secundò ſingulariter limita.

Tertiò excipitur, vbi Romanus Pontifex cũ hoc diſpenſaret, condonando ei tempus ad diſcendum. Et de hac ſpecie hactenus.

Quoad alteram verò ſpeciem illiteratorum, eorum ſcilicet, qui legere, & ſcribere ſciunt, ſed tamen ſcientiam idoneam non habent ad eccleſiam gubernandam, quę ei collata eſt, an collatio facta valeat? Præmitto his collationes Epiſcopatuum, & electiones ad ipſos factas ab inferiore Romano Pont. non valere. Primò per c. cùm in cunctis. §. fin. de elect. nã ibi dicitur, qui indignum ob ætatis, ſciẽtiæ, vel natalium defectum eligit, ea vice priuari eligendi facultate, & ad alium ipſam deuolui. Si ergo, vbi quis eligit indignum ob defectum ſcientiæ, ea vice deuoluitur electio ad alium ipſo iure, ergo electio non valet. Idem habetur in c. dudum 1. eod. nam ibi habetur electionem eius, qui electionis tempore defectum ſcientię patiebatur, inutilem eſſe, & ita not. Abba. ibi, num. 8. Præmitto etiam, vbi à Romano Pont. collatio facta eſt, ipſam valere. His præmiſſis
3 † reſtat, vt videamus, vbi collatio aliorum beneficiorum ab inferiore facta eſt non idoneo ſciẽtia, an valeat. Addit. ad Diaz. eod. & Nauar. in cit. c. ſi quando. except. 13. num. 8. verſ. Ad tertium, ſentiunt ipſam non valere, ſed contrariũ

conſuetudini,

conſuetudini,& praxi tam antiquæ,quàm nouæ,tam Vrbis,quam Orbis eſſe,vt valeat, vt teſtatur Nauar.eod.nō enim ſi mediocrem ſciētiam habeant ij, quibus beneficium collatum eſt,eo priuantur.Et confirmatur per capitu. 6. Seſſ.21.de reform.apud Trid.Synod.nam illiteratis,& imperitis parochialium eccleſiarum rectoribus,vt coadiutores, vel vicarij dentur, decernit,ergo pro certo habet collationem beneficiorum ipſis factā valere; nam ſic inquit. Quia illiterati,& imperiti parochialium eccleſiarum Rectores ſacris minus apti ſunt officijs;vel alii propter eorum vitæ turpitudinem potius deſtruunt,quàm ædificant: Epiſcopi et tanquam Apoſtolicæ ſedis delegati,eiſdem illiteratis,& imperitis, ſi aliàs honeſtæ vitę ſint, coadiutores,aut vicarios pro tempore deputare,partemque fructuum eiſdem pro ſufficienti victu aſſignare, vel aliter prouidere poſſint, quacumque appellatione, & exemptione remota. Eos verò,qui turpiter, & ſcandaloſè viuunt,poſtquam præmoniti fuerint, coerceant, ac caſtigent;&, ſi adhuc incorrigibiles in ſua nequitia perſeuerent, eos beneficijs iuxta ſacrorum canonum conſtitutiones,exemptione, & appellatione quacunque remota, priuandi facultatem habeant.Hæc ibi:ex quibus propoſita concluſio probatur,& eo magis,quod priuandos eos mandat,ſi incorrigibiles ſint,ergo collatio ab initio valuit; non enim locum haberet priuatio,ſi prius non affuiſſet acquiſitio, & adeptio,arg.l.decem.ff.de verb.ſignif.Quid igitur concludendum? Ego ſentio collationem factam valere non idoneo omnino,modò ignorantia nimia non laboret; vtpote, quia ſcit ex longo vſu ſacramenta adminiſtrare, quamuis difficiles quæſtiones, earumque ſolutiones nō noſcat;nam hodie videmus beneficia conferri his perſonis ſæpius,qui ſolùm miſſę ſacrum facere ſciunt,& vſu ſacramēta adminiſtrare; ſed rationem eorum,quę faciunt,reddere neſciūt, & noui ego duobus beneficia collata, qui praxim huiuſmodi habebant.

Excipio tamen, vbi per concurſus beneficium conferretur;ſi enim minus idoneo collatum ſit,aduerſarius appellari poterit, vt ſanciuit Pius Quintus in Bulla In conferendis benefic.eccleſ.lata Pontificatus ſui anno Secundo;hoc enim caſu minus idoneus priuabitur. Sed de his hactenus.

Atqui qua pœna afficiuntur, qui ordinem ſuſcipiunt,cùm idonei non ſint, & beneficia eccleſiaſtica,& qua pœna ipſi collatores?

4 Quoad † ſuſcipientes ordines ſe abſtinere debent,& ſi contrafaciant,deponendi ſunt,ita habetur in c.qui in aliquo.d.61.ita Maiol. de irregularitate lib.1.cap.32.num.10.verſi. Literatus, quamuis Diaz. arbitraria pœna puniendos

5 dicat.c.21.nu.3.† Collatores autem ordinum,& ipſi puniuntur,vt habetur in ca. fin.de tempor.ordin.lib.6.nam ſi primam tonſuram illiterato quis conferat, ab eius collatione per annum ſuſpenſus eſt,vt ibi dicitur,ergo multo magis ſi alios ordines.

Quoad pœnam verò eorum, qui indigni beneficia ſuſcipiunt priuari ipſis poterunt,argu. c.fin.de ætat.& qualit. Collatores verò varijs pœnis puniuntur, quas refert Rebuff. in ſua Prax.benefi.in tit. Pęnę contra collatores indignis conferentes.Sed de hac ſpecie irregularitatis hactenus,ad tertiam tranſeamus.

De Irregularitate ex defectu perfectæ lenitatis, quæ oritur ex homicidio,aut membri mutilatione. Cap. IV.

SVMMA.

1 *Irregularitas,quæ naſcitur ex defectu perfectæ lenitatis quid ſit.*

2 *Irregularitatis ex defectu perfectæ lenitatis quot ſpecies ſint.*

3 *Irregularitas ex defectu perfectę lenitatis naſcitur ex homicidio,& membri mutilatione.*

4 *Irregularitas ex defectu perfectæ lenitatis quamobrem ſit inducta.*

5 *Irregularitas ex defectu perfectę lenitatis cur ſic dicta.*

TERTIA ſpecies irregularitatis eſt ea, quæ naſcitur ex defectu perfectæ lenitatis, cuius abſolutam cognitionē, vt habeamus, hæc præmittenda, & contemplāda ſunt. Primùm, quid ſit.Secundò,quot eius ſpecies.Tertiò,vnde naſcatur. Quartò,quamobrem inducta ſit. Quintò,ex quo naſcitur ex homicidio,& mēbri mutilatione, cuius homicidium eſſe debeat,& mutilatio. Sextò,vbi naſcitur ex homicidio,an requiratur ſanguinis effuſio. Septimò,vbi ex membri mutilatione naſcitur,quid ſit membrum:Octauò,quæ in hominis corpore membra ſint.Nonò,quæ in hominis corpore membra non ſunt. Decimò debilitans alicui membrum, ſed non mutilans,an irregularis fiat.Vndecimò, an abſcindens cuipiam digitum,vnde irregularis fiat is,cui eſt abſciſus digitus,irregularis fiat ipſe,qui eum abſcidit.

1 Quoad primum igitur.† Irregularitas,quæ naſcitur ex defectu perfectę lenitatis, eſt irregularitas,quæ oritur ex homicidio,membriue hominis mutilatione,vt probabimus.Poſui Irregularitas pro genere;tam enim de hac, quā de alia irregularitate dicitur,quod generis proprium eſt,vt logicæ artis magiſtri docent. Poſui reliqua pro differentijs,quamobrem ſeparatur ab alijs irregularitatibus,quæ,vt videbimus,nec ex homicidio,neque ex membrorum mutilatione oriuntur.

Quoad

2 Quoad ſecundum † duæ ſpecies ſunt. Altera, quæ naſcitur ex homicidio: altera, quæ naſcitur ex membri mutilatione, vt id proximè ſignificauimus, & modò probabimus.

3 Quoad tertium † vnde naſcatur, ex dictis idē habemus, ex homicidio ſcilicet, aut membri mutilatione, ideſt vbi quis aut hominem interficit, aut membrum ei abſcidit, ſeu mutilauit, vt habetur in c. fin. de hom. lib. 6. Is, qui mādat aliquem verberari, dicitur enim ibi, licet expreſsè inhibeat, ne occidatur vllactenus, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur, ſi mandatarius fines mandati excedens, mutilet, vel occidat. Hæc ibi. Si ergo, qui mandauit tantùm verberari, irregularis efficitur, ſi mandatarius aut occidat, aut mutilet, ergo irregularitas hæc naſcitur ab altero horū duorum, ſcilicet aut ex homicidio, aut ex mutilatione; alternatiua enim illa, aut, ex plurib. propoſitis, in vno tātùm locum etiam habet, vt habetur in §. ſi plures in Inſtit. de hæred. inſtit. cū ſimil. cit. ibi à Glo. Ex his duobus igitur, id eſt ex altero eorum, ſcilicet aut ex homicidio, aut membri mutilatione irregularitas hęc naſcitur, & ita inquiunt Gemin. & Philipp. Franc. ibi, & Ancha. Idem habetur in Clem. vn. eo. de homici. nam ibi dicitur, ſi furioſus, aut infans, ſeu dormiens hominem mutilet, vel occidat, nullam irregularitatem incurrere; ergo irregularitatem incurrit mutilans, vel occidens, ſi furioſus, aut infans, aut dormiens non ſit: valet enim argumentum à contrario ſenſu. l. 1. & ibi DD. ff. de off. eius. Si igitur ex mutilatione, homicidiove irregularitas hæc naſcitur, ergo paria ſunt hæc duo quoad irregularitatem inducendam, ſcilicet hominem occidere, aut eum mutilare, atque ſic not. Gloſſ. ibi. In verb. Mutilet, & ibi Zab. & Ancharan. & Coua. 3. p. in initio. nu. 8. Idem habetur in c. 1. & ibi not. Abba. nu. 1. de cler. pugn. in duel. in fine, & in c. in Archiepiſcopatu de rapt. & in c. ſi quis poſt acceptam. d. 51. cum ſimil. & DD. etiam communiter id aſſerunt. Irregularitas igitur hæc ex his duobus tantùm naſcitur homicidio, vel mēbri mutilatione. Quare vel miraculo quis mortē euadat, irregularis non efficitur aggreſſor, ita Sot. de iuſt. & iur. lib. 5. q. 1. art. 9. verſi. Sententia eſt Ang. ibi. Quare etiam ſi miraculoſa. Nihil autem intereſt, an homicidium publicum, occultūve ſit: nam irregularitas nihilominus contrahitur, vt DD. communiter concludunt, & Maiol. lib. 5. de irregular. c. 48. nu. 2.

4 Quoad quartum † inducta eſt irregularitas hæc, vt ſcilicet qui homicidium commiſerit, aut membrum hominis mutilauerit, ne ad ordines admittatur, quoniā omnes clericorum ordines ordinantur ad altaris miniſterium, in quo ſub ſacramēto repræſentatur paſſio Chriſti ſecundum illud 1. ad Corinth. Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat, & ita non competit eis occidere, vel effundere ſanguinem, ſed magis eſſe paratos ad propriam ſanguinis effuſionem cum Chriſto, vt imitentur opere, quod gerunt miniſterio, ita inquit S. Thom. 2. 2. q. 40. ar. 2. in reſp. At, qui homicidium committunt, aliquemve mutilant, hęc referre, imitariq́. nequeunt, vt per ſe patet: ideo iure merito Eccleſia, qui hæc committūt, ordinem ſuſcipere noluit, & ſi poſt ſuſceptos ordines tale quid commiſerint, ne eorum functiones exercerent, vetuit, & ſic irregulares ipſos reddidit. Hanc rationem ſenſit etiam Romanus Pont. in c. ſuſcepimus de homicid. nā, cum fures quidam pro rebus conſeruādis duorum ſacerdotum opera interfecti eſſent, mandat ibi, vt prædicti ſacerdotes abſtineant ſe ab altaris miniſterio, quia conſtat eos fures contra manſuetudinem eccl. ex vtriuſque ope interemptos. Quod igitur manſuetudinem talia committentes præferre nequeunt, ac lenitatē Chriſti Domini, cui in altari inſeruiunt, ob eā rem irregularitas hæc inuenta eſt, & ex defectu lenitatis perfectæ dicta.

5 Ex his iam apparet † cur irregularitas hæc naſci dicatur ex defectu perfectæ lenitatis, qđ etiam præponendum mihi propoſui. Sed iam ad quintam quæſtionem veniamus.

S V M M A.

1 *Chriſtianus an eſſe debeat, quò irregularis fiat, qui eum occidit, mutilatve.*
2 *Mortuum mutilans an irregularis ſit.*
3 *Non natum ſi quis interficiat, an irregularis ſit.*
4 *Dubitans an abortui cauſam dederit, aliumve quēpiam interfecerit, an irregularis ſit.*

§. I.

§. Quinta quæſtio eſt quem oporteat occidiſſe, mutilaſſeve, quò irregularis fiat.

Hęc quæſtio tribus modis accipi poteſt: primò, an chriſtianus eſſe debeat, qui occiditur, mutilaturve: ſecundò quid ſi mortuum qs mutilet: tertiò quid ſi nondum natum interficiat. Tres igitur hæ quæſtiones ſigillatim explicandæ nobis ſunt.

1 Quoad primam igitur † breuiter concludimus, vel chriſtianum, vel à chriſtiana fide alienum, vt Iudæum, Turcham, & Ethnicum quis interficiat, mutiletve, hunc irregularē eſſe. Primò, quoniam iura non diſtinguunt quoad irregularitatem, an chriſtianus ſit nec ne, qui occiditur, aut mutilatur; ergo nec nos diſtinguere debemus. arg. l. de pretio. ff. de publ. in rē act. Præterea, quoniam iura, quæ loquūtur de hac irregularitate, ſolùm poſtulāt, vt homicidium committatur, ideſt, vt homo occidatur, mutileturve, vt habetur in Clem. vnic. de homici. ibi Hominem mutilet, vel occidat, & in c. 1. in fin. de cler. pugn. in duel. ergo modò homo ſit, qui occiditur, mutilaturve, irregularis efficitur mutilans, aut occidens. Tertiò, quoniā ſic dicitur in c. clericum, & in c. ſeq. d. 50. nam ibi habe-

tur,vel ad defenſionem paganum quis occiderit,irregularem eſſe,vbi defenſio fuit immoderata,et facit quoque c,pen, de homicid, atque ſic inquiunt Speculat,de Irregular.nu.45.verſ, Facto,& Maiol.eod.lib.1,cap.48.nu.2. verſic. Quinimò.lib,5.& Socin.in c.ad audientiam.n, 130.de homicid. Poſtremò ratio,quamobrem irregularis quis fit ob homicidium,mutilationemve,eſt defectus perfectæ lenitatis,vt antea probauimus;at ratio hæc locum habet,vel Ethnicum quis interſiciat,mutiletve(non enim & in hoc caſu præferre poteſt lenitatem Chriſti Domini,qui non Ethnicos,à fideve alienos venit interficere,ſed potius pro ipſis, & peccatoribus omnibus , quò ſalui fierent, ſanguinem ſuum profundere) ergo,ex quo eadem ratio eſt in occiſione,& mutilatione hominis à chriſtiana fide alieni,eadem quoque diſpoſitio eſſe debet.argum,l.illud.ff.ad leg.Aquil. & cap. cùm dilecta de confirm,vtil.vel inutil. Non eſt igitur ,quod hac de re dubitemus.

Quare idem eſt dicendum, vt irregularitas contrahatur,eſto bannitum occidat quis, quē licet impunè occidere, ita inquit Syl.in verb. Homicidium.1.q.2.verſi. Vnde aduerte; nam hic eſt iuſtitiæ miniſter,quem irregularem fieri infra probabimus,& Maiol.ibid. Ad ſummam irregularis quis fit,modò homo ſit, quē occidit,vel mutilat. Idem ſi hominem monſtruoſum;nam,modò ex anima rationali conſtet,vel duo capita habeat, irregularis qs fiet, ſecus ſi haberet caput animalis bruti, ita ſentiunt Bald.Angel. & Imol. quos refert, ac ſequitur Socin.in c.ad audientiam.num.219.de homicid.Multo magis ſi mulierem quis occidat,ita Socin.eod.nu.229. de homicid. quamuis nonnulli contrarium ſenſerint,& malè. Et de quæſtione hac ſatis.

2 Quoad ſecundam quæſtionem† an irregularis fiat,qui mortuũ mutilat,caputve ei abſcindit,hoc etiam affectus animo, vt idem faceret, ſi viuum reperiſſet. Videbatur dicendum hũc irregularem fieri; quandoquidem, & mortuo iniuria fit,vt habetur in l.1.§. & ſi forte. ff. de iniur.& ita Maiol.de Irregula.lib.5.cap.48.§. 6.num.8.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus,ſcilicet irregularem nõ fieri, qui mortuũ quacunque ratione,& quocunque modo mutilat. Primò,quoniam irregularis tunc quis fit ob mutilationem,& homicidium, vbi hominē interficit,membrumve ei abſcidit, vt habetur in Clem.1.de homicid.& in c. in Archiepiſcopatu de rapt.& c.1.de cler.pugn.in duel, at homo mortuus nõ eſt homo,ſed cadauer à quo receſſit anima;homo enim conſtat ex corpore,& anima rationali,vt Philo.docent,& habetur in Symbolo Athanaſij in illis verbis. Nã ſicut anima rõnalis,& caro vnus eſt homo, & in c.1.de Sum.Trin.& fid.cath.& in c.in quadã.ver. Nã ad eſſe hominis.de celeb.miſſ.& in c.cũ Chriſtus de hæret.& inquiũt Abb.Fel.ac DD.in c. ſicut ex tuarum de homic.& Coua.in cit.Clē. vnic.de homic.2.p.in initio.nu.1.ergo, ex quo homo non eſt is,qui mortuus eſt, nec irregularis fit,qui ei mēbrũ quacunq.rõne,& quocũq. animo præditus abſcindit. Cõfirmatur rõ hęc, qm̃ ſi homo mortuꝰ homo eſſet, occidi poſſet: at hoc eſt impoſſibile, ex quo homicidium nil aliud eſt,quàm factum,quo anima ſeparatur à corpore,ergo homo mortuus homo non eſt,& idcirco ipſum mutilans irregularis non efficitur. Hinc nec de homicidio hũc accuſari poſſe dixit Bal.in l.1.n.19.C.qui accuſ.nõ poſſ.& refert,ac ſequitur eum Couar.eo.n.1. Poſtremò facit,quoniam,qui abortui cauſam dedit, ſi factus non eſt animatus,irregularis non fit,vt habetur in c.ſicut ex literarũ,& ibi DD.de hom. & in c.ſi aliquis iunc.Gl.eo.ergo,ſicut, ſi anteã quã factus animatus eſt, ipſum quis perimat, irregularis non fit:neq. etiam irregularis fiet, q corpus ſcindit,ac mutilat,à quo receſſit anima,ideſt hominem mortuum. Hæc igitur ſententia veriſſima eſt,quã & cõem ſentit Couar. in cit,Clem.vnic.p.2,in initio.nu.1. Quare nec anotomiſtæ irregulares ſunt ex hoc capite, quicquid dixerit Maio.de Irreg.c.48.§.6.n.9.nam nullo iure id probat,& cõtraria opinio,vt mortuum mutilans irregularis non fiat, cõis eſt,vt teſtatur Syl.in ver.Homicidiũ.3.q.7.verſ. 11. & Tabien.in verb.Irregularitas.n.28. & ipſemet Maiol,ibid.& Couar.latè eo.n.1.vbi & ipſe de DD.ſententia teſtatur:vel igitur dolo malo,& inimico animo mutilet quis mortuũ, vel ob aliam rationem,irregularis hic non fiet. Verùm quid ſi quis abſcidit cuipiã manũ aridã, aliudve huiuſmodi membrum, an irregularis fiet? Breuiter concluditur irregularē fieri,nam eſt verum membrũ,c.ſicut vrgeri.1.q.1. & ita Soc.in c.ad audientiam.n.202.de homici.nam ornatum ſaltem affert corpori. Quare,& q oculum effodit,quo quis nõ videt,irregularis fiet, quicquid dixerit Bal.viden. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

3 Quoad tertiã qõnem,†an irregularis fiat,q mutilat,occiditve eum, qui nõdum natus eſt, vbi ſcilicet abortui cauſam dat; etſi ex dictis conſtare põt,breuiter ſic diſtinguēdũ eſt. Aut fœtus animatus erat,& in hoc caſu fœtũ interficiens,irregularis efficitur. Aut animatus nondum eſt,& tunc ſecus, ita reſpondit Summus Pon.in c.ſicut ex literarũ.de homic.ibi.n.cùm presbyter quidam cum muliere prægnante luderet, atque idcirco abortui cauſam dediſſet, conſultus hac de re Summus Pont. reſpondit. Si fœtus nondum erat viuificatus, miniſtrare eum poſſe in altari,ideſt irregularē ipſum non eſſe;ſi verò viuificatus erat,ab altaris officio ſe abſtinere debere,ita ibi dicitur;ergo, vbi fœtus animatus eſt, irregularis fit eũ interficiēs, aliàs ſecus,atque ſic DD.ibi communiter no. & Gl.communiter recept.in c. ſi aliquis,eod. & Couar .in Clem.vnic.p.2.§.3.de homicid. q & de communi ſententia teſtatur.

A t quid

4 At quid † ſi dubitetur, an animatus ſit, an pro irregulari ſe gerere hic habebit? Abba. ac DD. quæſtionem hanc diſputarunt in c. ad audientiam. de homicid. & Coua. in Clem. de homicid. p. 1. in initio. numer. 3. Videbatur igitur dicendum pro irregulari ſe hunc habere non debere. Primò, quia nemo irregularis dicendus eſt, vbi in iure id expreſſum non habetur. cap. is, qui. de ſenten. excommu. lib. 6. & præſertim, ex quo ſumus in pęnis, vbi ſtrictior interpretatio facienda eſt. cap. in pœnis de re gu. iur. lib. 6. & l. interpretatione. ff. de pœn.

Atqui contrarium ſuadere videtur, quòd in hac re tutior via eſt eligenda, & tutior eſt ſe irregularem exiſtimare; quandoquidem abſtinēdo ſe à celebratione, nullum periculum eſt, vt habetur in cap. ad audientiam. de homicid. vbi, cùm quidam eſſet mortuus, dubitareturque, an ex vulnere illato per imprudentiam à præsbytero mortuus eſſet, Summus Pontifex mandat, vt ab adminiſtratione præsbyter ille ſe abſtineat: idem habetur in capit. ſignificaſti 2. eod.

Quid igitur concludendum? Abba. in citat. capit. ad audientiam ſic diſtinguit. Aut ſumus in foro pœnitentiæ, vel quaſi; & in hoc caſu hunc irregularem ſe debere exiſtimare aſſerit. Aut in foro exteriori, & quia ſumus in pęnis, contrarium concludit. Hæc diſtinctio improbatur à Couar. in ead. Clem. p. 1. in initio. numer. 3. tum quòd iura allegata ſcilicet cap. ad audientiam, & c. ſignificaſti 2. ad forum exterius, & iudiciale pertinent, vt colligitur ex ipſis, & ex ti. ſub quo collocata ſunt, non enim ſub titulo de pœnit. ſed de homicid. tum quòd citat. c. is, qui. de ſen. excomm. tam locum habet in foro conſcientiæ, quàm extra.

Quare Coua. aliter diſtinguit, nam inquit. Aut dubitatur in aliquo caſu, an irregularitas iure Pontificio inducta ſit nec ne; & in hoc caſu pro certo irregularitatem inductam non eſſe concludere debemus ob rationes in priori opinione allatas. Aut conſtat pro aliquo facto irregularitatem inductam eſſe, dubitatur tamē an delictum, ſeu factum à nobis ſit illud; quamobrem irregularitas illa inuritur: & in hoc caſu in vtroque foro, qui delictum, factūve illud ſe feciſſe dubitat, pro irregulari habebitur. Hanc opinionem ego etiam ſequor; quādoquidem deducitur ex citat. iuribus, ſcilicet ex cap. ad audientiam, & ex capit. ſignificaſti, præſertim quòd irregularitas in vtroque foro locum habet. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo: vt irregularis ſit, ſeu pro tali ſe habeat, ex quo quæſtio & dubitatio facti eſt, & non iuris. iā ſextam aggrediamur, quod in ſeq. pręſtabimus.

SVMMA.

1 *Irregularitas, quæ naſcitur ex homicidio, non requirit ſanguinis effuſionem.*

2 *Irregularitas, quæ naſcitur ex homicidio, naſcitur quacunque ratione homicidium ſequatur.*

§. II.

1 §. †Sexta quæſtio eſt, an irregularitas hæc, q̄ naſcitur ex homicidio, poſtulet, vt homicidium fiat cum ſanguinis effuſione. Et videbatur dicendum id requiri; vbi enim vetatur clericis, ne homicidium committant, aut mutilent, ſanguinis mentio fit; nam in cap. cleritis, ne cler. vel monach. prohibetur ipſis clericis, ne iudicium ſanguinis agitent: in cap. ſententia eod. ne ſententiam ſanguinis dictent, aut proferant, ne ſanguinis vindictam exerceant: item ne literas ſcribant deſtinandas pro vindicta ſanguinis: idem habetur in c. fin. eod. lib. 6.

2 Atqui contrariam ſententiam ſequi debemus, ſcilicet, dummodo † homicidium ſequatur, eſto ſine ſanguinis effuſione fiat, irregularitatem tamen ipſum inducere. Nam primò id habetur in cap. ex literis de exceſſ. prælat. & in capitu. ſicut ex literarum. de homicid. nam in prædict. capitu. ex literis, quod fur vt ſuſpenderetur, auctor quis fuerat, irregularis fit, & in capitu. ſicut ex literarum, quod abortui cauſam dederat: & tamen in illis mortis generibus ſanguinis effuſio non interuenerat, ergo irregularitas hæc naſcitur ex homicidio, quamuis ſanguinis effuſio non fiat. Hinc, etſi eccleſia ſanguinis effuſione pollui dicitur in c. vnic. de conſecra. eccl. vel alt. libr. 6 pollui tamen quoque dicitur ſi mors ibi ſequatur ſine ſanguinis effuſione, vt aſſeruit Gl. ibi in verb. Sanguinis. Præterea facit capitu. fin. de homicid. lib. 6. & cap. 1. de cler. pugn. in duel. & Clemen. 1. de homicid. vbi per ſimplicem occiſionem quem irregularem fieri dicitur, nec diſtinguitur an occiſio fiat ſanguinis effuſione, vel ſine, ergo nec nos diſtinguere debemus, argum. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Poſtremò hac ratione quis fit irregularis ob mortē, & non ob modum, & rationem mortis, vt habetur in citat. iuribus, & in tot. titu. de homicid. ergo, quacunque ratione homicidium interueniat, qui eius auctor eſt, irregularis fit. Vel igitur caput quis cuipiam abſcindat, in parteſve ſeccet, vel laqueo ſuſpendat, vel igne concremet, vel aquis mergat, vel veneno, fameve necet, vel lapidibus, terrave obruat, irregularis hic erit; multis enim modis mors inferri poteſt, vt per ſe patet, vt habetur in le. vnic. C. de emend. lib. Nec repugnat ſanguinis effuſionis mentionem factam eſſe aliquando in allegatis iuribus; nam id factum eſt, vel quod gladio mors ſæpius infertur, vel quò & homicidium, & mutilatio compręhenderentur, quæ mutilatio ſine ſanguinis effuſione fieri nequit. Et de quæſtione hac ſatis, ad ſeptimam tranſeamus.

SVMMA.

1 *Membrum propriè quid ſit.*

§. III.

1 §. †Septima quæſtio eſt membri appellatione quid contineatur; ex quo enim per mēbri mutilationem irregularis quis fit, iure quid membri appellatione contineatur, inueſtigandum eſt: id quod vt dilucidius fiat, duo contemplanda ſunt. Primum, membrum quid ſit: alterum, quę corporis partes membra ſint.

Quoad primum igitur, membrum nil aliud eſt, quàm corporis pars, quę officium propriū, & diſtinctum habet ab aliis corporis partibus, vt pedes ad ambulādum, oculi ad videndum, manus ad palpandum, & huiuſmodi, ita DD. communiter Bart. in l. 2. num. 13. ff. de publ. iudi. & Bald. in auth. ſed nouo iure. num. 2. verſ. Secundò not. C. de ſeruis fugit. Abb. in c. clericis. num. 3. ne cler. vel monac. & in c. cùm illorum. num. 8. & ibi quoque Felin. num. 8. verſi. Quærit Hoſt. de ſenten. excomm. & Couar. in Clem. de homicid. in 3. p. in initio. num. 8. qui opinionem hanc communem eſſe teſtatur, & Nauar. in Man. cap. 27. num. 206. verſi. Secundò, & Addit. ad Diaz. cap. 99. in verſi. Dicatur membrum, & Syl. in verb. Homicidium. 3. q. 3. verſ. Quartum truncatio: idem quoque ſenſit Diuus Paulus ad Corinth. epiſt. 1. & ad Romanos cap. 12. Omnia autem membra, ait. r, ibi, non eundem actum habent, ergo appellatione membri ſenſit eam corporis partem eſſe, quæ operationem propriam habet, atque ſic refertur in c. 1. d. 89.

Contrariam opinionem tamen ſequitur Caietan. 2. 2. q. 65. art. 1. ſicut etiam Sot. de iuſtit. & iur. lib. 2. p. 5. art. 5. nam, vt pars corporis ſit membrum, non neceſſariò requiri inquiunt, vt officium diſtinctum, & ſeparatum habeat, ſed ſat eſſe, vt ſit acceſſorium, & adiuuet ad illud officium. Et hoc ob eam rationem, quoniā teſtes ſine genitalibus officium ſuum non exercent, & tamen, qui ipſis caret, inter mutilatos ponitur. Atqui ratio hæc nihil facit, aliud enim eſt quærere, an teſtes mēbra ſint: aliud, an ſit irregularis, qui ipſis caret. Nam, & qui partem digiti ſibi volens abſcindit, irregularis eſt, vt dicitur in ca. qui partem. d. 75. & tamen pars digiti membrum non eſt, vt DD. communiter concludunt. Non igitur probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. l. non hoc. C. vnde legit. leg. neque natales. C. de probat. Poſtrema ratio, quamobrem quis irregularis fit, ſi ſibi teſtes abſcindat, non eſt ea, quòd teſtes membra ſint, ſed ſeueritas illa, quam in ſe exercuit, vt habetur in capit. ſi quis abſciderit in ſine, quæ ſeueritas, vbi notoria eſt, quem irregularem reddit ob notorium peccatum, vt de eo, qui ſibi partem digiti abſcindit, ut dixit Nauar. in Man. cap. 27. numero 198. verſic. Secundò dico, & nos infra ſuo loco. A communi opinione igitur non diſcedemus; iam, quæ partes corporis membra ſint, videamus: id quod in ſequenti prętabimus.

SVMMA.

1 *Oculi*
Aures
Nares
Lingua
Manus
Membrum genitale
Pedes corporis partes ſunt, & membra dicuntur.

§. IV.

1 §. †Octaua quæſtio eſt, quæ corporis partes membra ſint; hoc enim ſcire plurimi intereſt ob ſecundam ſpeciem irregularitatis, in quam quis incidit ob membri mutilationem. In hac igitur quæſtione breuiter concludo hæc eſſe corporis membra, quibus ablatis efficitur quis irregularis, ſcilicet oculos, aures, naſum, ſeu nares, linguam, manus, membrum virile, ſeu genitale, & pedes: quę quidem concluſio & ratione & auctoritate probatur. Ratione, quoniam hæ partes proprium munus ſingulæ per ſe habent; oculis enim ad videndum utimur; auribus ad audiendum; naribus ad odorandum; lingua ad loquendum, & guſtandum; pedibus ad ambulandum: At partes corporis, quę proprium officium habent, membra ſunt, vt in antecedenti quæſtione cōcluſimus, ergo partes iam dictæ membra ſunt. Auctoritate id etiam probatur; nam oculos eſſe membrum id inquiunt Bart. in l. 2. num. 13. ff. de publ. iud. & Bald. in auth. ſed nouo iure, numero 2. C. de ſeru. fugitiuis, & Abba. in capitul. cùm illorum. numero 8. de ſentent. excommun. & Couar. in Clem. vnic. in 3. part. in initio. numer. 8. de homicid. Pedes eſſe itidem membra citat. auctores in eiſdem locis inquiunt, ſicut etiam manus. Aures Bartol. in citat. le. 2. numero 13. & Couar. eodē. Nares, ac linguam Couar. ibid. Genitale Bald. in l. data opera. num. 79. C. qui accuſ. poſſ. inquit enim generalia eſſe membra, & Bertach. in ſuo reper. in ver. Membrum. 2. Id ſenſit quoque Nauar. in Man. ca. 27. num. 206. verſ. Secundò, ibi Quintò non eſt. De his igitur partibus, quod membra ſint, concludendum eſt. Quare, qui ſurdum quempiam reddiderit, ſenſoriū ei corrumpendo, irregularis fiet, ſicut, qui oculum eruit, ita Maiol. de Irregula. lib. 5. cap. 50. nu. 6. iam videamus quid iuris de nōnullis aliis partibus corporis, an membra ſint.

SVMMA.

1 *Capilli capitis an membra ſint, item*
Barba, ideſt capilli mento inhærentes, &
2 *Cartilago, quę aures ambit, &*
3 *Digiti, &*

4 *vngues,*

4 *Vngues, &*
5 *Dentes, &*
6 *Labia, &*
7 *Palpebræ oculorum, &*
8 *Mammę, &*
9 *Teſtes.*

§. V.

Nona quæſtio eſt, an hæc corporis membra ſint, ſcilicet capilli capitis, barba, ideſt capilli mento inhęrẽtes, cartilago, quę aures ambit, dentes, labia, digiti, vngues, palpebræ oculorum, mammæ, & teſtes. Quam quæſtionem vt diſſoluamus, ſingula propoſita ſeparatim contemplemur.

1 Quoad capillos capitis ergo, † & barbam, ideſt capillos mento inhærentes Bald. exiſtimauit barbam eſſe membrum, in l. reos. C. de accuſſat. Et hoc ob eam rationem, quoniam officium habet, vt corpus decoret. Hæc ratio nulla eſt; alioquin accidentia corporis, vt albedo, rubedo, & huiuſmodi, quibus corpus decoratur, corporis partes eſſent, quod non minus abſurdum, quàm ridiculum eſt, & ideo non dicendum. l. nam abſurdum. ff. de bon. libert. Ad do ſi barba ob decorem membrum corporis eſſet, & capillos capitis ob eandem rationem membra corporis fore, vnde, qui ipſos incideret, irregularis fieret, quod itidem ridiculum eſt; nemo enim eſt, qui aſſerat capillos capitis corporis membra eſſe. Quare contrariam opinionem, vt capilli capitis, & barba, corporis membrum non ſint, amplexati ſunt DD. communiter, Felin. in cap. cum illorum. numer. 12. verſic. Quid de barba. de ſentent. excomm. & Couar. in Clem. vn. de homicid. in 3. p. num. 8. verſic. Aliæ verò partes ſunt, quæ decorem, & Maiol. de irregular. lib. 5. cap. 50. nu. 3. & Bertach. in ſuo repert. in verb. Barba. Id quod ratione etiam probatur; nam membrum corporis præterquàm quòd proprium officium habet, eſt etiam pars integralis corporis, cuiuſmodi ſunt pedes, manus, naſus, & ſimilia: at barba, & capilli capitis nec proprium officiũ habent, quod per ipſa homo exerceat, nec integrales corporis partes ſunt, quandoquidem ſine illis corpus integrum eſt; alioquin iuuenes, qui adhuc barbam non habent, & omnino, qui ea, vel ſenes carent, diminuti dicẽdi eſſent, & integrum corpus non habere, quod itidem abſurdum eſt: ex quo igitur membri rationem non habent, ergo inter membra numerari non debent, ſed ſolùm ad decorãdum corpus data eſſe aſſerendum eſt, vt allegati auctores eiſdem in locis inquiunt. Accedit, quod ex corpore naſcuntur, ergo eius partes, ac membra eſſe nequeunt; non enim effectus eſt pars cauſæ. Hinc capilli corporis ſuperuacaneum quid in corpore eſſe dicuntur, vt ſenſit Catech. Roman. in tit. De ordine, vbi de prima tonſura agit, ibi, Quod capilli. Ab hac igitur ſententia non diſcedemus.

2 Quoad cartilaginem autem auris, † ideſt, quæ aurem ambit, an membrum corporis ſit, Couar. in citat. Clem. eod. num. 8. verſic. Primum, non eſſe corporis membrum aſſeruit, & hoc ob hanc rationem, quòd eius abſciſſione officium membri non impeditur, nam non minus auditur poſt abſciſſam eam cartilaginem; at id, cuius abſciſſione nec corpus mutilatur, & membri propriùm officium non impeditur in totum, membrum non dicitur, vt tradidit Bald. in le. ſerui fugitiui. C. de ſeru. fugit. in fine, & habetur in leg. item Offilius. ff. de ædilit. ædict. ergo cartilago illa, quæ vulgo dicitur auris, membrum non eſt. Contrariam opinionem nihilominus tenet Maiol. de Irregular. lib. 5. cap. 50. num. 6. verſicu. Ille etiam, & lib. 1. cap. 25. num. 5. nam ait eum, qui alicuius auriculam mutilauit, irregularem fieri: & hoc ob eam rationem, quia auris membrum eſt: ad hoc autem probandum allegat Gloſſ. in ca. ſingula. in verb. oculus d. 89. nam cùm in eo canone Gregor. dixiſſet officia eccleſ. omnia vni committenda non eſſe, ſed ſingula ſingulis, ſicut in vno corpore multa membra ſunt, & ſingula ſuum officium habent, alioquin ſi cõtrarium fieret, ſicut in corpore, ita & in hoc abſurditas eſſet; ſi enim totum corpus eſſet oculus, vbi auditus? Gloſſ. interpretans verbum illud Auditus inquit id eſt auris, ideſt officiũ, quod ei attribuitur. Hoc inquit Gloſſ. ibi: quæ dictũ Maiol. nullo modo probat; nam illa interpretatur dictionem illam Auditus, non pro cartilagine, de qua agimus, ſed pro ea parte, vnde auditus eſt, & ideo inquit Auditus, ideſt auris, id eſt officium, quod ei attribuitur, qui dicitur in Eccleſia auris. Si ergo aurem accipit ibi Gloſſ. pro officio audiendi, pro cartilagine illa accipi nullo modo poteſt; ſine illa enim auditus non impeditur. Non ergo pro ſua ſententia quicquam facit. Quare à priori opinione non diſcedemus. Qui ergo abſcindit alicui auriculã, irregularis non erit, ita Couar. in Clem. vnic. de homicid. in 3. p. in initio. num. 8. verſic. Primum non eſſe.

3 Quoad digitos itidem † an mẽbra ſint. Grauis quęſtio inter DD. eſt. Caiet. nu. 2. 2. q. 65. art. 1. inquit digitum membrum eſſe: & hoc ob eam rationem, quòd proprium officium habet, vt patet in exercitio muſico, quandoquidẽ digito pulſatur cithara, organum, & huiuſmodi muſica inſtrumenta, & in illis digiti magis, quam manus eas functiones exercent. Felin. etiam in c. cùm illorum. num. 10. verſi. Et not. limit. de ſent. excom. tenet policem eſſe membrum in nobili artifice, vt in pictore. Contrariam opinionem tamen ſequitur Bart. in l. publicorum. num. 13. de publ. iud. & in conſ. 201. incip. Quæritur nunquid, & Bald. in leg. data opera num. 76. C. qui accuſ. non poſſ. idem Bartol. & ibi DD. in l. non ſunt liberi. ff. de ſtat. homin. & Abba. in citat. cap. cùm illorum. nume. 8. & Couar. in cit. Clem. vn. de homicid. in 3. p.

in principio.num.8.verſi. Tertiò ab eadem radice, qui opinionem hanc communem ſentit. Probatur autem primò per l.item Offilius.ff. de ædilit.edi.nã ibi dr̃ ſi homini digitus abſciſus ſit,membrive quid laceratum, non videri ſanum eſſe. Ecce hic Iurecõſ. ponit digitum, vt quid diuerſum à membro; nam ait ſi digitus abſciſſus ſit, membrive quid laceratum, ergo membri nomine digitus non comprehenditur;tum quòd ſat fuiſſet dicere ſi membrum quid abſciſſum,vel laceratum ſit;tum quòd dictio illa ve inter diuerſa ponitur:ſtat enim pro Vel, ergo ſub membro digitus propriè non comprehenditur. Præterea manus ex vola, & ex digitis conſtat,hoc negari non poteſt, ergo digitus non eſt membrum, ſed pars membri; manum enim membrum eſſe probauimus ſupra. Poſtremò,ſi digiti eſſent membra, manus ipſa membrum non eſſet;nam membrum diximus eſſe illud,quod proprium, & diſtinctum officium habet; at manus ſine digitis nullum officium haberet; nõ enim comprehẽdere poſſet;non ſecare,ac denique nullam functionem earum,quæ manibus fiunt,exercere. Concludendum igitur eſt digitos membrum non eſſe, ſed partes membri adiuuantes manum, vel pedem,vt inquit Bertach.in ſuo repert. in verb. Membrum 2.Nec repugnat dictum Caieta.ac Felin.nam,quod digiti faciunt in cithara,& aliis muſicis inſtrumentis,& in pictura,& ſimili,id faciunt,vt partes membri, & non vt mẽbrum.Reicienda igitur eſt eorum ſententia. Qui ergo abſcindit alicui digitum, irregularis non fit,eſto irregularis factus ſit is, cui eſt abſciſſus, propterea quòd hoſtiam contrectare non poteſt.argum.c.2.de cler.ægrot.non enim vera eſt regula Maioli,quam poſuit in Tracta. De irregular.lib.1.cap.2.reg. 19. vt irregularis ſit quiſquis facto ſuo quem irregularẽ reddit,vt Couar.in Clem.vnic.de homicid.p.3.in initio.num.8.verſ.Quartò. vbi hanc rem tuetur contra quoſdam,ac rectè ob prædicta.Quare inquit ibi irregularem eum non eſſe, qui tres digitos ad conſecrationem neceſſariòs abſcindit,eſto irregularis ſit is,cui abſciſſi ſunt.

4 At quid†de vngulis digitorum, quæ extremas digiti partes contegunt, ornant, ac muniunt;ad hæc enim à natura datę ſunt,an membra ſint? Planè concludendum breuiter eſt membra non eſſe; ſi enim digiti membra non ſunt,multo minus vngulæ,quæ ipſorum partes non ſunt,ſed acceſſoria quædam,argum.auth. multo magis C.de ſacroſanct.eccl. Poſtremò facit.c.fin.de corp.vit.ibi enim, qui vngula policis caret,irregularis non eſſe dicitur, modo euchariſtiam frangere poſſit, ergo vngulæ mẽbra non ſunt,nam irregularis eſſet ipſis carẽs, eſto euchariſtiã frangere poſſit,atque ſic DD. concludunt,& Abb.in cit.cap.cùm illorum.nume.8.verſ.Ad propoſitum ergo,& Felin. ibid. verſi.Quærit Hoſt.

5 Quoad dentes autem†an membra ſint, variæ DD.etiam ſententiæ ſunt; quod enim mẽbra ſint,ſuadere videtur,quod proprium officium habere exiſtimantur,ſcilicet cibum ſcindendi,necnon mandendi:at pars corporis,quę proprium officium,ac diſtinctum habet ab aliis,membrum eſt,vt ſupra probauimus, ergo dentes membra ſunt. Atqui cõtrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet dentes membra non eſſe;nam primò id dixit Bart.in l. publicorum.num.13.in fin.ff.de publ. iud. idem ſenſit Innocen.in c.ſignificauit.de corp.vit.& Couar.in cit.Clem.un.in 3.p.in initio.num.8.ibi, Apparet in humano corpore.Pręterea id probatur ratione; nam,qui partem corporis non habet,morboſus dicitur,vt habetur in l.mutũ, ff.de ædilit.ædict.at, qui dentibus caret, morboſus non eſt,vt dicitur,in l.cui dens.ff.eodem ergo dentes membra non ſunt. Accedit,quòd magna pars hominum aliquo dente caret, & præſertim ſenes,& omnes ſine dentibus naſcimur,& tamen nemo hos irregulares dicet,ergo dentes membra non ſunt. Nec repugnat contraria ratio;nam mandere non eſt propriũ dentium,ſed maxillæ: id quod vt facilius fiat, pro inſtrumentis dati ſunt ei dentes, ſicut manibus digiti:id quod hinc etiam patet, quoniã & ſine dentibus maxillæ cibum mandunt. Nõ igitur dentium officium proprium eſt mandere,ſed maxillis mandentibus opem ferre.

6 Labia itidem†membra non ſunt; nam officium proprium non habent, ſed ori,ac dentibus inſeruiunt,quaſi ianua quędam,quamobrem decori ſunt, opemque ferunt ori, vt quæ accipit,facilius contineat, atque ſic dixit Maiol.de irregular.lib.1.cap.23.

7 Palpebrę itidem † in membrorum numero non habentur, quandoquidem nec ipſę per ſe diſtinctum officium habent, ſed à natura datæ ad claudendas pupillas, ne quid in ipſas incideret,ad eaſdemque aperiendas. Nec repugnat,ſi dicatur,qui labiis caret, irregularis eſt,& qui palpebris fortaſſe: nam ob eam rem irregularis eſt in priori caſu ob periculum, ne Chriſti Domini ſanguinem ſumptus elabatur,extra ve os fluat.Item ob horrorem, quem videntibus daret, ſicut etiam in poſteriori caſu.

8 At quid de mammis? †Bald.in l.data opera.num.75.C.qui accuſ.non poſſ.quem ſequitur Felin.in c.cùm illorum.num.12.verſ.Item mammilla.de ſent.excommu. inquit mulieris mammam membrum eſſe,ſed non uiri,& hoc ob eam rationem, quod mulierum mammæ proprium officium habẽt,quo hominis mammæ carent. Couar.tamen contrarium opinatur,ſcilicet mamillam fœminæ membrum nõ eſſe propriè,ſed large,& idcirco, qui mamillã fœminæ abſcindit, irregularem non fieri in Clem.de homicid.in 3.p.in initio num.8.verſ. Secundò dubium ex his. Mihi tamen opinio Bald.placet:nam ſicut virile membrum, ſeu genitale membrum propriè eſt,quo generatio

fit, ita

ſit, ita & mammæ mulierum, per quas generatum alitur. Non diſcederem ergo à ſententia Bald.

9 Teſticuli demum † an membra ſunt? Videbatur dicendum membra eſſe; quãdoquidem officium proprium, & diſtinctum habent, atq. ſic ſenſit Bald. eod. num. 75. Contrariam opinionem tamen veriorem cenſeo, vt membrum non ſint, quoniam per ſe non operantur, ſed ad adiuuandum membrum genitale creati ſunt, ſicut digiti, vt manus operarentur, & dentes, vt maxillæ facilius manderent, alioquin quęuis partes corporis membra eſſent. Nec repugnat, ſi dicatur, qui eos ſibi euulſerit, irregularem eſſe, vt in c. ſi quis abſciderit. cum ſequ. d. 55. nam illud fit, non quia membrum ſibi abſciderit, ſed ob id, quod ſui homicida eſſe videtur, & Dei conditioni inimicus, vt dicitur in citat. c. ſi quis abſciderit: ob notorietatem peccati potius igitur, vt ita dicam, quam ob aliud irregularis hic eſt, vt ſenſit in ſimili Innocen. in c. ſignificauit de corp. vit. in eo, qui ſibi digitũ abſcidit, & vt infra ſuo loco probauimus. Sed de hac quæſtione ſatis; iam ad decimam veniamus.

S V M M A.

1 *Debilitans membrum an ſit irregularis, ſi illud non abſciderit.*

2 *Vulnerans aliquem, irregularis non fit, modò membrum non abſcindat, aut occidat.*

3 *Sanguinem effundens, niſi mutilatio interueniat, irregularis non fit.*

§. VI.

1 §. † Decima quæſtio eſt, an, qui membrum cuipiam non mutilat, ſed tantùm debilitat, adeo vt inutile ſit, irregularis fiat, ſi membrum non abſcidit. In hac quæſtione varię DD. ſententiæ ſunt. Abb. in ca. cùm illorũ, num. 8. de ſentent. excomm. irregularem hunc fieri ſentit: nam inquit mutilare propriè eſſe, vbi impeditur officium membri, exempli gratia, percuſſus in tibia non valet ambulare, & libere pedem mouere: truncare verò eſſe, vbi mẽbrum omnino abſciditur, & ſubiungit in vtroque caſu irregularitatẽ induci, & hoc per Cle. vnic. de homicid. & ſic idem accipit mutilare, pro debilitare; qui enim membrum debilitat, hic impedit membrum illud, ne ſuum officiũ liberè obeat; & quoniam qui mutilat, irregularis fit, ergo & qui debilitat, cùm idem ſit debilitare, quod mutilare. Hæc ratio mihi non ſatisfacit; non enim probatur ea Clem. vnic. mutilare eſſe, vbi membrum debilitatur; truncare verò, vbi membrum abſcinditur; ſolùm enim mentio fit mutilationis, & occiſionis, & mutilationis nomine DD. omnes interpretantur, vbi membrum abſcinditur. Præterea à verborum proprietate diſcedendum non eſt, vbi de mente diſponendis aliter non conſtat. l. non aliter. ff. de leg. 3. at mutilare, & mutilum reddere, ſignificat minutum eſſe, & vbi omnino membro caret, quod diminutum eſt, vt latinæ linguæ magiſtri docent. Debilem autem reddere eſt, vbi diminutio non fit, vt ijdem docent, ergo ratio Abba. reſpuenda eſt, quæ à verborum proprietate recedit, & vult idem eſſe, quem debilẽ reddere, & mutilare, quæ diuerſa ſunt, vt ſenſit Felin. in c. cùm illorum. nume. 14. qui dixit mutilationem, & truncationem idem eſſe, ergo ſicut truncatio ſignificat membri abſciſſionem, idem & mutilatio, ergo non eſt idem, qđ membri mutilatio; idem ſequitur Couar. in Clem. vnic. in 3. p. in initio. numer. 9. de homi. Secundò pro hac ſententia ratio hæc redditur, ſi quis membrum abſcidiſſet, ſine dubitatione irregularis eſſet, per citat. Clem. vnic. cum ſimil. ergo idem dicendum eſt, vbi debilitauit, & inutile membrum reddidit; paria enim videntur non eſſe, & eſſe inutile. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. l. 1. §. quibus. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. hinc dicitur paria eſſe vxori non habere maritum, & habere, ſed inutilem. l. fin. & ibi Gloſſ. C. ad leg. Flau. de plag. & Eccleſiam non habere prælatum, & habere inutilem. ca. inter corporalia de tranſlat. & ita Abba. inquit in cap. 1. num. 9. & Add. ad eum qui cler. vel vouen. Hæc ratio etiam non probat, id quod hinc patet, quòd data inſtantia corruit argumentum. §. pauonum in Inſtit. de rer. diuiſ. inſtantia autem hęc eſt, quod habenti maritum non licet alium maritum ducere, quod ei liceret, ſi maritum non haberet; & Eccleſiæ pręlatus alius non datur viuente inutili, ſed coadiutor, qui tamen daretur, ſi eum non haberet. §. affinitatis. in Inſtit. de nupt. iunct. c. pen. & vlt. de ſecund. nupt. & tot. tit. de cler. ægrot. vel debilit. ergo paria non ſunt non habere, & habere, ſed inutile, præſertim hic, vbi membrum ad decorem ſaltem vtile erit.

Quare contrariam opinionem, vt irregularis hic non fiat, qui cuipiam membrum debile reddidit, adeo vt inutile ſit, ſequitur Abb. ſibi contrarius in cap. 1. num. 9. qui cler. vel vou. & Gaſp. idem ſentientem ibi refert. In hac eadẽ ſententia eſt Stephanus Auffrerius in foro exteriori in Addit. ad Capel. Toloſan. deciſ. 207. hanc opinionem amplectitur quoque Nauar. in Man. cap. 27. num. 206. verſi. Tertiò principaliter, & Mar. Soci. Sen. in c. ad audientiam. num. 204. de homic. & Couar. qui & communiter receptam eam eſſe teſtatur, in cita. Clem. vnic. in 3. p. in initio. nume. 9. Probatur autem primò per cap. ſicut vrgeri. 1. q. 1. nam ibi San. Auguſtin. ait manum aridam eſſe verum mẽbrum, quamuis ſine ſanguine, & inefficax, & mortuum. Si ergo debilitatum membrum adhuc verum membrum eſt, ergo, qui debile illud reddidit, irregularis non erit, ex quo membrum non mutilauit. Pręterea, quoniam membrum hoc inutile non omnino eſt; valet enim ſaltem ad decorem, vt allegati DD. inquiunt.

Poſtremò

Poſtremò ſumus in pœnis,ergo benignior interprętatio facienda eſt,vt ſcilicet hic irregularis non ſit. c.in pœnis de regul.iur.lib.6.& l.in terpratationes. ff.de pœn.

Tertia fuit opinio Angel. in verb. Homicidium 5.numer.5. qui diſtinguebat hac ratione. Aut membrum eſt omnino debile redditū, adeo vt nihil eo quis poteſt facere;& in hoc caſu eum,qui illud debile reddidit, irregularem fore ſenſit. Aut non omnino inutile redditum eſt,& tunc contrarium exiſtimauit. Hæc opinio reſpuenda eſt, quandoquidem nullo iure, nullaque ratione probatur, & neminem irregularem dicere poſſumus, vbi iure id expreſſum non habemus,cap. is qui. de ſentent. excomm.lib.6.

Quid igitur concludendum? Ego communem ſententiam,vt irregularis hic non ſit, qui membrum cuipiam debile reddidit, etiam ſi omnino inutile ſit,ſequor. Primùm ob rationes pro hac ſententia proximè allatas. Deinde ob hanc,quoniam,vbi pro facto aliquo à lege pœna inuritur ipſo iure, vt in eam quis incidat,non conatus ſat eſt,ſed requiritur,vt delictum conſummatum omnino ſit,vt DD. communiter concludunt, quos retuli in Tractatu de Cenſuris Tabu.1.capit.9.§.13. vbi abundè hac de re egi:at irregularitas ipſo iure pro homicidio,& membri mutilatione, ideſt abſciſſione fertur,vt ſupra declarauimus,& habetur in Clem.vnic.de homicid.& in cap.1.de cler. pugn.in duel.cum ſimil.ergo, quamuis membrum debile reddatur,& omnino inutile,irregularis tamen debilitans non erit,ſi omnino illud non abſciderit. Tertiò facit,quoniam in pœnis ſumus, at in pœnis non procedimus de ſimilibus ad ſimilia,nec pœna poſita in vno caſu trahitur ad alium ſimilem,vt tradidit Gloſ. communiter recept.in Clem.vnic.de conſan. & affinit. ergo eſto quis efficiatur irregularis ob homicidium,membrique abſciſſionem,tamen non efficietur pro membri debilitatione, etenim eſſet argumentari a maiori ad minus affirmatiuè,contra communes regulas.Poſtremò:nemo irregularis dicendus eſt, vbi in iure id non exprimitur,vt proximè diximus per citat.c.is qui;at,vt irregularis quis fiat per quācumque membri debilitationem, expreſſum iure non habemus,ergo nec nos id dicere poſſumus,argu.l.de pretio.ff.de publi. in rem act.Concludo igitur cum communi,hunc irregularem non eſſe, etiam ſi membrum inutile omnino redditum ſit. Et de quæſtione hac ſatis.

2 At quid† ſi quis vulneret aliquem,ſanguinemve effundat,ſine tamen homicidio,& mutilatione,an irregularis hic erit? Breuiter concludendum eſt hunc irregularem non fieri; nā ſic inquit Abba.in citat.c.1.nume.9.qui cler.
3 vel vouen.† ibi enim ait irregularitatem non cauſari ex ſola effuſione ſanguinis, ſed oportere, vt interueniat mors, ſeu mutilatio, per Clem.vnic.de homicid.& c.in Archiepiſcopatu de rapt.Idem aſſeruit in c.clericis,ne cleric. vel monac.nume.3.& in c.ſententiam.numer. 2.eod.& Zab.in cit.Clem.quæſt.31. qui & Lapum idem ſentientem refert,idem inquit Soc. in c.ad audientiam.num.188.de homi.Probatur autem rationibus proximè allatis,quas iterum referre neceſſe non eſt,& facit ca. pen.de homicid.

Nec repugnat c.ſententiam ne cler.vel monac.vbi qui ſententiam ſanguinis protulit, irregularem fieri videtur:nam canon ille intelligitur à DD.vbi per eam ſentētiam aut mors, aut mutilatio interuenit: idque meritò, non enim per conatum tantùm irregularis fit, vt ſuo loco probabimus. Non repugnat etiam c. cùm illorum.de ſentent.excommu. vbi paria fiunt membri mutilatio, & ſanguinis effuſio; nam ęquatio illa fit ad declarādum exceſſum enormem in percutiendo, non autem ad irregularitatem inducendam,atque ſic Zab. ibid. reſpondit. Ab hac igitur ſententia non diſcedemus:iam quæſtionem vndecimo loco propoſitam aggrediamur.

S V M M A.

1 *Digitum abſcindens cuipiam,cuius abſciſſione irregularis ſit,cui abſcinditur,an irregularis efficiatur.*

2 *Irregularis an ſiat,qui irregularem alium reddit.*

§. VII.

1 §. †Vndecima quæſtio eſt, an qui digitum cuipiam abſcidit,vt pote vel pollicem,vel indicem,quo caſu is irregularis ſit,cui digiti iam dicti abſciſſi ſunt, an inquam abſcindens,& irregularis ipſe fiat; & generatim an qui quempiam irregularem reddit, irregularis & ipſe reddatur. Quoad digitorum abſciſſionem Syl.in verb.Homicidium.3.q.3.art.4. ſenſit hunc irregularem eſſe: hanc opinionem ſequitur Bonifac.& Annan.vt refert Couar.in Clem.vn.in 3.p.in initio.num.8.verſ. Tertiò cum ſequen.& Caietan.2.2.q.65.art. 1. & ob hanc rationem id ſenſit Caietan.quoniam exiſtimauit ibi digitum eſſe membrum,cuius cōtrarium communiter receptum eſſe antea probauimus:immò facilius abſcindentem irregularem fieri inquit,quàm eū,cui digitus abſcinditur, modò digitus abſciſſus celebrationem non impediat,deformitatemve non afferat;nā in hoc caſu abſcindens irregularis erit,non autem is,cui digitus abſciſſus eſt.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus,ſcilicet qui abſcidit cuipiam digitum, irregularem non fieri,eſto irregularis factus ſit
2 is,cui digitus eſt abſciſſus: † immò generatim concludendum eſt, qui irregularem quempiā reddit,irregularem ipſum non fieri,modò per membri mutilationem irregularem eum non reddat. Nam id aſſeruit Couar.in cit. Clem, vnic.

vnic.numer.8.verſic.Tertiò cum ſequent. & Nauar.in Man.cap.27.nume.206.& in conſi. 2.de homicid. Deinde probatur hac ratione, quoniam iure cautum eſt in hac irregularitatis ſpecie,vt quis irregularis fiat, vbi aut mors interuenit,aut membri mutilatio, vt habetur in cap.1.de cler.pugn.in duel. & in cit. Clem. vnic.& vt antea probauimus,ergo aliàs ſecus, argum.l.cum prætor.ff.de iud.c.nonne.de præſump.Præterea irregularis quis non efficitur, niſi ubi iure id expreſſum eſt.cap.is qui.de ſententexcomm.libr.6. ergo in hoc caſu irregularis quis non eſt,quippe quia id iure expreſſum non habemus. Poſtremò,qui filium extra matrimonium generat, irregularem generatũ reddit.cap.1.de fil.pręsbyt. Item iudex, qui furti quem iudicat,irregularem furem reddit, vt qui infamiam ipſi inurat,vt infra ſuo loco videbimus,& Nauar.ibid.aſſeruit,& tamen nec generans,nec iudex irregulares ipſi fiunt,ergo qui irregularem facit, duobus exceptis caſibus iam dictis,irregularis non efficitur. Quare,qui faciem cuipiam deturpauit, & ſic membrum non abſcidit,irregularis hic nõ erit, quãuis deturpatus ob deformitatem, irregularis ipſe fiat.ita Nauar.in eod.conſil. Ab hac igitur ſententia non diſcedemus, quæ ſolidioribus rationibus nititur,contraria verò nulla ratione fulcitur.

De Irregularitate,quæ oritur ex homicidio voluntario,mutilationeque huiuſmodi auctoritate publica factis in iudicio reſpectu habito ad iudicem. Cap. V.

SVMMA.

1 *Irregularitas naſcitur ex homicidio, & membri mutilatione.*

2 *Homicidium multiplex eſt; necnon mutilatio.*

3 *Iudex,qui tulit ſententiam,vt quis occidatur,mutiletur ve,irregularis fit, vbi mors, mutilatio ve ea ſententia,conſequitur.*

GENERALIA præmiſſimus,quæ ad irregularitatem hanc explicandam pertinerent; iam ad ſpecialia
1 magis deſcendamus. † Et quoniam irregularitas hæc naſcitur ex homici-
2 dio,& mutilatione,vt probauimus.†Et homicidium,& mutilatio aut ſunt voluntaria, aut non voluntaria. Et voluntaria aut fiunt publica auctoritate in iudicijs,& in bello iuſto; aut priuata auctoritate, & iniuſtè extra prædictos caſus, quo caſu dicitur propriè voluntarium homicidium. Non voluntaria, aut neceſſariò,aut non neceſſariò. Non neceſſariò aut culpa,aut ſine culpa. Et culpa,aut faciendo quod quis non debet,aut omittendo,quod debet. Sine culpa, vbi fortuito caſu omnino fiunt. Ideo vt ordinatim rem agamus,priùs de irregularitate,quæ oritur ex homicidio, mutilationeque voluntarijs in iudicio factis, deinceps de reliquis agamus.

Verùm,quòd in iudicijs hæ perſonæ interueniunt Iudex,Accuſator,ſeu fiſcalis, Tabellio,Aduocatus, Procurator, Solicitator,vt ita dicã,publici Satelites,ideſt Sbirri, Indicantes, ſeu denunciantes reum,Teſtes,carcerum Cuſtodes,Carnifex,ſeu Litor, Præſtantes inſtrumenta ad homicidium,mutilationemve faciẽdam,opem Ferentes aut verbis,aut conſilio ad homicidium,mutilationemque faciẽdam,Accelerantes prædicta,& huiuſmodi, Non adiuuantes;ideo de his omnibus agamus, & priùs de Iudice,de quo hęc contemplabimur. Primùm, an irregularis fiat, ſi ſententiam ferat, vt quis mutiletur,occidaturve. Secundò, quid ſi ſententiam tantùm ſcribat,alius verò proferat. Tertiò,quid ſi eam tãtùm dictet. Quartò, quid ſi præſentiam pręſtet, vbi mors, mutilatiove fit. Quintò, quid ſi aliquid prædictorum præſtet, ſed tamen neque mors, neque mutilatio interuenit. Sextò,an electus iudex cauſarũ criminalium irregularis fiat per ipſam electionem. Septimò,an iudex irregularis fiat, q. reo victum adeo diminuit,vt moriatur. Octauò, quid ſi in carcere adeo teterrimo, conſtrictove reum iudex incluſum tenet, vnde moriatur. Nonò,an iudex irregularis fiat, qui ad triremes quempiam damnauit,ſi ob id quod malè tractatur,citò moriatur. Decimò,qua ratione iudices, & Principes eccleſiaſtici qui iuriſdictionem temporalem habent, irregularitatem euadant, ſi quem ſuorum morte afficere habẽt. Poſtremò,an iudex ſæpius irregularis fiet, condemnando quem ad mortem, ex quo plures actus in ea cauſa facit. Hæ igitur quæſtiones ſunt nobis explicandæ,& priùs primam.

3 Prima quæſtio igitur hæc eſt,†an iudex,qui ſententiam tulit,vt quis mutiletur,occidaturve,irregularis fiat ſecuto homicidio,aut mutilatione. Et videbatur dicendum irregularem ipſum non fieri;tum quod iudex ad id cogitur. argum.l.3.§.illicitas.ff.de off.præſid. & leg.ita vulneratus.ff.ad leg.aquil.& l.1.ff.de iuſtit. & iur.tum quòd ſi iudices coercendi poteſtatem non haberent,inutilis eorum iuriſdictio redderetur.l.fin.ff.de off.eius,& facit.ca.1.de homicid.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus,ſcilicet iudicem hunc irregularem fieri. Id quod probatur & iuribus,& auctoritate. Iuribus in cap.fin.ne cler.vel monach.lib.6.& in cap.clericis eod.in antiq.& in ca.his,à quibus 23.q.8.& in c.ſi quis viduam.d.50.nam in ca. fin.clerici,qui iuriſdictionem temporalem habent,cauſas ſanguinis delegare poſſunt, & delegando

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

legando irregulares non fiunt, ergo ſecus ſi ip ſi eas exercent; valet enim argumentum à con trario ſenſu.l.1.& ibi DD.ff. de off.eius; etenim & remedium illud ibi clericis datum eſt, qui iuriſdictionem temporalem habent, vt eã iuriſdictionem delegent, quò irregularitatem effugiant. Item in c.clericis, prohibetur clericis, ne iudicent truncationes membrorum faciendas: id quod non aliunde fit, niſi vt irregularitatem euadant, & ita Gloſſ. ibi ſubiungit in verb. Iudicent. Idem habetur in cap. ſententiam eod. Item in c.his, à quibus, Concilium Toletanum vetuit, ne iudicium ſanguinis clerici agitent, & ne ſententia propria iudicare præſumant morte quem plectendum, alioquin ordinis honore priuantur, vt ibi habetur, ergo irregulares fiunt iudices ſanguinis ſententiam ferentes, ex quo ordinis honore priuantur, qđ irregularitatis proprium eſt; ordinis enim honor eſt poſſe exercere eius functiones. Demũ in cap. ſi quis viduam. dicitur, ſi quis conſcius fuerit alicuius homicidii perpetrati ſuo præcepto, ideſt ſententia, dicitur inquam ibi, ut à clero deiiciatur; reddit ibi rationem Gloſſ. hoc fieri non propter peccatum, ſed ob irregularitatem, quæ cõtrahitur, & de iudice ibi agitur, vt ead. Gloſſ. interpretatur. Idem habetur in cap.1.& ibi Glo.not.in verb. Ad ſacerdotium d.51. His igitur iuribus, vt alia præteream, cõcluſio hæc probatur. Probatur etiam auctoritatibus; nam præter Gloſſ. proximè allegatas, id inquiunt Mar.Socin.Sen.in cap.ad audientiam.numer.139.verſi.Vtrum de homicid. & Coua.in Clem.eod.de homicid.p.2.§.5.num. 1.& Nico.Plou.in Tractatu de Irregularitate. verſi.Quinta regula, & Ioann.Tabien.in verb. Irregularitas.1.num.5.verſic.Iudex autem, & Alphonſ.Aluarez.in Theſauro Chriſtianæ religionis.cap.38.verſi.Quinta regula, & Naua. in conſi.44.de homicid.lib.1.& in conſi.9.numer.4.de pœniten.& remiſ.eod.lib. & Maiol. de irregularitate. cap.6.num.2.communis deníque DD. ſententia hæc eſt, à qua nemo diſcrepat.

Non repugnant modò contraria allegata, eſto enim iudex ſontes punire debeat, & iuriſdictionem nullam ferè eſſe, vbi coercitio non adeſt, tamen quoad irregularitatem hoc nihil intereſt; nam contrahitur hæc ſine peccato, vt dixit Gloſſ.in citat.cap. ſi quis viduam.d.50. imo vbi quis meretur, vt ſenſit Gloſſ. in citat. cap.ſententiam, & apertius Couar.eod.numero 1. Et hoc ob eam rationem, quòd Chriſti Domini lenitatem præſeferre nequeunt, cuius perſonam clerici in diuinis officijs agunt, vt ſupra ſuo loco probauimus. Irregulares igitur iudices fiunt, ſi ſua ſententia quis occidatur, aut mutiletur, tam quoad ordines ſuſcipiendos, quam ſuſceptos exercendos, vt ſenſit Coua.in Clem. vn.p.2.§.4.in fine, de hom. Immò ſi clerici ſunt, grauiter, ac mortiferè peccant, vt qui contra prædicta iura veniant: ſi verò laici irregulares ſolùm fiunt, modò aliàs iuſtè iudicent. Sed de quæſtione hac ſatis, ad aliam veniamus.

SVMMA.

1 *Iudex irregularis fit, ſi ſententiam ſanguinis ſcribat, quamuis ipſe eam non proferat.*

2 *Iudex ſententiam ſanguinis dictans, vel tanquam iudex, vel tanquam alia perſona, irregularis fit.*

§. I.

1 SEcunda quæſtio eſt, an irregularis iudex fiat, ſi ſententiam ipſe ſcribat, alius autem eam pronunciat (hoc enim contingere poteſt, vt habetur in cap.fin. iunct. Gloſſ. Proferri, & ibi DD.de re iud.libr. 6.) In qua quæſtione breuiter concludo hunc irregularẽ fieri. Id quod probatur primò per cap.ſentẽtiam verſ. Nec quiſquam clericus, ne cler. vel monac. ibi enim prohibetur, ne clerici ſententias huiuſmodi ſcribant; & hoc ob periculum irregularitatis, ergo ſcribens ſententiam irregularis fit; ob nullam enim rationem aliam clericis id prohibetur. Præterea, qui ſententiam hanc ſcribit, opem fert ad homicidium, vel mutilationem; at tales ſunt irregulares capi. ſicut dignum.§.fin.de homicid.& vt dixit Abba.in cit.cap.ſententiam.numer.2.& vt infra de publico ſcriba videbimus; ergo iudex ſententias ſcribens irregularis efficitur, eſto ſententiam deinceps non pronunciet. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

2 Tertia q̃ſtio eſt, an iudex irregularis fiat, ſi ſententiam ſanguinis tantùm dictet. In qua quæſtione, quòd diſputatione non eget, breuiter concludimus irregularem hunc fieri. Nam primò id ſenſit Innocen.in cap.ſententiam. in principio, & ſequitur Abba. ibi. numero 2.& Nicol.Plou.in Tractatu de irregularitate verſ. Quinta regula, & hoc locum habere inquit Ioan.Andr. vel ſententiam dictet vt iudex, vel vt aſſeſſor, vel iuriſperitus, vel aliter qualitercunque: id quod & dixit Innocen. ibid. Præterea id probatur ratione; nam, qui ſententiam dictat, ſine dubitatione opẽ fert, & auxilium, & conſilium, vt ſenſit Innocen. eod. in loco; at, qui auxilium, conſiliumque tribuit in cauſa ſanguinis irregularis fit, vt probabimus, ergo & hic irregularis fiet. Poſtremò id habetur in citat.cap.ſententiam; ibi enim prohibetur, ne clerici ſententias ſanguinis dictent; & hoc ob nullam aliam rationem, quàm quòd irregulares fiunt, ergo & in aliis idem contingit; non enim ratio alia contrarium ſuadet in laicis. Nec repugnat, ſi dicatur, ex quo clericis id prohibitum eſt, ergo ſecus de laicis.l.cùm prætor. ff.de iud.nam, quoad irregularitatem pares ſunt clerici, & laici, eſto quoad peccatum ſecus; nam clerici etiam peccant præter irregularitatem, laici verò tantùm fiunt irregulares. Concludimus ergo iudicem ſententiam ſanguinis

guinis dictantem irregularem fieri, & ſi clericus ſit, etiam peccare. Et de quæſtione hac ſatis, ad quartam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Iudex irregularis fit, qui intereſt, dum aliquis interficitur, aut mutilatur, ac demum, vbi ſententia ſanguinis exercetur: quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Milites commitantes eum, qui ducitur ad mortem, ne eius mors impediatur, ſunt irregulares.*

3 *Præſentia, quæ reddat quem irregularem, vbi quis præſens adeſt mutilationi, vel homicidio.*

4 *Homicidium, quod à iudice committitur, eſt voluntarium.*

§. II.

1 §. †Quarta quæſtio eſt, an irregularis fiat iudex, Princeps ve, qui iuriſdictionẽ habet, ſi interſit, dum vindicta ſanguinis exercetur. In qua quæſtione videbatur dicendum irregularem iudicem non fieri. Primò, quia abſurdum videtur irregularem hunc fieri, qui nullum fauorem præſtat ſua præſentia. Poſtremò iniquum etiam id in iudice, qui in occulto loco lateret, quamuis ipſe vindictam ſanguinis fieri videret, vel aliud agendo.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet iudicem, qui præſens adeſt, dũ ſanguinis vindicta exercetur, irregularem fieri, vbi ſua præſentia aliquo modo auctoritatem præſtat, vel auxilium. Ita enim inquiunt DD. communiter. Innocẽ. in c. ſententiam in verb. Interſit. ne cler. vel monac. nam ibi inquit intereſſe, vbi ſanguinis vindicta exercetur, non facere irregularem, niſi interſit aut auctoritatẽ præſtans, vel auxilium; ergo vbi autoritatem, auxiliumve præſtat, irregularis efficitur. Idem Abba. ibi. num. 6. vbi & Hoſt. & Specul. idem ſentientes refert, & Nicol. Plou. in Tractatu de Irregularitate verſ. Sexta regula, & Alphonſ. Aluarez. in Theſauro Chriſtianæ relig. ca. 38. verſ. Quinta regula, & Ioan. Tabien. in verb. Irregularitas. 1. & 6. ibi Autorizatione, & Maio. de irregularitate. li. 2. cap. 6. num. 2. Probatur autem per c. ex literis. de exceſſ. præla. ibi enim Romanus Pont. indignum altaris miniſterio reputauit Epiſcopum quendam, qui præſtitit autoritatem, & etiam præſentiam corporalẽ, vt quidam fur laqueo ſuſpenderetur, cùm ibi iuriſdictionem temporalem haberet. Si ergo ob autoritatem, quàm præſtitit ſua præſentia, indignus altaris miniſterio factus eſt, ergo & irregularis; irregularitas enim eſt, quæ indignum altaris miniſterio facit, vt ſæpe diximus, atque ſic dixit Abba. ibi. numer. 2. Iudex ergo præſentiam præſtans autoritatis rationem habentem, vbi vindicta ſanguinis exercetur, irregularis fit. Probatur id etiam ratione, quoniã & Epiſcopus excommunicatus permittens coram ſe diuina facere, irregularis fit, vt not. Abba. in cap. illud. num. 8. & DD. ſequuntur de cler. excomm. min. Poſtremò ſua præſentia opem, & auxilium fert; eo enim præſente nemo audet reum à morte eripere, vindictamq; ſanguinis impedire, ex quo eius imperium veretur; ergo ob hoc auxilium, & fauorem irregularis efficitur. c. ſicut dignum. §. fin. de homic.
2 †Hinc & milites, & publica familia, ideſt Sbirri, qui commitãtur eum, qui ducit quempiam ad mortem, irregulares fiũt, quoniam præſtãt tacitò auxilium, ne reus fugiat, auferaturve, & ne ſanguinis vindicta impediatur. Principes ergo, qui iuriſdictionem habent, vel laici, vel eccleſiaſtici, dum per ſuos miniſtros ſanguinis vindicta exercetur, palam præſentiam ſuam ne præſtent, & interſint; quandoquidem irregulares ob prædicta fiunt.

Excipitur tamen, vbi iudex intereſſet alicubi, vnde à nemine videretur, ibique eſſe ſciretur, & ad ſummã, vbi auctoritas illa ceſſat, quã diximus; tunc enim irregularis non fiet, quandoquidem ſua præſentia nullum auxilium, fauoremve præſtat, quibus caſibus irregularitas incuritur, vt diximus, & ita ſentiunt DD. ſupra allegati, & Innocen. in eo. c. ſententiã. in uerb. Interſit; nam inquit ibi irregularem quem nõ fieri, niſi interſit vt autoritatem præſtans, uel auxilium, quæ duo in caſu noſtro non præſtantur.

Poſtremò excipitur, ubi iudex unius territorij intereſſet uindictæ ſanguinis, quæ exercetur in alterius territorio, & extra ſuam iuriſdictionem; nam, quòd tũc eius præſentia nullum auxilium affert, nec autoritatem, quippe, quia ut priuata perſona ibi intereſt. arg. le. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. & c. fin. de conſtit. lib. 6. ob eã rem irregularis hic non fit, ceſſante enim cauſa ceſſat effectus. c. cùm ceſſante de appell. atque ſic dixit Abba. in cap. ex literis. num. 2. de exceſſ. prælat. & Maiol. eod. cap. 6. num. 12. uerſic. Non tamen per hoc; & ex his contraria oppoſita ſublata ſunt. Et de quæſtione hac ſatis.
3 †Ex qua apparet eam præſentiam irregularem quem reddere, quæ autoritatem, auxilium, fauoremque præſtat ad homicidium; mutilationemve.

At quid de alijs, qui interſunt, dũ pœna ſanguinis infertur, ſed nullam tamen autoritatẽ, nullumque fauorem præſtant, an irregulares fiunt? Hanc quæſtionem in ſequent. abſoluemus.
4 †ſi illud addiderimus homicidiũ à iudice cõmiſſum eſſe uoluntarium, ut tradidit Abba. in c. dilectus de hom. & Coua. ſequitur eum in clem. un. p. 2. §. 4. in fin. de hom. contra Glo. in cit. c. dilectus. & communiter hoc receptum teſtatur.

S V M M A.

1 *Laici, qui interſunt, vbi vindicta ſanguinis exercẽtur, irregulares non fiunt, vbi eorum præſentia fauorem nullum præſtant.*

a Clerici,

2 *Clerici, qui interſunt, vbi vindicta ſanguinis exercetur, an irregulares fiãt, vbi nullum fauorem præſtant.*

3 *Clerici an peccent, ſi interſint, vbi ſententia ſanguinis exercetur.*

4 *Clerici, qui interſunt, vbi vindicta ſanguinis exercetur, quo hortentur reum, vt forti animo mortẽ ſuſtineat, & vt in fide contineat, merentur.*

5 *Clerici, qui ſcandalum tribuũt, ſi interſint, dum pęna ſanguinis exercetur, vel ea re ſine iuſta cauſa oblectantur, peccant.*

§. III.

§ Quæſtio hæc explicanda nobis proximè propoſita eſt, an, qui intereſt, dum pœna ſanguinis infertur, irregularis fiat, vbi eius pręſentia nullus fauor, nullumve auxiliũ, præſtatur.

Hæc quæſtio quoad laicos dubitationẽ non
1 habet; † pro certo enim habendum eſt irregulares ipſos non fieri; tum quod id iure cautum non eſt, ergo irregulares dici non debent, ob vulgat. cap. is qui. de ſentent. excommu. lib. 6. tum quòd intereſt ipſos adeſſe, quò à delictis ſe abſtineant, alterius pœna edocti. iuxta l. aut facta. §. fin. ff. de pœn. cum ſimil. citat. ibi à Gl.

2 Quoad clericos autem † videbatur dicendũ ipſos irregulares fieri. Primò ob cap. ex literis de exceſſ. prælat. nam ibi indignum altari iudicauit Romanus Pont. quendam Epiſcopum, qui præſentiam exhibuit corporalem, vbi quidam laqueo ſuſpenſus fuit, & ſic irregularem, ex quo irregularitas quem indignum altari facit, vt ſæpe vidimus, ergo irregularis fieri videtur clericus, qui præſentiam ſuam præſtat in hoc caſu. Atqui canon ille ſententiam hanc nõ probat; nam loquitur de Epiſcopo, qui iuriſdictionem habebat in eo loco, vt habetur in initio ibi, quo caſu, præſentiam præſtans ob iuriſdictionem, quam ibi habebat, auctoritatem, opem, atque auxilium præſtitiſſe illi actui exiſtimatur, vt diximus in antecedenti quæſtione, atque ſic dixit Abba. ibi. num. 2. ergo ſecus in eo clerico, qui iuriſdictionem non habet; licet enim ſuam præſentiã exhibeat, vbi talia exercentur, non tamen irregularis efficitur, atque ſic Abba. ibid. declarat. Non igitur canon ille quicquam facit. Secundò pro ea ſententia facere videtur capi. ſententiam, ne cler. vel monac. nam ibi prohibetur, ne vllus clericus interſit, vbi vindicta ſanguinis exercetur: item ne ſentẽtiam dictet, aut proferat in ſimili cauſa; at vbi ſententiam ſanguinis dictat, aut profert, irregularis fit, vt DD. communiter cõcludunt ibi, & nos in antecedenti quæſtione, ergo & vbi ſimpliciter intereſt, irregularis fiet; vna enim diſpoſitio reſpiciens plura determinabilia æqualiter debet ea determinare, argu. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. & l. eum, qui ædes ff. de vſucap. Atqui nec ratio hæc quicquam pro hac ſententia facit; nam vna pars legis declarat alteram: at, qui ſentẽtiam ſanguinis dictat, profert ve, idcirco irregularis fit, quòd opem fert ad uindictam ſanguinis, & adiuuat, vt ſentiunt Innocen. & Abba. ac DD. ibi, ergo de ea præſentia quoad irregularitatem canon ille interprætandus eſt, quæ fauorem, & auxiliũ affert, quò ſit eadem ratio in hoc caſu, quæ in duobus ſuperioribus, & idcirco eadem diſpoſitio, quo caſu prædicta regula locum habet, ut ait Iaſ. in citat. l. iam hoc iure. nume. 11. vbi & alios idem ſentientes refert. Vt igitur irregularis ſit, non ſat eſt, vt ſimpliciter præſens adſit, verum requiritur, vt ea præſentia aliquid fauoris vindictæ ſanguinis ferat. Verũ nos de hac præſentia non agimus, ſed de ſimplici præſentia.

Quare contrarium opinionem ſequi debemus, vt ſcilicet clerici irregulares non fiant, quando ſimpliciter interſunt, vbi vindicta ſanguinis exercetur. Nam primò ſic dixit Gloſſ. 1. in citat. cap. ſententiam. Idem Innocen. ibid. nam ait intereſſe non facere quem irregularẽ, niſi quis interſit auctoritatem præſtans, vel auxilium, & ſequitur quoque Abb. ibi, & DD. & Nicol. Plou. in Tract. de irregularitate. nume. 3. verſi. Sexta regula. Idque meritò, nam iure cautum non eſt ob præſentiam tantùm quem irregularem fieri, ſed ſolùm, vbi auctoritas aliqua præſtatur, ergo aliàs ſecus. citat. ca. is qui, & citat. cap. ex literis, iunct. cap. nonne. de præſumpt. Concludo igitur non ſolùm laicos non fieri irregulares, ſed nec etiam clericos, quamuis interſint, vbi vindicta ſanguinis exercetur, modò ſimplicem præſentiam præſtent. Et de quæſtione hac ſatis.

3 Verùm † an peccent? Gloſſ. in citat. c. ſententiam. ſenſit ipſos peccare; nam ait puniendos eſſe, quoniam interſunt contra præceptum canonis, & ſequitur eam Abba. ibi. num. 6. Hæc ſententia mihi non probatur; Tum quod eo iure non fulcitur, eſto enim prohibeatur ibi ne clericus interſit, vbi vindicta ſanguinis exercetur, tamen de eo intelligi debet, qui dum intereſt, auxilium, fauoremque ſua præſentia præſtat; de his enim clericis ibi agitur in antecedentibus, vt de dictãtibus ſententiam, aut proferentibus, aut exercentibus ſanguinis vindictam, & antecedentia declarant conſequentia. l. ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. §. illud expeditum in Inſtitut. de Societ. Tum quòd intereſt ipſos intereſſe, quò aliorum pœna perterriti à malis auocentur, argum. leg. aut facta. §. fin. ff. de pœn. Tum quod conſuetudine contrarium ſeruatur. Quare pro regula ponendum cenſeo ſimpliciter, qui interſunt, vbi vindicta ſanguinis exercetur, clericos non peccare. Et hoc, quia à iure vetitum ipſis non eſt.

4 Id quod † multo magis locum habet in iis clericis, qui interſunt, vt in fide, & patientia cõtineant ipſum reum puniendum; hi enim non ſolùm non peccant, ſed contra plurimùm merentur, atque ſic dixit Abba. in eod. ca. ſententiam. num. 7.

Excipitur

5 Excipitur tamen,† ubi ob præſentiam cleri ci ſcandalum daretur.argum.c.ex literis.de ex ceſſ.prælat.ut pote,quia eſſet Epiſcopus,& huiuſmodi perſona grauis.

Poſtremò excipitur, ubi ea immanitate oblectaretur ſine cauſa; tunc enim & hic peccaret. Hinc Abba.in eodem numer. 7. locum habere uult eum canonem in clericis intereſſentibus ex ſola libidine, ſeu uoluntate. Non tamen peccarent,ſi ob id lætarentur, quòd,ex quo reus ille è medio tollitur,pacem futuram ſperant, perſecutioneſque bonorum ceſſaturas,quam pacem reus ille perturbabat,& quas perſecutiones bonis ipſe faciebat;nam in Pſalmo legitur:lætabitur iuſtus,cum uiderit uindictam malorum,manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo,ad aliam tranſeamus.

SVMMA.

1 *Iudex,qui ſua ſententia quem occidendum, mutilãdumque iudicauit,an irregularis fiat,ſi executioni ſententia non mandetur.*

2 *Venenum ſi quis cuipiam dederit,& mors non ſequatur,irregularis non fit.*

3 *Homicidio,vel mutilationi operam dans,irregularis non efficitur,ſi non ſequatur.*

4 *Conatus mutilare quempiam,vel occidere,irregularis non eſt,ſi ea non ſequantur.*

§. IV.

1 S. †Quinta quæſtio eſt, an ſi iudex ſententiam tulit,qua comdemnauit reum, ut morti traderetur,aut mutilaretur, irregularis fiat, ſi neque mors, nec mutilatio ſecuta eſt;uel quòd gratiam reus à Principe impetrauit,uel ratione alia eam pœnam euaſit.Nicol. Plou.in Tractatu de Irregularitate.numero 4. verſi.Septima regula, ſenſit hunc irregularem eſſe,ſed cum hoc poſſe Epiſcopum diſpenſare: hanc opinionem ſequitur Maiol.de Irregularitate.lib.2.capi.6. numero 2.eandem Alphonſ. Aluarez.in ſuo Theſauro capitu.38.uerſic.Septima regula.Probatur autem horum ſententia per capitu.ſententiam.ne cler.uel monach. ibi enim prohibetur clericis,ne ſentẽtiam ſanguinis dictent,aut proferãt; ergo inferunt ipſi, fiunt irregulares,ſi contrarium conentur.Hæc ratio nulla eſt; quamuis enim prohibeatur ibi clericis,ne prædicta faciant, non tamen irregularitatis pœna deinceps inuritur, ſi contra ueniant;id enim ibi non dicitur. Ex quo igitur ibi pœna hæc non infertur clericis,qui ſententiam ſanguinis proferunt per ſimplicem prolationem,ergo nec nos inferre debemus. argument.l.de prætio.ff.de publ.in rem act. Immò, ex quo irregularitatis pœna ibi non proponitur contra non obtemperantes, ea pœna clericos non affici dicemus,niſi in caſibus, ubi iura id dicunt: at iura hic irregularem quem fieri tantùm ſentiunt, ubi aut mors, aut membri mutilatio interuenit,ut in capitul. 1. de cler. pugn.in duel.& in capitul.ex literis.de exceſſ. prælat.& in capit.in Archiepiſcopatu de rapt. & in capitul.fin.de homicid.libr.6. & in Clement.vnic.eod ergo eo caſu irregulares clericos non fieri dicemus,eſto ſententiam protulerint,niſi uindicta ſanguinis ſecuta ſit. Secundò pro hac opinione citatur capitu. ſæpè principes.23.quæſt.8.vbi,ſi quis ſacerdos conſentiat fieri iudex,ubi pœna corporis inuritur, reus effuſi ſanguinis apud Chriſtum fieri dicitur,& apud Eccleſiam perdere debere propriũ gradum.Hic canon etiam nihil facit: immò contrariam opinionem tuetur; nam ſi uult,ut reus ſit effuſi ſanguinis apud Chriſtum, ergo canon ille intelligitur, ubi executio facta eſt; id quod ſignificant uerba illa ſit reus effuſi ſanguinis,ergo ſecus ſi ſanguis effuſus non ſit, & ſic ſententia executioni non mandata. Canon igitur hic allegari non merebatur, quicquid uoluerit Maiol.Tertiò citatur Gloſſ.in capitu. periculosè.de pœnitent.diſtin.1.ibi enim quęrens,an clericus irregularis ſit, qui homicidiũ uoluit facere,& non fecit,quia non potuit, irregularem eſſe tamquam de homicidio hũc ait, licet homicida non ſit. Hac Gloſſ. niti non debent;nam hac ratione legitur in Codice impreſſo Venetiis 1572. at in vetuſtiori Codice impreſſo Venetiis 1514. *a Luca Antonio Giunta* contrarium legitur,ſic enim ibi habetur,ſed nunquid dices irregularem clericum,qui homicidium voluit facere, nec fecit, quia non potuit? Non credo, quòd ſit irregularis tanquam de homicidio,licet ſit voluntarius homicida, quia lex promotionis potius opus conſiderat,quàm uoluntatem,ita legitur ibi,& lectionem hanc refert quoque Couar.in Clement.unic.de homicid.2.par. in initio.numero 5.uerſicu.Primò conſtat. Ex quo igitur uariè legitur, & uetuſtior lectio contrariam opinionem probat,horum ſententiam nequaquam probabit.

Quare,cùm nullis rationibus ea opinio nitatur,contrarium amplexabimur, ſcilicet hũc irregularem non eſſe,quamuis ſententiam tulerit,modò executioni mandata non ſit. Probatur autem primò hac ratione, quoniam irregularis quis nõ efficitur, niſi in caſibus in iure expreſſis,capitu.is qui, & ibi communiter not.de ſentent.excommun.libr.6. at hic caſus non reperitur in iure expreſſus, ergo irregularis iudex hic non erit. Præterea irregularitas hæc ipſo iure infertur,at, ubi pœna ipſo iure infertur, locum non habet, & ſi ad actum propinquum peruenerit, niſi actus perfectus fuerit,ut aſſeruit Abba.in capit. 1.per eum canonem.numero 13. uerſicu. Duo tamen.de eo qui mitt.in poſſeſſ.cauſ.rei ſeruand. Felin. late in Tractatu quando conatus puniatur. numero octauo.uerſicul.Fallit quartò, & Couar. ibidem & Nauar. in capitu. ſi quis non

dicam.numero 11.de pœnitent. diſt. 1. ergo hac quoque ratione irregularis hic non erit. Hinc,qui percutere clericum conatus eſt, ſed tamen non percuſſit, excommunicatus non eſt,ut dixit Gloſſ.communiter recept.in capi. in audientia,in uerb.Iniuriarum.de ſenten.ex commun. & ſequitur Couar. eodem numero 5.in fine,& ego id pluribus probaui in Tractatu de Cenſuris.Tab.1.cap.9.§.fin. Et hoc ob eam rationem,quod & excommunicato eo in

2 caſu ipſo iure infertur. † Tertiò facit Gloſſ.in capitu.ſi aliquis.de homicid.nam, etſi ut homicidam puniendum eſſe dicitur ibi,qui uenenum ſterilitatis dedit, irregularem tamen hũc non eſſe ait ibi Gloſſ. ob eam rationem, quoniam irregularitas ipſa non contrahitur,niſi actu homo interficiatur, ergo non ſat eſt conatus,atque ſententia,& eam Gloſſ. not. ibi Abba.& Felin.in capitu.ſicut dignum.numero 8. uerſicu.Fallit tertiò de homicid.& Couar.eodem numer. 5. ubi & communiter eam receptam eſſe teſtatur;facit quoque capitu.pen.de homicid.Iudex ergo irregularis non fiet, eſto ſententiam ſanguinis tulerit, niſi executioni mandata ſit,atque ſic ſenſit Diaz.in Pract. Crimi.canon.cap.99.uerſic.Item etiam eſt aliud.

3 Idem ſi eam dictauerit,uel ſcripſerit.† Idem dicimus de omnibus aliis, qui cooperati fuerant ad eam uindictam ſanguinis, uel capiendo reum,uel teſtimonium contra ipſum ferendo,uel conſtringendo,uel conſulendo,uel acta ſcribendo, ac demum quacunque ratione ob eaſdem rationes. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo, ad aliam tranſeamus.

4 †Si hoc addiderimus, quæ diximus de procurantibus homicidium,uel mutilationem in iudiciis,locum etiam habere, ubi extra iudiciũ, quis aliquem aut occidere,aut mutilare conatur; nam, ſi mutilatio,aut mors non ſequatur, irregularis non fiet, ut aſſeruit Couar. eodem numero 5.ubi pluribus rem hanc egit.uerſic. Primò conſtat,& uerſicu.Hinc deducitur. Id quod & Gloſſ.communiter recept. aſſeruit in capitu.ſi aliquis.de homicid.& facit cap.pen. eodem.& quæ diximus ſupra.§.6.cap.4.& Nauar.in Man.cap.27.num.193.minus ergo irregularis erit,qui animo tantùm quem deformare cogitarat;exigit enim lex Pontificia,ut actu mors,aut mutilatio ſequatur, quò irregularitas contrahatur,ut aſſeruit Couar.ibid.uerſic. Hinc deducitur,& nos infra capit. 14. in quæſtione fin.

SVMMA.

1 *Iudex criminalium ſi quis eligatur,an irregularis ſit ſtatim poſt electionem,eſto neminem mutilandum,neminemve occidendum curauerit.*

§. V.

1 †Sexta quæſtio eſt,an ſi quis iudex criminalium cauſarum eligatur,irregularis ſtatim ſit poſt ipſam electionem, eſto executionem nullam fecerit,ideſt nec mortem intulerit,nec membrum abſciderit ſua ſententia.Maiol.in Tractatu de Irregularitate.lib.2.capi.6. numero 3. hunc irregularem ſtatim fieri concludit, ſed hanc irregularitatem ab Epiſcopo tolli;eandem ſententiam refert tenere Speculat.& Summ.Confeſſor. Pro qua ſententia allegat Gloſſ.in c.ſi quis poſt acceptum.diſt.51. Verùm nec canon ipſe pro hac ſententia facit, nec etiam Gloſſ.Non canon; nam ibi ſic dicitur,ſi quis poſt acceptum baptiſmum militauerit, & chlamydem ſumpſerit, ac cingulum ad necandos fideles,etiam ſi grauia non admiſerit,ſi ad clerum admiſſus fuerit, diaconi non accipiat dignitatem. Hæc ibi;ex quibus uidetur probari per ſumptionem militiæ irregularem quem fieri,etiam ſi grauia non admiſerit, ideſt homicidium,uel mutilationem, ex quo remouetur à diaconatus dignitate. Atqui nihil hoc facit,idcirco enim ibi arcetur ab ordine,qui cingulum militiæ ſumpſit;Vel,quia militiæ ſe obligauit,quo caſu irregularis quis eſt, ſicuti alij publicis rationibus obligati, & curiæ,ut habetur in cap.1.d.53.ubi hoc in uerbis habetur,ibi qui militiæ, ſed irregularitas hæc non eſt ex deffectu perfectæ lenitatis, de qua hic agimus, & idcirco dicitur in eo canone et ſi grauia non admiſerit, ad diaconatum non admittendum eſſe;ſat enim eſt ad irregularitatem quem implicatum eſſe publicis iudiciis. Vel idcirco arcetur ob ſcandalum, quod dederunt accipiendo cingulum ad necandum fideles,quod ſcandalum etiam irregularem facit, ut habetur in c.2.de cler.ęgrot.uel debilit. & ut infra ſuo loco uidebimus, ſed & hæc alia ſpecies irregularitatis eſt. Vel ut inquit Gloſſ. hic idcirco arcetur ob dubitationem & periculum,ne homicidium, & mutilatio facta ſit ab his,quæ dubitatio etiam in hoc caſu quem irregularem reddit,ut habetur in capit. pen.de homicid. Canon igitur hic non probat iudicē hac irregularitatis ſpecie affici,ſed alia. Nō ēt Gloſſ.pro hac opinione facit,ſed potius cōtra; nam interprætans uerbum illud, quod ex canone uidebatur inferre milites promoueri nō poſſe,ait hoc uerum eſſe de illis,qui irregularitatem contraxerunt,unde ſubiungit.Non concedo, quod hoc ſolum impediat promotionem,quòd gladium aſſumpſit,& militiam,niſi ſæua facta exercuit.Ecce Gloſſ.hæc,quæ non tenet per promotionem quem arceri ab ordine,ſed ubi ſæua exercuit. Non igitur per promotionem arcetur miles ab ordine, ſed ubi irregularitatem contraxit.Hoc idem tenet Glo. & ita interprętatur hunc canonem in cap. prę-ſens.in principiò.20.quæſti.3. quamuis rationes priores duæ à me allatæ de illo canone magis accommodatæ ad eius uerba mihi uideantur.Opinio igitur horum eo canone,ac Gloſſ. non nititur.Vnde ſecundò citat.c. ſæpe principes,23.q.8.ubi Concilium Toletanum prohi-

bet,

bet,ne ſacerdotes iudices fieri permittant,ubi diſcrimini ſententia præparatur, ideſt pœna ſanguinis,& ſi quis contra fecerit, ſubiungitur ibi,ſit reus effuſi ſanguinis apud Chriſtum, & apud Eccleſiam perdat proprium gradum. Ecce hinc uidetur probari propoſita ſententia, ex quo hic dicitur hunc debere perdere proprium gradum apud Eccleſiam, ſi permiſerit ſe iudicem creari, vbi pœna ſanguinis inuritur. Atqui neque canon hic quicquam facit;immo contrarium eo canone probatur; non enim ibi proponitur proprii gradus amiſſio ob electionem factam de eo in iudicem criminalium cauſarum,ſed ob id, quod cauſas huiuſmodi exercuerit, & ſanguinem fuderit:hoc ſignificant verba illa. Si quis diſcuſſor in alienis periculis extiterit; quæ hunc ſacerdotem non perſtitiſſe in ipſa electione, ſed cauſas etiam egiſſe & diſcuſſiſſe indicant. Item uerba illa ſit reus effuſi ſanguinis, quæ declarant non ſolùm exercuiſſe cauſas huiuſmodi, ſed ſanguinem effuſiſſe, & ſic uel mortem, uel membri mutilationem intuliſſe. Ex quo igitur eo iure agitur de eo,qui cauſas criminales diſcuſſit & ſanguinem effudit, & ob id irregularis factus eſt, eodem probare quis non poteſt per ſuſceptionem officii ordinis irregularem huius ſpeciei quem fieri.

Quare,cum nullis rationibus propoſita opinio nitatur,contrariam ſecutus eſt Mar.Socin. Sen.in c.ſententiam ne cle.uel monac.& Hoſt. quos refert Maiol.ibid.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quæritur, an qui electus eſt iudex cauſarum criminalium à Principe,uel ab alio,irregularis ſit huius ſpeciei,de qua agimus, quæ naſcitur ex defectu perfectæ lenitatis. Et in hoc caſu hunc irregularem non fieri concludo cum Socin. & Hoſtien. Primò, quoniam nullo iure cautum eſt,ut quis per ſimplicem ſuſceptionem huius muneris irregularis fiat, ergo irregularis non eſt.capitul.is qui.de ſentent. excommun.libr. 6. Secundò, quoniam hanc irregularitatem quis tantùm ſubiit,aut ubi mortem infert,aut membri mutilationem.capitul.fin.de homicid.libr.6.& capitul.penult.eodem in antiqu. Clemen.unic.eod.capitu.in Archiepiſcopatu. de rapt.capitul.ex literis. de exceſſ. prælat. & ut ſupra uidimus,ergo per ſumptionem huiuſmodi officii irregularis quis non redditur, ex quo neutrum horum ſequitur. Poſtremò irregularis non efficitur,qui conatus eſt quem aut morte afficere,aut mutilatione, ergo multo minus hic,qui officium hoc tantùm aſſumpſit. Quare poſtquam magiſtratum hoc adierit, ſi nemini mortem intulerit, aut membri mutilationem,diſpenſatione nulla egebit, quò ordinibus initietur, nec exemplum allatum à Maiol.me mouet, quandoquidem ibi non conſtabat eum cauſas ſanguinis nõ egiſſe ut mittam iure,& non exemplis iudicandum eſſe.

Aut quæritur,an irregularis ſit alterius ſpeciei,dum magiſtratum hunc gerit,& in hoc caſu non ſolùm iudicem cauſarum criminalium, ſed etiam ciuilium irregularem eſſe cõcludo, quippe, quia curię obligati ſunt, qua etiam ratione quis irregularis ſit ea obligatione durante,atque ſic habetur in capitul. deſignata,& in capit.ſequent.d.51.& in cap. unic. diſt.53.& ut ſuo loco infra uidebimus. Et in hoc caſu ſententiam Maiol.& eorum,qui eam ſequuntur,locum habere poſſe concludo,quãuis ipſo iure hac irregularitate liberentur, nec ulla egeant diſpenſatione,ubi magiſtratibus illis liberati erunt. In hac igitur quęſtione ſic pertranſeandum cenſeo, et diſtinctionem factam ueriſſimam, iurique conſentaneam iudico.

SVMMA.

1 *Iudex irregularis ſit,qui reo in carcerem coniecto uictum adeò diminuit,vt moriatur.*

2 *Iudex irregularis ſit,qui carcerem adeò arctum,et durum reo tribuit,vt ob id infra paucos dies moriatur.*

3 *Iudex irregularis ſit,qui in caueam, ſeu gabbiam, reum conijcit,vnde veriſimile eſt breui tempore ipſum moriturum.*

4 *Inquiſitores an irregulares ſint, qui muro hæreticos concludunt.*

§. VI.

1 S†Septima quęſtio eſt, an iudex irregularis fiat,qui reo in carcerem coniecto uictum adeo diminuit,ut moriatur. Antequam quæſtionem hanc diſſoluamus,præmittendum eſt iure ciuili carceres in primis inuẽtos ad cuſtodiam,id eſt ad reos cuſtodiendos, non autem puniendos,ut habetur in leg. 1. & in l.vltim. C.de cuſtod.reor. & in le. aut damnum.§.ſolent. ff.de pœn.& in cap.quamuis eodem. lib.6.Menoch.de arbitr.iudi.lib.2.cent. 4.caſ.305.numer.2. Secundò, iure canonico etiam ad pęnam,uel ad tempus, uel in perpetuum,ideſt ad pœnitentiam agendam inſtitutos,ut habetur in cit.cap.quamuis,& in c.pen. §.fin.de hæret.in antiq.

His præmiſſis,quæritur modo, uel ad cuſtodiam,uel ad pœnitentiam agendam in carcerẽ quis iniiciatur, an iudex irregularis fiat, ſi uictũ ei adeò diminuat,ut moriatur.Et uidebatur dicendũ irregularem non fieri;quandoquidem uictum ei diminuere poteſt,ut colligitur ex c.nouimus in fine.de uerb.oblig.ubi reum in carcere coniectum pane doloris, & aqua anguſtiæ ſuſtentandum eſſe dicitur.

Atqui contrarium ſequi debemus, ſcilicet hunc irregularem fore: & hoc ob eam rationem,quoniam hic iudex cauſa eſt per diminu

tionem uictus,ut reus celerius moriatur,& idcirco mortis cauſa eſt;at, qui eſt cauſa mortis, irregularis efficitur.cap.fin.de homicid.lib.6. capitu.ſicut dignum eod.in antiqu.& capit. in Archiepiſcopatu eod.de rapt.& cap.ex literis. de exceſſ.prælat.ergo iudex hic irregularis eſt. Poſtremò,qui denegat cuipiam alimenta occidere exiſtimatur.l.necare.ff. de lib.agnoſc.ergo irregularis iudex hic eſt,ex quo uictum adeo diminuit reo,ut moriatur,cùm,ut antea premiſſimus, nihil interſit quoad irregularitatē, an gladio,uel fame quem quis interficiat.Sine dubitatione igitur hūc irregularem dicemus, atque ſic dixit Abba.in cap.à nobis. numer. 1. de apoſtat.& in cap.ad audientiam. numer.4. & ibi Additio in litera C. de crimin. falſ. & in citat.capit.nouimus. numero 4.& ibi quoque Additio in litera B.& Ancharan.in Clemen.1. numer.9.de pœnitent.& Zab quæſti.7. ead.& Couar.in 2.p.§.fin.numer.7.verſicu. Decimo quintò,& Menoch.ibid.num.3.ubi ſupra, qui & alios idem ſentientes refert , & Addit. ad Diaz.in Pract.crimin.canon.cap. 124. in litera B.verſic. Carcere detineas;& Bald.in leg.de pecoribus.C.ad leg.Aquil.& Mar.Socin. Sen. in cap.ad audientiam.numer.263.uerſ.Quinquageſimooctauò de homicid.communis denique DD.ſententia hæc eſt.

Nec repugnat, quod diximus antea licere iudici uictum diminuere; etſi enim hoc uerū eſt,non tamen diminutio tanta eſſe debet, ut moriatur,ſed tantùm tribui debet, ut natura ſuſtentetur,& ideo dicitur in citat.capi.nonimus,Pane doloris, & anguſtiæ aqua reum ſuſtendandum,non autem necandum,& in eod. cap.à nobis,ita tractandum,ut uita ſibi miſera reſeruetur,non autem dicit,mors inferatur,ſeu moriatur.Quare DD.allegati communiter cōcludunt ea ſubminiſtranda ei eſſe, quæ ad naturam ſuſtentandam pertinent. Non tamen,ſi pęnam inurat ſecundum canones vel inter regulares ſecundum ordinis ſui conſtitutiones, & reus ob eam pœnam moriatur, irregularis fit,ita Tab.in uerb.Irregularitas. 2. queſtio.8. & ſequitur Maiol.eod.lib.5.cap.48.§.3. numero 12.in fine.Idque meritò,nam, qui ad triremes damnatur ſine dubitatione celerius moritur,& tamen,ubi iure id fit, irregularitas non contrahitur;quotidie enim videmus prælatos has pœnas inurere.

2 Ex his apparet† irregulares prælatos Eccleſiæ eos eſſe, qui etſi non uictus diminutione reum interficiunt, carcere tamen adeo arcto, & duro ipſum incluſum tenent, ut uetiſimile ſit infra paucos dies reum ob id moriturum; licet enim poſſint arctiori carcere reum cōſtringere,& diminuere,ut diximus,modicè cibum, & potum,ut pœnitentiam agat, non tamē aut carcere,aut uinculis, aut ratione alia ita coarctandus eſt,vt inde mors ſequatur,ita Abb.ac DD.allegati in eiſdem locis concludunt.

3 Conſtat etiam† ex eiſdem prælatum irregularem fore,qui clericos in cauea,ſeu,ut appellant,gabbia,ponunt,ſimiliue loco, unde ueriſimile eſt breui tempore eos interituros,ita dixit Ancharan.in citat. Clem.eod.num.& ſentiunt DD.citati. Iudices ergo tam eccleſiaſtici,quàm ſeculares cauti ſint, nec ſeueritatis nomen affectent contra.l.reſpiciendum.ff.de pęni.qua enim ratione alios iudicabunt, & ipſi à Deo iudicabuntur, & præſertim Eccleſiaſtici iudices,quibus prohibitum eſt, ne mortem ēt iuſtè inferant,membraue mutilent,per capitu. ſententiam,& cap.clericis ne cler. uel monac.

4 & cap ad audientiam uiden.de crim.falſ. † At quid de inquiſitoribus,qui muro hæreticos cōcludunt,unde citius moriuntur? Irregulares hi non ſunt.Tum quòd non arctant nimium cibum. Tum quòd nec incluſione ea ſic arcta tenentur,ut mors celerior ſit. Et ex his diſſoluta eſt octaua etiam quæſtio;iam ad alteram trāſeamus.

S V M M A.

1 *Iudex an irregularis fiat,qui ad triremes quempiā in perpetuum condemnauit,ſi ob id, quòd male tractatur,citò moritur.*

2 *Iudex irregularis fit,ſi ex proceſſu illegitimè facto, quem adulterij condemnauit,vnde maritus adulterum,uxoremve occidit.*

§. VII.

1 Nona quæſtio eſt † an iudex irregularis fiat,qui ad triremes quempiam in perpetuum condemnauit, ſi ob id,quod malè tractatur, citò moriatur. Hæc quæſtio tribus modis accipi poteſt. Primò, an iudex irregularis ſit, qui ſimpliciter quempiam ad triremes condemnauit. Secundò, an irregularis fiat, ubi non ſimpliciter condemnationem hanc fecit,ſed ſimul iuſſit, ut malè tractaretur,quò celerius moreretur.Tertiò ſi non iuſſu iudicis,ſed eorum, qui triremibus præſunt, malè tractaretur,unde citò moritur, an iudex irregularis ſit.

Quoad primum pro certo habendum eſt iudicem hunc irregularem non fieri. Primò, quia neque hic ad mortem,neque ad membri mutilationem reum condemnauit, nec mortem intulit,nec membrum abſcidit, hęcve facienda curauit,ſed ſolùm ad triremes ſimpliciter condemnauit,ut in facto proponitur; at, qui nec mortis proxima cauſa eſt, nec etiam vt membrum mutiletur dando operam rei licitæ, irregularis non fit,etiam ſi mors ſequatur.argumen.capitu.Ioannes,& capitu. fin. de homicid. ergo iudex hic irregularis non erit. Poſtremò facit,quod iure cautum non eſt, ut qui ad triremes quempiam condemnat, irregularis fiat,ergo nec nos eum irregularem dicere debemus,cùm neminem irregularē dicere debeamus, niſi ubi iure id cautū habemus

cap.is,

c.is, qui de ſenten.excommu.lib.6.Quare ob has rationes non modù iudex irregularis non erit,verùmetiam nec alii,qui hoc in iudicio ratione quapiam interfuerunt;ex quo enim principalis irregularis non eſt, nec acceſſorii irregulares ſunt,argum.c.vnic.de conſec.eccl.uel alt.lib.6.& c.ſi ciuitas.in fine, de ſent.excom. eod.lib.atque ſic dixit Nauar.in conſi.9.num. 4.de pœnitent. nam inquit ibi irregularem quendam factum non eſſe, nec ad irregularitatem ſubeundam ſufficere,quòd iudicis ſententia,vel iuſſu quis deferetur ad triremes,uel fune torqueretur,uel alio genere tormentorum. Ex his conſtat nec iudicem irregularem eſſe, qui in Inſulam quem deportauit,in metallum ve damnauit.Et de hoc primo caſu ſatis.

Quoad ſecundum,an irregularis fiat,ſi prçter prædictam cõdemnationem iubeat,vt malè tractetur,quò celerius moriatur, ſine dubitatione concludendum eſt irregularem hunc effici : & hoc ob rationes, quas reddidimus de iudice in carcere nimis arcto reum tenente;hic enim & rationes prædictæ uigent, ergo & diſpoſitio uigere debet,argum.l. à Titio.ff. de uerb.obligat.& l.illud.ff.ad leg.Aquil. & c. cùm dilecta.de confirm.util.uel inutil.etenim eſt cauſa,ut condemnatus citius moriatur.

Quoad tertium caſum, ubi aliorum culpa reus citius moritur,irregularis,qui eum ad triremes condemnauit,non efficitur, ſed ii, qui
2 mortis cauſam dederunt,ut per ſe patet.† Irregularis etiam iudex fit,ſi ex proceſſu non legitimè facto quem adulterii,ſtuprive condemnauit, unde proximi mulieris eam occiderunt, uel adulterũ,ſecus ſi legitimè proceſſit,ita Maiol.de Irregular.lib.5.cap.19.num.5. & capit. 48.§.3.num.15.eod. lib. Et de quæſtione hac ſatis,ad decimam tranſeamus.

SVMMA.

1 *Iudices,ac Principes,qui iuriſdictionem temporalem habent,qua ratione irregularitatem euadere poſſunt,ſi contingat quem ex ſuis ſubditis delictũ committere,unde morte, membrive mutilatione puniendus ſit.*

2 *Iudex eccleſiaſticus quicunque generatim iuriſdictionem temporalem committens irregularis nõ fit,eſto contingat deinceps ſequi mortem,membrive mutilationem.*

3 *Iudex eccleſiaſticus ſpeciatim cauſam aliquam cõmittens cuipiam,vt eam cognoſcat, & iuſtitiam faciat,irregularis non fit,eſto deinceps mors, aut mutilatio ſequatur.*

4 *Iudex,qui ſpeciatim cauſam commiſſit criminalẽ cuipiam,ut eam cognoſcat,& iuſtitiam faciat, irregularis non fit,ſi appelletur, & appellationis cauſam ipſe committat, & is,cui commiſſa primam ſententiam probet,unde mors ſequatur, aut mutilatio.*

5 *Iudex,qui commiſſit cauſam aliquam criminalem alicui,irregularis non fit, ſi iniuſtè mortem inferat is,cui eam comiſſit.*

6 *Clerici quicunque iuriſdictionem habentes uel ratione Eccleſiæ,uel patrimonij,uel alia ratione irregulares non fiunt, ſi eam iuriſdictionem cuipiã mandent,aut ſpeciatim aliquam cauſam eiuſdem iuriſdictionis hac forma,ut eam cognoſcant, et iuſtitiam faciant,ſi contingat inde mortem,aut mẽbri mutilationem ſequi.*

7 *Clerici iuriſdictionem temporalem habentes etiam ad tempus,irregulares non fiunt,ſi cauſam cõmittant,ut proximè diximus,eſto mors ſequatur.*

8 *Prçſides Romandiolç,necnon Piceni, & huiuſmodi,necnõ legati à latere euadere irregularitatem poſſunt,ſi criminales cauſas, aut generatim aut ſpeciatim alteri committant,eſto mors, membriue mutilatio deinceps ſequatur.*

9 *Laici committentes iuriſdictionem temporalẽ aut generatim,aut ſpeciatim an euadant irregularitatem,ut clerici.*

10 *Iudices quid agere debeant ne irregulares fiant,ubi temporalem iuriſdictionem habent.*

11 *Prçlatus ſi committat clerico,ut nomine ſuo eligat iudicem,qui cauſam criminalem cognoſcat,& iuſtitiam faciat,an clericus ille irregularis fiat, ſi contingat mors,uel mutilatio.*

12 *Committens iudici,ut quem morte, mutilationeue afficiat,an irregularis fiat.*

§. VIII.

1 §. Decima quçſtio eſt † qua ratione iudices, ac Principes eccleſiaſtici, qui iuriſdictionem temporalem habent, irregularitatẽ euadant, ſi contingat quem ſuæ iuriſdictionis morte,membrive mutilatione puniendum eſ-
2 ſe.In qua quæſtione,quæ notatu digna eſt. † Primum pro certo pono iudices eccleſiaſticos irregularitatem euadere, etiam ſi mors deinceps ſequatur,membrive mutilatio,ſi eam alteri generatim committant, ut creando quempiam iudicem cauſarum criminalium, & huiuſmodi,ita dixit Gloſſ.in c.clericis in verb.Iudicent. ne cle.uel monac.Debet ergo prçlatus habens iuriſdictionem temporalem, ait enim ibi,committere generaliter alicui laico, ut faciat de omnibus malefactoribus iuſtitiam iuxta illud Homicidas,& maleficos ne patiaris uiuere,ita Gloſſ.ibi,quam DD.communiter ſequuntur,cuius dicto propoſita concluſio probatur.Probatur etiam ratione, nam,qui generatim iuriſdictionem hãc committit,ſe habet ſicut is,qui ubi caſus non pendebat, conſultus eſt,qua pœna homicida,exempli gratia,ſit afficiendus, qui eſto reſpondeat mortem pati debere, irregularis tamen non fit, eſto deinceps contingat per illud conſilium iudicem quem necare,ubi caſus euenit, ita dixit Abba.in citat.capit. clericis. numero 9. verſicu. Quærò quid ſi prælati, & in capitul. ex literis. nu. quinto.verſ. Et ex his infertur.de ex-

ceſſ.prælat.ergo idem in caſu noſtro dicẽdum eſt, ut iudex irregularis non fiat, ubi generatim iuriſdictionem mandat, uel iudicem cauſarum criminalium crear,ut cauſas incidentes cognoſcat,& iuſtitiam faciat,eſto deinceps cõtingat alicuius mors,membrive mutilatio.

3 Secundò † pro certo etiam pono,ubi ſpeciatim cauſam aliquam criminalem iudex eccleſiaſticus committit dicendo Cauſam hanc cognoſcas,& iuſtitiam facias,ſeu ſecundum iuſtitiam eam termines,eſto iudex datus cauſa cognita reum morte afficiat, membrove priuet, tamen,qui cauſam committit,irregularis non fit,ita habetur in c.fin.ne cler.uel monac. libr. 6.Epiſcopus,ſeu quicunque alius prælatus,vel clericus iuriſdictionem obtinens temporalẽ, dicitur enim ibi,ſi homicidio, aut alio maleficio,ab aliquibus in iuriſdictione ſua commiſſo balliuo ſuo aut alii cuicunque iniungat ,ut ſuper hoc ueritatem inquirens iuſtitiæ debitũ exequatur,irregularis cenſeri non debet; quãuis ipſe balliuus uel alius contra malefactores ad pœnam ſanguinis proceſſerint, iuſtitia mediante.Ecce hic agitur de delegatione, & commiſſione ſpecialis cauſæ,quod ſignificant uerba illa ſi homicidio,& illa ſuper hoc, quod etiam ſignificat Gloſſ.ibid.& tamen delegans irregularis non fit,eſto delegatus mortem inferat,membrumue mutilet;ergo ſine irregularitatis metu Eccleſiæ prælatis, ac clericis licet ſpeciatim cauſas criminales committere hac forma,vt ueritatem delegati inquirant,ſeu ipſas cognoſcant,& iuſtitiæ debitum exequãtur, quamuis deinceps mors,membrive mutilatio ſequatur,atque ſic Gloſſ.inquit ibi in uerb. Super hoc,& Ancharan.num. 1. & Philipp. Fran. uerſi. In Gloſſ.fin.in fine,& Couar.in Clemen. de homicid.in 2.p.§.fin.num.8.

4 At quid† ſi cõtingat ab hoc delegato appellari,quo caſu delegans appellatur, quid fiet? Et in hoc caſu appellationis iudex appellationis cauſam alteri delegare poterit; ſicut enim primũ iudicium ſine irregularitatis metu delegare poteſt,ita & ſecundum,ita DD.ſentiũt, quos refert Gloſſ. 1.in citat.cap. fin. Idque meritò,non enim diuerſa ratio in appellationis commiſſione à primo iudicio reddi poteſt,& ideo eadem diſpoſitio eſſe debet. argu.l.à Titio.ff.de uerb.oblig.& l.illud.ff. ad leg. Aquil. & cap.cùm dilecta de confirm.util.uel inutil.

5 Quid itidem,†ſi delegatus iniuſtè reũ morte afficiat,an delegans irregularis erit? Videbatur dicendum irregularem ipſum fieri. arg. cap.fin.de homicid.lib.6.ubi qui mandauit tãtùm uerberari,irregularis fit, ſi mandatarius aut occidat,aut mutilet.Atqui contrarium hic concludere debemus, ſcilicet hunc irregularẽ non fieri;& hoc ob eam rationem,quoniam in mandato generali non uenit illicitum, ita Gl. inquit in citat.c.fin.in uerb. Iuſtitia mediante,quam in caſu noſtro ſequitur ibi Philipp. Franc.uerſi.In Gloſſ.in uerb.iuſtitia,& Gemi. ibid.& Ancharan.verſ.Tertiò not.at hic generaliter mandauit,ut iuſtitiam faciat, ergo illicitum non comprehenditur. Confirmatur id etiam ratione;nam mandans non tenetur mãdati,ubi mandatarius mandati fines egreſſus eſt.l.diligenter.ff.mand.at hic egreſſus eſt mãdati fines; mandauit enim ut cauſam cognoſceret,& iuſtitiæ debitum exequeretur, ſeu ut iuſtitiam faceret,ergo non tenetur, nec irregularis fit,ex quo iniuſtitiam, & non iuſtitiam fecit,atque ſic DD. allegati proximè ſentiunt. Non repugnat modo citat.cap.fin.de homici. nam ibi illicitum mandauerat, & ideo ei tribuitur,quod inde ſequitur,ita Gloſſ.in cita.c. fin.ne cler.uel monac.in uerb.Iuſtitia mediante.

6 Verùm†an hoc locum habeat in quocũque clerico iuriſdictionem temporalem habente? Planè,quicunque clericus ſit,nihil intereſt; nã irregularitatem euadit, ſpeciatim criminales cauſas delegando, quandoquidem allegatum cap.fin.ne cler.uel monach.generaliter loquitur;ſic enim inquit,Epiſcopus,ſiue quicunque alius prælatus,uel clericus iuriſdictionem obtinens temporalem & cæt.ergo quicunque clericus compræhenditur, & non ſolùm Epiſcopi, & alii prælati, ex quo generaliter clericos omnes complectitur;diſpoſitio enim generaliter loquens,generaliter intelligi debet, capi.ſi romanorum d.19.& l.1.§.& generaliter. ff. de legat.præſtan.

Quacunque ratione itidem clerici iuriſdictionem hanc tẽporalem habent,eius canonis diſpoſitio locum habet;nam ſimpliciter loquitur,dum inquit Iuriſdictionem obtinens temporalem,nec diſtinguit, an habeat iure eccleſiæ, uel patrimonii, ergo nec nos diſtinguere debemus,argum.l.de pratio.ff.de pub.in rem act.atque ſic aſſerunt Gemin.ibid.nume. 4.& Philipp.Franc.uerſ.In Gloſſ.fin. & Ancharan. ibid.in principio. Idque merito, beneficium enim principis eſt, ergo quam latiſſimè eſt interpretandum.le.beneficium.ff. de conſtitut. princip.

7 Immò † non ſolùm clerici beneficio huius canonis fruuntur,qui iuriſdictionem hanc perpetuam habent, uerumetiam & qui ad tem-

8 pus,†ut Præſides à Romano Pont. miſſi in Romandiolam, & in Picenum ad iuriſdictionem temporalem exercendam;nam & ipſi irregularitatem euadere poſſunt hac ratione criminales cauſas ſpeciatim, ut generatim delegando,ita dixit Philipp.Franc.in citat. cap. fin. in fine.Idem aſſeruit Ioann. Andr. ab ipſo relat. & Gemin.ibid.num.7.uerſi.Sed quid ſi Papa.

Quare & hac ratione legati è latere irregularitatem euitabunt, ſi & ipſi aut generatim, aut ſpeciatim criminales cauſas alteri cõmittant,iuxta formam citat. cap. fin. ne cler. uel monac.

9 At quid † de laicis,an & ipſi,ſi iuriſdictionẽ habent,irregularitatem effugient, ſi criminales

les cauſas aut generatim, aut ſpeciatim committent? Videbatur dicendum diſpoſitionē allegat.c.fin.ne cler.uel monac. in laicis locū non habere. Primò,quia clericorum tantùm mentio fit, quæ uerba laicis non conueniunt, ergo nec diſpoſitio; cui enim verba legis non conueniunt,nec diſpoſitio conuenire poteſt.l. 4.§.toties.ff.de damn.infect. Poſtremò, quoniam clericis idcirco videtur eſſe conceſſum, quia per ſe cauſas ſanguinis exercere nequeūt. c.clericis,& c.ſententiam ne cler.uel monach. at impedimentum hoc laici non habent.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus,ſcilicet & laicis priuilegium hoc conceſſum intelligi,ut irregulares non fiant,ſi generatim,ſpeciatimve generales cauſas committant. Primùm,quoniam ratio finalis, quamob rem priuilegium hoc conceſſum fuit,eſt ne fierent irregulares; fierent enim irregulares, ut colligitur ex eod.cap.fin.ſi cauſas ſanguinis exercerent;at ratio hęc et in laicis locum habet, ut per ſe patet, ergo & ipſis priuilegium hoc conceſſum dici debet;eſto enim cauſas ſanguinis licitè exerceant,irregulares tamen fiunt,ſi id per ſe faciunt,ſca.ſi quis uidnam.d.50.cum ſimil.Secundò,quoniam & iudices laici cogūtur & ipſi iuriſdictionem temporalem exercere,ſicut & clerici,qui iuriſdictionem hanc habent,cogetētur;ergo ſicut, ne irregulares fiāt, conceſſum ipſis eſt, ut committendo eam iuriſdictionē,cauſaſve, irregularitatem euadāt, ita & laicis conceſſum intelligi debet;non .n. ſolida ratio ulla reddi poteſt,quamobrem clericis magis, quam laicis id conceſſum dicatur. Tertiò facit,quoniam beneficium eius citat.cap.fin.principis beneficium eſt, ut per ſe patet,ergo quam latiſſimè eſt interpretandū, & ad laicos etiam trahendum.le. beneficium principis.ff.de conſtit.princ.Concludo igitur & laicis, qui iuriſdictionem habent,ſi cauſas criminales,uel generatim,uel ſpeciatim committant in caſibus præmiſſis, irregulares non fieri,eſto deinceps mors,membrive mutilatio ſequatur,atque ſic aſſeruit Philipp.Franc.in citat.cap.fin.in Gloſſ.fin.in fine,ubi & Ioan. Andr.idem ſentientem refert; nam ſic inquit.Et procedit diſpoſitio iſtius tex. hic non ſolùm in ſimplicibus clericis habentibus iuriſdictionem temporalem ratione eccleſiæ, uel patrimonii,ut ſupra in 2.not. ſed etiam in laicis. Vnde ſi laicus habens talem iuriſdictionem committat generaliter, uel ſpecialiter alteri, non fit irregularis, & poterit poſtea ordinari, Immo ſecundum Ioann.Andr.ſatis probatur hic in text. ubi ſi hoc eſt in clericis, fortius in
10 laicis,& ita ſequuntur DD.† Poteſt ergo clericus, uel laicus habens temporalem iuriſdictionem delegare cauſas criminales generaliter,uel ſpecialiter,ut fiat iuſtitia ſine pœna irregularitatis.Hæc ibi Franc. Ex quibus propoſita concluſio habetur:eandem opinionem ſequitur Ancharan.num.1.& Gemin. numer.5. uerſic.Quid ſi laicus.ibid. Non repugnant modò contraria,eſto enim clericorum mentio tātùm fiat ex quo tamen ratio generalis eſt,ſcilicet ut euitetur irregularitas,& ad laicos etiam pertinet;nam ratio anima legis eſt, argum.le. ſcire leges.ff.de leg.ideo quouſque ratio pertinet,eouſq. & legis diſpoſitio pertinere debet. l.pen.§.pen.ff.de iur.& fact. ignor. Non repugnat etiam altera ratio,quoniam ratio finalis, quamobrem clericis id cōceſſum eſt, non eſt, quia cauſas criminales cognoſcere nequeant, ſed ea,quam dixi,quoniam irregulares fierēt, quæ ut uidimus, & in laicis locum ſibi uindicat. Ab hac ſententia igitur non diſcedemus.

11 Verùm† an ſi prælatus committat clerico, ut uice ſua eligat iudicem, qui cauſam criminalem cognoſcat,& iuſtitiam faciat, an clericus hic,qui elegit,irregularis fiet, ſi deinceps mors,membrive mutilatio ſequatur? Hāc quęſtionem poſuit Ioan.And.in citat.cap.fin.qui tenuit hunc irregularem fieri; & hoc ob eam rationem,quoniam per citat. cap. fin.priuilegium illud conceditur iis,qui iuriſdictionem habent,ob idque eam exercere coguntur;at talis clericus non cogitur mandatum ſuſcipere. l.inuitus. C.de procurat. & idcirco uolens officium hoc exercet, ideo ei non ſuccurritur. Quamobrem infert etiam ibi,ſi prælatus longe abſit, & officialium notitiam non habeat, non debere ipſum committere clerico, ut officialem eligat,ne irregularis fiat, ſed laico. Hanc opinionem ſequuntur non ſimpliciter, ſed ſecundum quid Philipp. Franc. ibi uerſic. Sed quęrit hic Ioan.Andr.& Gemin.nume.6. uerſi.Sed pone,& Ioan.Calderin.ab ipſis rela. ubi ſimpliciter talem poteſtatem concederet ei clerico,ſecus autem ſi illud miniſterium, ut pote,quia dixit Eligas talem.

Ego autem ſentio neutro caſu irregularem hunc eſſe. Primò, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis,cap. acceſſorium.de regu.iur.lib.6.at hic,qui eligitur, acceſſorius eſt, ergo ſicut principalis irregularis non fit, ergo nec ipſe eligens.Poſtremo, quia res tranſit cum ſuis qualitatibus iuribus uulgaribus, at facultas illa delegandi conceſſa eſt, ut ſine metu irregularitatis fiat, ergo ad quoſcunque ea facultas tranſibit,eodem iure erit. Nec repugnat clericum ſponte mandatum recipere; nam ſæpius & iudices uolentes fiunt, & clerici iuriſdictiones ſuſcipiunt. Hanc igitur opinionem uti ueriorem ſequor.

Quare eiſdem rationibus nec irregularis fiet,qui eam electionem ſcriberet, quamuis DD.aliqui contrarium aſſerant in cit.c.fin.

Pro regula igitur habebimus,ut, unde digreſſi ſumus,redeamus,iudicem temporalem, eccleſiaſticumve iuriſdictionem temporalem habentem,nec non laicum irregulares non fieri,ſi cauſas criminales aut generatim, aut ſpeciatim hac forma,uel ſimili committāt,ut cauſas cognoſcant,& iuſtitiam faciant.

13 At quid † ſi nominatim dicatur à iudice, ut curet quem morte, membriue mutilatione afficiendum, ſi tale delictum commiſſum probetur, an irregularis fiet ſic committens? Breuiter concludendum eſt irregularem hunc fieri. Primo, quia citat. ca. fin. locum habet, ubi quis cauſam aliquam cognoſcendam, & iuſtitiæ debito terminandam committit, non autem, ubi ſimpliciter cõmittitur, ut mors inferatur, mẽbrumve abſcindatur. Poſtremò, quoniam, ſi cõtrarium diceremus, nullus ferè iudex irregularis eſſet; nemo enim eorum per ſe cuipiã mortem infert, membrumve abſcindit, ſed alii hæc facienda mandat, ergo, ne in abſurdum incidamus, irregularem hunc fieri dicemus. Immò cit. cap. fin. inutile redderetur. A propoſita ſententia igitur non diſcedemus, atque ſic ſenſit Gofred. quem refert, ac ſequitur Philip. Fran. in eod. cap. fin. verſic. In Gloſſ. ibi. Sed non ſpecialem; conſulebat enim Goffred. prælatis, ne in ſpecie laicum puniendum corporaliter cõmitterent ob irregularitatem. Immò Philipp. Franc. inquit ibi neceſſe ipſos habere conſilium illud ſequi; quandoquidem ſine dubitatione irregulares eſſent, ſi pœnam corporalem exprimerent. Idem Gemin. num. 9. verſi Gloſ. 1. & Ancharan. ibid. num. 1. atque ſic dixit Nauar. in conſi. 16. de hom. de quodam vicelegato, qui ſcripſit cuidam commiſſario, ut ſententiam mortis latam ſequenti die exequeretur. Irregularis etiam erit, qui mandat quem capi, & ad ſe adduci, uel viuũ, uel mortuum; Itẽ, q̃ proponit prẽmium ei, qui uel uiuum, uel mortuum dederit talem reum in manibus; uel, qui indicauerit reum, ſi mors, mẽbrive mutilatio ſequatur, ita Maiol. de Irregularit. lib. 5. ca. 48. §. 2. num. 8. Sed de iudice hactenus; ſi tamen prius explicauerimus, an in plures irregularitates incidat iudex, ſi plures actus faciat pro quibus ſingulis irregularitas eſt propoſita: quam quæſtionem in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Iudex an ſẹpius irregularis fiat condemnando aliquem ad mortem, membri ue mutilationem, ex quo plures actus in ea cauſa fecit.*

2 *Iudex ſi plures una ſententia condemnauit, an in plures irregularitates incidat.*

3 *Iudex mandans, ut cuipiam manus abſcindatur, ſimulque ut oculi effodiantur, an in plures irregularitates incidat.*

§. IX.

1 Q † Quæſtio hæc ultimo loco nobis explicãda propoſita eſt, an iudex ſæpius irregularis fiat condemnando quem ad mortẽ membrive mutilationem, ex quo plures actus in ea cauſa fecit; nam ſtatim atque de delicto conſtat, iudex ſolet recipere indicia contra delinquẽtem, & ſe informare, qui eſt unus actus. Deinde quoquomodo edoctus, & informatus ſpeciatim committere, ut capiatur, in ſcriptiſque licentiam eam tradere, qui eſt alter actus. Præterea captum interrogare de delicto, & interrogationes, & reſpõſiones factas in ſcriptis redigere, quæ Conſtitutum dicuntur, qui tertius actus eſt. Item recipere teſtes, & alia huiuſmodi ad cauſam pertinentia, quæ plures actus etiam ſunt. Ac demum conuicto reo ſententiam ferre, ut DD. concludunt, & Iul. Clar. in Pract. Crim. recept. ſentent. libr. 5. §. fin. quęſtio. 20. in principio, & q. 28. uerſi. Dictum eſt, & q. 45. uerſic. Scias autem. Quęſtio igitur hæc eſt, an ſẹpius irregularis fiat, ex quo plures actus agit. Videbatur igitur dicendum toties irregularem ipſum fieri, quoties actum gerit ad cauſam pertinentem; nam ſine dubitatione ſi iudex aliquis criminalem cauſam inchoaſſet, deinde eo eiecto alius ſubſtitueretur, qui cauſam concluderet, & reum morte, membrive mutilatione afficiendum condemnaret, plane uterque iudex irregularis fieret, ergo ſi unus omnes actus gerit, in tot irregularitates incidere debet, quot actus agit.

Atqui contrariam ſententiam, uti ueriorem ſequendam cenſeo, ſcilicet hunc ſemel tantum irregularem fieri. Primò, quia hic ſe habet ſicut is, qui uno impetu ſæpius clericum percuſſit, uel qui uno impetu pluribus uulneribus clericum occidit; unum. n. actum intẽdit, ſcilicet ut reũ condẽnet, ubi de delicto cõſtat; ſicut ex dictis prior intendit clericum offendere. Poſterior autem occidere, ergo iudex hic ſemel irregularis efficitur; nam & qui clericum percuſſit, ſemel excommunicatus eſt, eſto ſæpius eum percuſſerit, & qui hominẽ occidit, de homicidio tantum tenetur, non autem de uulneribus. c. cùm pro cauſa. de ſenten. excomm. & l. illud. §. 1. ff. ad leg. Aquil. Confirmatur cõcluſio hæc, quoniam iudex hic unum intendit, ut reus puniatur, ſi delictum probetur, ipſumve reus confiteatur, ergo, quamuis actus plures agat, pro uno tamen habentur; ſicut enim forma domus unum efficit, & indiuiduum, quamuis ex pluribus partibus conſtet, ut id per ſe patet, ita intentio iudicis, eſto plures actus agat, unum tamen intendit, cui partes reliquæ, ideſt acta omnia inſeruiunt. Semel igitur irregularis hic erit, & pertinẽt huc plura allegata a me in Tractatu De Cenſuris Tab. 1. cap. 6. §. 3. numer. 5. Non obſtat contrarium allegatum; nã diuerſæ illæ perſonæ ſunt, quæ operantur, & iõ omnes irregulares fiunt, ſicuti plures cõſilium dantes, opemve ferentes ad homicidium. c. ſicut dignum. §. fin. de homicid. A propoſita igitur ſententia nõ diſcedemus. Quare, & qui homicidium committit ſemel irregularis erit, & non pro quolibet actu, quo ſe parauit ad homicidium committendum; non enim irregularis hic erit ob id quod enſem ad id emit; non etiã ob id, quod ſocios ibi parauit, non denique, ne ſingula perſequar, quod inſidias parauit.

2 At quid † ſi iudex una ſententia plures occidendos

dendos condemnauit, an in plures irregularitates incidet? Videbatur dicendum per prædicta irregularem ſemel hunc fieri, ex quo vno actu id facit: verùm contrariam ſequemur, ſcilicet hunc toties irregularem fieri quot homines occidendos mandauit. Et hoc ob eam rationem, quoniam, qui occidit unum hominẽ, irregularis fit, ſeu mandat id fieri. ca. ex literis de exceſſ. prælat. & cap. ſicut dignum. de homicid. ergo, qui plures homines occidi mandat, in plures irregularitates incidit. Nam, & qui una ꝑcuſſione plures clericos percutit, in plures excommunicationes incidit, in tot ſcilicet, quot ſunt clerici percuſſi, ut aſſeruit Ioan. Andre. in cap. delictum. de reg. iur. libr. 6. in Mercur. & ego id pluribus egi eod. capi. De cenſuris. num. 8. non enim plura delicta concurrentia faciunt, ut ea committens alicuius impunitatem conſequatur. l. nunquam plura. ff. de priuat. delict. Non obſtat contrarium allegatum; nam ibi homicidium unius tãtùm interuenit: hic uerò plura, ut in facto proponitur: ad hanc materiam uide eam Tab. De Cenſuris eod. ca. ubi multa huc pertinentia dilucide explicata habebis.

3 Verùm quid† ſi iudex quempiam condemnet, ut ei manus abſcindatur, ſimulque oculi effodiantur, an ter irregularis hic erit ob tria mẽbra, quæ obtruncat? Planè uidebatur dicẽdum ter irregularem eſſe; nam ſi aut oculum tantũ effodiſſet, aut manum abſcidiſſet, irregularis eſſet, ergo eo quo ſimul & oculos effodit, & manum abſcidit, ſeu hæc facienda curauit, irregularis erit. Contrarium tamen uerius cenſeo; nã hic mutilauit, & pro mutilatione quis fit irregularis, ergo, quamuis plura membra mutilarit, ſemel tantum irregularis erit; unum enim in intentione habet, ut hic mutiletur, alioquin qui caput cuipiam abſcidiſſet, irregularis eſſet ob mutilationem membri: item & irregularis, ob homicidium, quod abſurdum eſt. Concludo igitur hunc irregularem ſemel fieri. Non repugnat contrarium; nam etſi irregularis fit iudex, qui vnum oculum effodiendum curat, non tamen, qui ambos; nam una ratio eſt irregularitatis, uel unũ membrum, uel plura abſcindantur, ſcilicet mutilatio, & idcirco eadem iuris diſpoſitio; & quamuis plura membra in vno, quam in alio caſu abſcindantur, nihil tamen intereſt, ex quo ea, quæ differunt ſecundum plus, & minus, diuerſam ſpeciem non conſtituãt, ſicut diuerſam ſpeciem homicidii non facit, qui uno uulnere, uel pluribus quem interficit, ita igitur & hic mutilatio unius mẽbri, uel plurium diuerſam ſpeciem non conſtituet.

Excipio tamen, ubi diuerſis temporibus, & non in inſtanti membra abſcinderentur; tunc enim quot mutilationes eſſent; tot irregularitates etiam diceremus mutilantem ſubire; plures enim ſpecies ſunt, & non una, & notiſſimũ eſt pro quacunque mutilatione quem irregularem fieri. c. 1. de cle. pugn. in duel. Clemen. 1. iunct. Gloſſ. de homicid. cum ſimil. Et de hac materia ſatis.

De Irregularitate, quæ oritur ex homicidio voluntario, mutilationeve huiuſmodi auctoritate publica factis reſpectu habito ad accuſatorem. Cap. VI.

SVMMA.

1 *Accuſator in cauſa criminali vbi mors, membrive mutilatio interuenit, irregularis fit.*

2 *Accuſator irregularis non fit, vbi proteſtatur ſe nõ ad vindictam ſanguinis accuſare, ſed quo aut ſuũ recuperet, aut ne iniuſtè opprimatur.*

1 ACCVSATOR quoque† in cauſa criminali irregularis fit, ſi ob ſuam accuſationem aut mors, aut membri mutilatio interueniat, ita inquiũt Innocen. in capi. ad audientiam. num. 7. uerſic. facto. de homicid. & Couar. in Clemen. 1. de homicid. 2. p. §. 5. in principio, & Iul. Clar. in Practi. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 14. uerſicu. Dixi in primis, qui & de communi teſtatur, & Abba. in c. accuſaſti. de accuſat. qui hoc uerum etiam eſſe inquit uel iuſtè quis accuſet; nam & ſine peccato irregularitas contrahitur, ut ibid. ait, & Gloſſ. in cap. 1. in verb. Ad ſacerdotium. d. 51. Nicol. Plou. de irregularitate. num. 3. uerſic. Secunda regula. & Syl. in verb. Homicidium. 3. q. 2. ibi. Vnde in cauſa mortis, & Ioann. Tabien. in uerb. Irregularitas. 1. num. 5. uerſicu. Sextò not. communis denique opinio hæc eſt. Quę & probatur per cap. pen. de homicid. lib. 6. nã ibi dicitur clericos irregulares non fieri quærelam proponentes contra ſuos malefactores, ſi iudex illis mortem inferat, vbi expreſsè proteſtati ſunt, ſe non ad uindictam ſanguinis iudicium intendere. Si ergo, ubi ſic proteſtãtur, irregulares non fiunt, ergo ſecus, vbi nõ proteſtantur; ualet enim argumentum à contrario ſenſu. leg. 1. & ibi not. ff. de off. eius, & incluſio unius alterius excluſio eſt. argumen. capi. nonne de præſumpt. & leg. cùm prætor. ff. de iudi. atque ſic colligit, & argumentatur Couar. ex eod. capite in citat. Clem. 1. de homicid. 2. p. §. 5. in principio. Et quamuis ibi de clericis agatur, idem tamen & de laicis concludendum eſt; nam quoad irregularitatem ubi clericus irregularis fit, etiam laicus irregularis efficitur; non enim iure cautum eſt, ut in hoc differant, caſu quodam excepto, quem infra uidebimus, ita aſſeruit Syl. eod. queſtio. 1. uerſicu. Sexto. Pro regula igitur habebimus accuſatorem irregularem fieri, ſi ob eius accuſationem aut mors,

mors,aut membri mutilatio ſequatur.

2 Excipitur tamen†ubi proteſtatur ſe non accuſare ad uindictam ſanguinis, ſed quò ſuum recuperet,ac deinceps ne damnum rei, perſonæve patiatur,ut habetur in cap. pen. de homicid.lib.6. Prælatis, uel clericis quibuſcunque: dicitur enim ibi,qui de laicis ſuis malefactoribus quærelam penes ſecularem iudicem deponentes,petunt emendam ſibi fieri,& prouideri, ne contra eos talia de cetero præſumantur, proteſtando expreſsè,quod ad uindictam, ſeu pœnam ſanguinis non intendunt,imputari nō debet; quāuis alias in tali caſu de iure debeat pœna ſanguinis irrogari,ſi iudex mortem illis inferat,iuſtitia exigente.Alioqui ſi prælati,aut clerici propter metum huiuſmodi(quia iudex ad pęnam ſanguinis poſſet procedere de ſuis malefactoribus)taliter conqueri non auderēt, daretur pleriſque materia trucidādi eoſdem, & ipſorum bona liberè deprædandi. Hæc ibi: ex quibus duo habemus proteſtationem hanc ab irregularitate liberare, & rationem etiam, quamobrem fuit inuenta,ſcilicet ne metu irregularitatis clerici auerterentur quo minus se, ſuaque tuerentur,atque ſic DD. omnes ibi cōcludunt.

Verùm quòd proteſtationis huius cognitio ad irregularitatem euitandam plurimum prodeſt,ideo eam cognitionem hic tradēdam nobis propoſuimus.Quæ ut dilucidior ſit, de ipſa hæc contemplabimur. Primùm quid ſit.Deinde cur inuenta.Tertiò,quibus detur. Quartò,pro quibus cauſis.Quintò, coram quo iudice,& in quo foro proponatur. Sextò, qua forma concipiatur. Septimò, quādo proponatur. Octauò in quibus caſibus, & in quo foro non eſt neceſſaria.Nonò,quando propoſita non ꝓdeſt,& quid de aliis,ut teſte,& aduocato,an & ipſi proteſtatione hac adiuuētur. His enim explicatis,abſolutam,ni fallor, proteſtationis huius cognitionem habebimus; iam igitur primam quæſtionem aggrediamur:id quod in ſequent.pręſtabimus.

S V M M A.

1 *Criminales cauſę aut ciuiliter, aut criminaliter aguntur.*

2 *Criminalibus in cauſis quando criminaliter,aut ciuiliter agi dicatur.*

3 *Proteſtatio hæc nihil prodeſt,vbi criminaliter agitur,& quamobrem.*

4 *Proteſtatio hæc prodeſt in criminalibus,ubi ciuiliter agitur,& quamobrem.*

5 *Proteſtatio hęc quid ſit.*

§. I.

Prima quæſtio igitur hæc eſt,proteſtatio hæc, qua quis eam proponens irregularitatem effugit,quid ſit. Verùm, antequam eius definitionem ponamus ſcrupulus tollendus eſt, qui uidetur totam proteſtationem hanc inutilem reddere; nam proteſtatio hæc in criminalibus tantùm locum habet, ut videbimus;non autem in cauſis ciuilibus, ex quo per ſe nec mortem, nec membri mutilationem inferunt.Item†in criminalibus aut ciuiliter,aut criminaliter agitur,vt DD.communiter cōcludunt,ſicut teſtatur.Iul. Clar.in Practi.crim.lib.5.§.fin.quæſtio. 1. paulo poſt principium.†Et criminaliter tunc agi dicitur, ubi ad commodum publicum pœna infertur, & pęna eſt aut corporalis,aut pecuniaria, ſed fiſco applicanda:ciuiliter verò, ubi ad commodum priuatum agitur,ita Gloſſ.in l.3. in verb. Centum aureorum.ff.de ſepulcr.violat.quam Gl.communiter receptam eſſe teſtantur DD. & Clar. ead.q.1. & in verſic. Ex quorum omnium.ead.q.His præmiſſis proteſtatio hæc inquam videtur inutilis eſſe;nam aut criminaliter agitur,aut ciuiliter.Si criminaliter, eſto ꝓteſtetur,tamen proteſtatio nihil prodeſt, ex quo proteſtationi factum eſt contrarium; qui enim vult criminaliter agere, vult pœna iuris ordinaria reū puniri,quę poteſt eſſe aut mors, aut membri mutilatio, atque ſic aſſeruit Philip.Franc.in cap.pen.paulo poſt principiū ibi, Secus autem ſi ageretur criminaliter, ergo,ex quo factum cōtrarium proteſtationi facit, proteſtatio illa nihil operatur,ut Bart.ac D.no. in le.non ſolùm.§.morte.ff.de oper.nou.nun. Si verò ciuiliter agatur, videtur etiam inutilis hæc proteſtatio,quoniam,qui ciuiliter agit de crimine,non agit ad vindictam, & ad pœnam ſanguinis,vnde mors,membrive mutilatio ſequatur: verùm,vt quod ſua intereſt, recuperet,vt ex dictis habetur.

3 Quid igitur concludendum?†Ego pro certo pono,vbi de crimine criminaliter agitur, proteſtationem hanc nihil prodeſſe,ſi mors, membrive mutilatio,ſequatur; & hoc ob rationem proximè allatam quòd factum proteſtationi contrarium eſt, ex quo, vt dixi,qui criminaliter agit, pœnam ordinariam inferri intendit. Inutilis igitur quoad hanc partem hac ratione eſt.

4 Secundò pro certo pono †ubi de crimine ciuiliter agitur proteſtationem hāc prodeſſe. Primum,quia factum proteſtationi contrariū non eſt;nam proteſtatur ſe vindictam, ac pęnam ſanguinis non intendere: id quod & facto comprobat,quoniam petit ſuum damnum tantum,& intereſſe; eſto igitur iudex pęnam ſanguinis inurat,actor tamen irregularis ob ꝓteſtationem non fit. Poſtremò,quoniam fieri poteſt,vt iudex,quamuis actor proteſtatus ſit, & ciuiliter egerit,tamen reum puniat,aut morte,aut membri mutilatione pro delicti grauitate,quo caſu actor irregularis non fit, ſed irregularitatem euadit;quam non euaderet,ſi proteſtatus nō eſſet,quippe qui fuit cauſa, ut reus puniretur.Id quod iure poteſt,nam, ubi ciuiliter actum eſt,aut conſtat de delicto per confeſſionem rei;& tunc quoniam per confeſſionem

in

in iudiciū factam delictum notorium factum eſt,ut dicitur in cap.fin.de uit.& honeſt.cleri. Ideo,quamuis criminaliter actum non ſit,iudex tamen poteſt hunc punire ſine nouo proceſſu,modò de crimine iudex tā ciuiliter, quā criminaliter cognoſcere poſſit. Aut conſtat de crimine per teſtes,aliaſve probationes,& tunc iudex,quamuis nō poſſit ex proceſſu ciuili criminaliter reum punire,poteſt tamen inquirere,& nouum proceſſum facere ob probationes factas in ciuili,& deinceps reum corpore punire; & ſi iudex ipſe de delicto criminaliter cognoſcere nequeat, ad ſuum iudicem puniendum remittere, ne delicta remaneant impunita contra cap.ut famę.de ſenten.excommu.& l.ita uulneratus.ff.ad leg. Aquil. atque ſic tradidit Ancharan.in citat.cap.pen.num.2.& ſequitur eum Philipp.Franc.ibid. uerſi. Quartò not. Proteſtatio igitur, ubi ciuiliter agitur,ut ex dictis conſtat,inutilis non eſt,& ſcrupulum ſublatum habemus, qui inutilem proteſtationem hanc facere uidebatur,quare non rectè dixit Maiol.de irregularitate lib.2.cap.7.num. 3.qui exiſtimauit agentem ciuiliter aduerſus furem irregularem non fieri; etiam ſi non fuit proteſtatus,ſi iudex furem deformet; nam rationes prædictæ obſunt.Iam igitur quid proteſtatio ſit uideamus.

5 Proteſtatio igitur†hæc,eſt proteſtatio, qua quis de crimine ciuiliter agens denunciat expreſsè uindictam,ſeu pœnam ſanguinis ſe non petere,quo irregularitatem euadat.

Dixi Proteſtatio pro genere; nam non ſolū dicitur de hac ſpecie, uerùm de omnibus aliis proteſtationibus,quas agunt Bart.ac DD.in l. non ſolùm.§.morte.ff.de oper.nou.nunc.

Dixi Reliqua pro differentiis,quamobrem ſeparatur ab omnibus aliis proteſtationibus, quæ non fiunt,ut uindicta ſanguinis ne fiat, & ut irregularitas euitetur,ſed ob aliàs cauſas,ut traditur in cit.§.morte.Hæc igitur breuis deſcriptio eſt huius proteſtationis, quæ dilucidior ex infra dicendis reddetur.Et de quæſtione hac ſatis,ad alteram ueniamus.

S V M M A.

1 *Proteſtatio,quæ tuetur accuſatorem, ne irregularis fiat,cur inuenta.*

§. II.

1 §. † Secunda quæſtio eſt, cur proteſtatio hæc,de qua ſupra egimus,inuenta ſit. In qua queſtione breuiter concludimus ab Eccleſia ob duplicem cauſam inuentam eſſe. Quarum prima per ſe,ac proxima eſt, ne quis irregularis fiat, ſi apud iudicem ſecularem de ſuis malefactoribus quęrelam proponat, & iudex malefactores ipſos aut morte, aut membri mutilatione puniat, ita habetur in ca. pen. de homicid.lib.6.ibi Proteſtando expreſsè & cæt.Altera uero,& remota,ut comprimatur audacia delinquentium; metu enim irregularitatis læſi,propterea quod aut clerici ſunt, aut laici,qui clerici eſſe uellent,à quærela proponenda contra ſuos malefactores auertebantur, quamobrem malefactores maiorem anſam accipiebant lædendi homines, eorumve bona. Conceſſa igitur hac proteſtatione, ab Eccleſia que inſtituta,quærelam proponentes irregulares non fiunt,& malefactores,atque improbi à delictis auocantur.Hæc ratio colligitur etiam ex eod.c.pen.uerſi.Alioqui. Sed iam tertiam quæſtionem aggrediamur.

S V M M A.

1 *Proteſtatio,quā accuſator irregularitatem euadit, an etiam laicis,ſicut clericis conceſſa ſit.*

2 *Clerici ubi fiunt irregulares,ibi & laici, & è contrario.*

§. III.

1 §. †Tertia quęſtio eſt, proteſtatio hæc an laicis etiam conceſſa ſit.Et uidebatur dicendum clericis tantùm; nam in cap.pen.de homicid.lib.6.proteſtatio hæc permittitur tātùm prelatis,& clericis quibuſcunque,ut habetur ibi in initio, & in uerſic. Alioqui ſi prelati, aut clerici;prelati enim & ipſi clerici ſunt, qui iuriſdictionem fori contentioſi habent, ut dixit Abba.in cap.cùm ab Eccleſiarum.numero 1.de offic.ordin.ergo laicis conceſſa proteſtatio hæc non uidetur;incluſio enim unius alterius excluſio eſt.l.cùm prætor.ff.de iud.& cap. nonne de preſumpt.

Atqui contrariam ſententiam ſequi debemus,ſcilicet & laicis facultatem conceſſam eſſe,& eam ipſis quoque,ſi ab ipſis proponatur, prodeſſe. Nam primò proteſtatio illa idcirco conceſſa eſt,ne quis irregularis fiat, ergo & laicis conceſſa dici debet; ipſi enim quoque irre-
2 gulares fiunt,ſi non proteſtentur. Præterea † ubi clerici irregulares ſunt,ibi etiam & laici irregulares efficiuntur,& è contrario,ubi clerici non fiunt irregulares,neque etiam laici, ut dixit Syl.in uerb.Homicidium. 3.qu. 1. uerſicu. Sextò,ergo & hic,ex quo clerici euitant irregularitatem proteſtando, & laici eadem ratione euitare debent.Poſtremò priuilegiū hoc principis eſt,& ad pœnam euitandam conceſſum, ergo quàm latiſſimè interpretandum eſt.l.beneficium principis.ff.de conſtit.princip.& ca. in pęnis.de regu.iur.lib.6.Hinc,etſi in cap.fin. ne cler.uel monac.eod.lib. clericis iuriſdictionem temporalem habentibus expreſsè permittitur ad euitandam irregularitatem,ut iuriſdictionem eam aut generatim,aut ſpeciatim delegent;tamen & in laicis iuriſdictionem habētibus locum habere antea uidimus:ergo idem & hic. Nec repugnat clericorum mentionem ibi tantùm factam eſſe;nam illud ob eam rem factum eſt,quoniam maius ipſorum periculū verſabatur;non ſolùm enim irregulares fiunt, verùm etiam & grauiter peccāt ſine dicta proteſtatione,

teſtatione,ut dixit Nauar.in Man. cap. 27.numer.216.in fine,ibi. Hæc tamen irregularitas non eſt,& ſequitur Diaz.in Pract.crim.canon. cap.98.numer.4.uerſic. Secundò clericum. Iure igitur ipſorum mētionem Eccleſia tantum facit.capit.ubi periculum.de elect.lib 6.Addo ſicut clerici ordinum functiones exercere non poſſent non proteſtando, ita nec laici ordines ſuſcipere eandem proteſtationem ommittendo.Sicut igitur ipſis clericis cōceditur,ut per proteſtationem functiones ordinum exerceāt, ita per eandem laici ſe tuētur, ne inhabiles ad ordines ſuſcipiendos reddantur. Quare, quod opinio hęc & religioni fauet,ne ſcilicet inhabilis quis reddatur ad ordines,ob eam rem amplexanda eſt,argumen.l.ſunt perſonæ.ff. de relig.& ſumpt. fun. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

S V M M A.

1 *Proteſtatio in cauſis criminalibus locum habet.*
2 *Proteſtatio,qua propoſita irregularitatem quis effugit , non requiritur vbi pro illa cauſa neque mors,neque membri mutilatio inferri poteſt,eſto per iniuſtitiam iudex eam inferat.*
3 *Proteſtatio dicta non etiam eſt neceſſaria in criminalibus,vbi pœna corporis aliqua debetur, ſed nec eſt mors,ne que membri mutilatio.*
4 *Proteſtatio hæc non requiritur in cauſis ciuilibus.*
5 *Proteſtatio an ſit neceſſaria in cauſis ciuilibus, ſi pro certo habetur ſine ſanguine conſequi quem ſuum non poſſe.*
6 *Deferens delictum,quod deformationem non meretur,exiſtimat tamen iudicem reum deformaturū, an irregularis fiat.*

§. IV.

1 S. † Quarta quæſtio eſt,pro quibus cauſis, ſeu in quibus cauſis fieri proteſtatio hęc debeat,ne irregularis quis efficiatur. In qua quæſtione breuiter concludendum eſt,ipſam fieri debere in cauſis,ubi aut mors,aut mēbri mutilatio infertur de iure, & ſic in cauſis criminalibus.Id quod probatur primò per ca. pen.de homicid.libr.6.nam ibi dicitur prælatis,aliiſve clericis non abeſſe, ſi de ſuis malefactoribus quærelam penes ſecularem iudicem deponentes petant ſibi emendam fieri,& proteſtentur expreſsè uindictam ſanguinis non intendere;quamuis aliàs in tali caſu pœna ſanguinis irrogari debeat, ſi iudex mortem inferat iuſtitia exigente.Si ergo propoſitio quærelæ non obſtat,ubi proteſtatio interuenit, quāuis de iure mortem iudex inferat,ergo ſecus ſi non proteſtetur.argumento ſumpto à contrario ſenſu iuxt.le. 1.ff.de off.eius, ergo in cauſis criminalibus proteſtatio hæc requiritur, ex quo irregularis quis fieret, ſi mors interueniret,omiſſa proteſtatione. Poſtremò proteſtatio hęc inuenta eſt,ut antea diximus,ne irregularis quis fiat,ergo in iis cauſis tantùm interponi proteſtatio debet,ubi irregularis quis efficitur; at talis quis efficitur, ubi mors, membrive mutilatio interuenit;& hæc in iudicio iure ordinario in cauſis criminalib.interueniūt, ergo proteſtatio hæc in cauſis criminalib.interponi neceſſariò debet, atque ſic DD. ſentiunt cit.c.2.& Couar.in Clem.unic. 2. p.§. 5.num. 1.uerſi. Quintò hæc proteſtatio. de homicid.

2 Excipitur tamen†ut in criminali cauſa proteſtatio neceſſaria non ſit , ubi quærela de eo delicto proponitur,pro quo mors, mēbriue mutilatio non infertur;nam tunc, ſi iudex per imperitiam, ſęuitiamve mortem iniuſtè inferat,membrumve mutilet,uel iuſtè ob alia delicta de eo reo aliunde delata,ut dixit Nauar.in Man.cap.27.num.214.verſi. Quintò infertur, irregularis tamen non fit,qui quęrelam propoſuit,quamuis proteſtationem omiſſerit,ita ſenſit Ancharan.in cit.cap.penu. num.7. uerſicu. Secundò not.& Philipp.Franc.uerſi. In Gloſſ. in verb.Iuſtitia,& Gemin.eod.& Innocent.in ca.tua nos.in verb.Cultum.de homicid.& Gl. in c.Maximianus.in uerb.Conſilium.23.quæſti.3.Idem aſſeruit Diaz.in Pract.crim.Cano. cap.98.num.13.uerſic.Vndecimò, & Couar. in Clemen unic.de homicid.p.2.§.5.nume.3. uerſic.Nonò. Idque meritò, nam iuſtè proteſtationem omittit, qui pro quærela propoſita mortem inferri non poſſe de iure ſcit . Hinc venditor,qui aliàs de euictione tenetur, ubi aut per imperitiā iudicis, aut errorem eſt euicta,non tenetur.leg.ſi per imperitiam.ff.de euict.Item,etſi patrono patroni filio non datur bonorum poſſeſſio contra tabulas liberti, ubi libertum patronum capitis accuſauit, tamen locum non habet,ubi eo crimine ipſum accuſauit,cuius pœna non eſt capitis, eſto iudex p imperitiam,& ſęuitiam pœnam auxerit ; nam hæc nocere parti non debent, ergo neque hic. Accedit,quoniam in ciuili actione idcirco nō eſt proteſtatio neceſſaria, quoniam ibi pœna mortis non infertur,nec membri mutilatio,ergo idem in hoc caſu, ex quo neque hic pœna talis inferri poteſt;ubi enim eadē ratio eſt, ibi eadem iuris diſpoſitio eſſe debet.argu.l. illud ff.ad leg.Aquil.

Quare,etſi ob fauorem,timorem,prēmium, & huiuſmodi iudex mortem membrive mutilationem intulerit,qui quærelam propoſuit, irregularis non efficitur etiam in his caſibus, atque ſic ſenſit Maiol.de Irregular.lib.2. cap. 7. nu.3.nam ait irregularem eum non fieri, qui procurauit furem capi coram iudice ob leuē cauſam,quæ mortem,mutilationemve nō meretur,ſi ob alia delicta captum iudex morte afficiat.Id quod locum habere ait in quocunq; ſimili caſu.

3 Id quod locum habet,†eſto alia pœna corporis inferatur,ut pote uel quia ferro candenti ſignatur,in exilium mittitur,ad triremeſve damnatur,ita aſſeruit Diaz.eod.cap. nume.6. uerſic. Quartò, ubi alios idem ſentientes refert;vel

fert;uel in monaſterium detruditur,ut dixit Innocent.in capitu.clericis,ne cler.uel monach. uel fuſtibus cędatur.Idq. meritò,ex quo enim irregularitas hæc contrahitur,vbi mors,membrive mutilatio interuenit,ergo ſecus,ubi hæc ceſſat,ut ſupra uidimus.

4 Tertiò excipitur† ubi cauſa merè ciuilis eſt; nam,uel laicus, uel clericus agat, irregulares non efficiuntur omiſſa proteſtatione. Primò, quoniam proteſtatio hæc fit,ubi de iure mors, membrive mutilatio communiter inferuntur, ut habetur in citat.capitu.penult. ibi Quamuis aliàs in tali caſu de iure debeat pœna ſanguinis irrogari; at communi iure in cauſis ciuilibus propoſitæ pœnæ non inferuntur, ergo nec proteſtatio locum habet. Poſtremò, quoniam proteſtatio hæc fit,ut irregularitas euitetur, quę in cauſis criminalibus locum tantùm habet, per cita.capitu.pen.atque ſic inquiunt Diaz.eod.cap.num.12.uerſic.Decimò,ibi Secus uerò ſi cauſa ciuilis foret,& Couar.eod.numer.1.uerſicu.Quintò,ibi Nec tamen eſt omnino præmittenda,& Gloſſ.in citat.capit. Maximianus.

Immò ob prætermiſſam proteſtationem in his cauſis irregularis quis non efficitur, quamuis contingat membri mutilationem,mortem ve ſequi,ut pote,quia reum non permittentem ſe capi, aut de facto executioni ſententiæ reſiſtentem familia iudicis, aut occidit,aut mutilauit:idque merito, non enim actoris culpa id fit,ſed ipſius rei pertinacia.argum.cap. poſtulaſti.de homicid.in antiq.& ita DD. communiter concludunt,& Diaz.& Coua.ibid.& Anchara.in citat.cap.pen.num.1.uerſi.Et idem ſi petam executionem.

5 At quid † ſi cauſam ciuilem certo ſcio me mouere non poſſe,quin mors,membrive mutilatio interueniat,an, non præmiſſa proteſtatione irregularis fiam,ſi quid eorum contingat? Quoad quæſtionem hanc tres ſunt DD.ſententiæ;quarum prima fuit quorundam, quos refert Abba.in capitu.poſtulaſti.num. 3. de homicid.qui exiſtimarunt irregularem hunc fieri.Et hoc per cap.2.& per cap.ſuſcepimus. de homicid.nam in cap.2.punitur, qui furem interficit,& ſic propter res, ergo non licet pro rebus eſſe cauſa,ut quis necetur:item in capi.ſuſcepimus, irregulares quidam facti ſunt, propterea quod latrones quoſdam ob res ſuas tuendas occiderunt ; nam inquit Romanus Ponti.ibi expediuiſſe potius poſt tunicam relinquere palium,quàm pro conſeruandis uilibus rebus , & tranſitoriis tam acerbè in eos exardeſcere, ut eos interficerent . Ecce hinc probari pro rebus non licere quempiam interficere,ergo neque in caſu noſtro licet eſſe cauſa,ut pro rebus quis necetur. Hæc iura propoſitam ſententiam non tuentur. Non citat.capit. 2.primò,quoniam ibi fur comprehendi poterat,& ipſe maluit tamen eum occidere,& ideo in culpa fuit.Hinc ibi dicitur.. Interfeciſti furem,ubi comprehendi poterat abſque occiſione ; at in caſu noſtro ſecus eſt;non enim actor eum interficit,nec ſuum aliunde conſequi poterat. Præterea ibi auctoritate propria furem interfecit,& ſua culpa occidit;at hic auctoritate publica,& non ſua culpa, ſed pertinacia ipſius rei,qui non uult ſatisfacere. Non etiam quicquam facit.capitu.ſuſcepimus, quoniam & ibi auctoritate propria interfecerant;at hic ſecus.

Quare,cum nullis rationibus opinio hæc nitatur,Ioan.Andr.quem refert,ac ſequitur Abba.in capitu.poſtulaſti.de homicid. irregularem hunc non fieri aſſeruit,ubi proteſtaretur, iux.cap.pen.de homicid.lib.6. Hæc ratio, itidemque opinio mihi non probantur. Primò, quia corrigitur citat. c. poſtulaſti, ubi de proteſtatione nihil dicitur, & periculum,ne ſanguinis uindicta interueniret,aderat,& cauſa ciuilis ibi propoſita erat,petitio ſcilicet decimarum,& tamen id ei licere concluditur; at legũ correctio uitanda eſt.l.iubemus.C. de teſtam. le.ſancimus.C.de appella.Præterea proteſtatio,de qua agitur in citat.capitu.2.de criminalibus cauſis agit,& in ipſis,ſeu pro ipſis proteſtatio inuenta eſt,ergo ad cauſas ciuiles trahi non debet,alioquin criminales cauſæ à ciuilibus non differrent,quod abſurdum eſt.

Quid igitur concludendum? Ego ſimpliciter teneo in hoc caſu irregularem quem non fieri,eſto mors,membrive mutilatio ſequatur. Primò per citat.capi.poſtulaſti;nam, cùm Epiſcopus quidam ibi decimas exigere à quibuſdam non poſſet,niſi ad regem confugeret, & à rege uix abſque ſanguinis effuſione ad eas præſtandas adduci poſſent,ob idque dubitaret Epiſcopus ille,Romanus Pont.hac de re conſultus reſpondet, ſi ſuſceptam quærimoniam ad regem propoſuerit, & rex quid durius contra ipſos agat,duritiæ,aut malitiæ ipſorum,nõ autem Epiſcopo tribuendum id eſſe. Ecce hic cã ciuilis agebatur,ſcilicet decimarum;item ſine ſanguinis effuſione quæſtio terminari non poterat, & tamen id Epiſcopo non adſcribendum,& idcirco irregularem non fieri concludit,quippe,quia non Epiſcopi culpa id fiat,ſed ipſorum,qui decimas præſtare nolebant. Secundò facit , quia quod contingat mortem, membrive mutilationem interuenire, non ex natura cauſæ fit,ex quo eſt ciuilis , neque ex ipſo actore,quia hoc non intendit, ſed per accidens id contingit,ſcilicet ob ſuam pertinaciam,ergo id conſiderandum non eſt, præſertim,ubi quis rei licitæ operã dat; ſemper enim in unaquaque diſpoſitione id,quod per ſe,ac principaliter agitur, conſiderandum eſt, non autem,quod per accidens.argumen.l.non omnis.ff.ſi cert.pet.& ibi not.& l.1.ff. de auctori.tut. Ex his igitur concludo irregularem hunc non fieri,eſto deinceps mors,membrive mutilatio interueniat.

6 Excipio tamen,† ubi quis defert ad iudicem

 crimen,

crimen,quod deformationem non meretur, ſi enim iudex captum ob illud iniuſtè, uel ob alia crimina aliunde ad eum delata, deformet, cum deferens credere teneretur id euenturum; tunc irregularis efficitur, ut dixit Nauar.in Man.capitul.27.numero 214. uerſicul. Quintò,& Specula. in titu. De Irregularitate. numero 50.uerſicu. Et ſunt hæc in argument. & Mar.Socin.Sen.in capitu.ad audientiam.numero 253.uerſicul. Et ex prædictis etiam ſequitur, qui & Hoſtienſ. idem ſententiem refert.Id quod locum habet in re ſua, ubi proteſtans non eſt,in re aliena etiã ſi ſit proteſtatus, tamen irregularitatem non euadet per capi. 2. de homicid.lib.6.Et de quæſtione hac ſatis,ad quintam tranſeamus.

SVMMA.

1 *Proteſtatio,qua accuſator irregularitatem euitat, coram quo iudice,& in quo foro facienda ſit.*

2 *Proteſtatio hæc in foro eccleſiaſtico non requiritur.*

3 *Proteſtatio omiſſa in foro eccleſ.non reddit accuſatorem irregularem,etiam ſi per eadem acta mors ſequatur.*

§. V.

1 S † Quinta quæſtio eſt,coram quo iudice, & in quo foro accuſator proteſtationem hanc facere debet, quò irregularitatem euitet. In qua quæſtione concludimus in foro ſeculari, & idcirco coram iudice ſeculari eam fieri debere. Primò, quoniam id dicitur in citat.capitul.penul. ubi de hac proteſtatione agitur.de homicid.libro 6. ibi. Penes ſecularem iudicem; nam ait ibi Romanus Pontif. imputari non debere clericis, qui de ſuis malefactoribus quærelam penes iudicem ſecularem deponentes petant ſibi emẽdam fieri, pro teſtando expreſſe,quod ad uindictam ſanguinis non intendunt, ſi iudex mortem illis inferat,iuſtitia exigente. Ecce hic apertè habetur quærelam hanc coram iudice ſeculari,& in iudicio ſeculari fieri debere. Secundò id probatur ratione, nam proteſtatio hæc ob eam rem fit,ne quęrelam proponens irregularis fiat, ſi mors, membrive mutilatio interueniat; at coram iudice ſeculari tantùm, & in foro ſeculari mors,membrive mutilatio inferuntur; ergo pro certo habendum eſt proteſtationem hãc in eo foro fieri debere. Poſtremò,quoniam mors,membrive mutilatio ab Eccleſiaſtico iudice non fit,ut habetur in capitul.in archiepiſcopatu de rapt.& in capitu. nobis de apoſtat. hinc, ubi mortis mentio in iure canonico fit, pro excommunicatione intelligitur, ut habetur in capit. per uenerabilem.prope finem;qui fil.ſint legiti. & ubi iudex eccleſiaſticus reum habet morte dignum iudici ſeculari tradit,capitul. cum non ab homine.de iudic. ergo ex quo in eo foro neque mors,neque membri mutilatio infertur, quamobrem proteſtatio hæc inuenta eſt,ad illud forum non requiritur, ſed ad forum ſeculare, atque ſic ſenſit Couar. in Clemen.de homicid.par. 2.§. 5.numero primo.uerſicu.Quintò.Idem Diaz. qui de communi DD.ſententia teſtatur in Practi.crimin. canon.capitul.48. numero 14. uerſicu. Duodecimò Non eſt igitur ab hac ſententia diſcedendum.

2 Quare † uel crimen grauiſſimum ſit, qđ in foro canonico proponitur, uel pro alio quis interueniat,uel ut accuſator,uel teſtis,uel quacunque ratione proteſtatio neceſſaria non eſt, ut dixit Diaz.ibidem,ex quo neque mors; neque membri mutilatio ibi interuenire poteſt. Et de quæſtione hac itidem ſatis, ad ſextam

3 ueniamus. † Si illud addiderimus eum, qui apud Epiſcopum inceſtuoſum quendam detulit, quò canonicè corrigeretur, irregularem nõ fieri,ſi mors inceſtuoſi interueniat, propte reà quòd Epiſcopus poſteaquam teſtes requiſiuit,acta illa furtim ſublata, & ad iudicem ſecularem delata fuere, unde mors deinceps ſecuta eſt,ut dixi;ex quo enim eccleſiaſticum iudicem adierat,uindictam ſanguinis ſe non petere ſignificauit, & ex quo eo in iudicio agebat proteſtatione uti non habuit, ita Maiol.de Irregularitate.libr.2.capitul.7.uerſic. Huc ſpectat quęſtio.

SVMMA.

1 *Proteſtatio,quę fit ab accuſatore,quid operetur.*

2 *Capiens reum,qui ſibi damnum dedit,ſi eum iudici tradit,quò ſuum recuperet,irregularis non fit, ſi proteſtetur ſe ad vindictam ſanguinis eum non tradidiſſe.*

§. VI.

1 S †Sexta quæſtio eſt,quinam effectus proteſtationis huius ſint. In qua quæſtione breuiter concludimus effectus hos ſequi. Primùm irregularis non fit, qui quærelam propoſuit,aut accuſauit,eſto mors, membrive mutilatio ſequatur,ut habetur in c.pen. de homicid.lib.6.quem canonem ſupra retulimus, & ut DD. omnes ibi concludunt, & Couar.in Clem.unic.de homicid.p.2.§.5.& Diaz.in Practi.Crim.can.cap.48.

Hic autem effectus ſequitur, eſto pro certo habeatur iudicem mortem illaturum ob criminis qualitatem,nam nihilominus accuſator irregularitatem euitat,ut ſupra uidimus,& ut dixit Diaz.eod.num.11.uerſic.Nonò,& Felin.in c.poſtulaſti.num.2.de homicid. ubi Ioan.An. idem ſententiem refert,& Couar.in Clem.un. 2.p.§.5.num.1.uerſi.quartò.de hom.

2 Item† locum habet non ſolũ,ubi quis reum accuſat, quærelamve proponit ob ſuum intereſſe, uerùmetiam & ubi quis reum capit, qui ipſi damnum dedit,& quò ſuum recuperet,iudici eum tradit, ſi enim proteſtatur ſe ad uindictam

dictam

dictam ſanguinis eum non tradere,ſed quò recuperet id,quod ſuum intereſt,irregularis non fit , eſto deinceps iudex eum morte afficiat, membrive mutilatione,ita Speculat.de Irregularitate.numero 49.& Philipp.Franc. ubi Hoſtien.idem ſentient.refert in citat.capit.penu. verſic.Tertiò not.& Gemin.numer.6. uerſicu. Quid ſi clericus,& Couar.in ead.Clement.eodem.§.numer. 3.uerſic.Decimò,& Nauarr.in Man. capitul.27.numer.216.& Diaz.eod.càpitu.num. 17.qui opinionem hanc communiter receptam eſſe ſentit. Non eſt igitur quod hac de re dubitemus.Immò etſi non proteſtetur,ſed tamen cauſa ea eſt,pro qua pœna mortis,membrive mutilatio non infertur,irregularis non efficitur, ſi inquirendo deinceps iudex ob alia maiora delicta accuſatum morte afficit,ita dixit Specula. de Irregularitate numero 50. uerſicu. Et ſunt hęc in argument. mõ tamen ipſe accuſator non cogitauerit id, nec crediderit poſſe cõtingere,& ſequitur Maiol.de Irregular.lib.2.capitu.7.numero 3. uerſicu.Declarantur prędicta. Tertiò locum habet, eſto iudex iniuſtè accuſatum deformet, ita inquit Gloſſ.in citat.capitu.penu.de homicid.quam communiter receptam teſtatur Couar.eod.§.5.num.3.uerſic.Octauò.

Poſtremò operatur proteſtatio hæc in clerico,ne etiam peccet; peccaret enim accuſando ſine proteſtatione,ſi contingeret deinceps mẽbri mutilatio,mortisve illatio.Et de quęſtione hac itidem ſatis.

SVMMA.

1 *Proteſtatio,quæ fit ab accuſatore,quò irregularitatem effugiat,qua forma concipiatur.*
2 *Accuſator ſi dicat Accuſo,& Proteſtor, & cęte. an liberetur ab irregularitate.*
3 *Proteſtatio hęc an in ſcriptis fiat.*
4 *Proteſtatio hęc quando proponenda.*
5 *Proteſtatio hęc coram quo fieri debeat.*

§. VII.

1 S†Eptima quæſtio eſt,qua forma proteſtatio hæc concipiatur, quo accuſatorem ab irregularitate liberet. In qua quæſtione breuiter concludimus hac forma ideſt his uerbis, uel ſimilibus eandem ſententiam habentibus concipiendam eſſe : Magnifice Domine iudex, quoniam Titius mihi par bouum furatus eſt,peto à dominatione veſtra, ut faciat illos mihi reſtituere,& damna, quæ paſſus ſum, & intereſſe mihi pręſtare. Proteſtorq; me nullo modo pœnam ſanguinis intendere,aut mortem, membriue mutilationem, ita colligitur ex c.pen.de homicid.lib. 6. Continere igitur proteſtatio hæc debet ſe non intendere uindictam ſanguinis vllo modo.

At quid ſi accuſator dicat,Peto meum intereſſe tantùm,& nihil præterea,quibus uerbis uidetur ſignificari ſe uindictam ſanguinis non intendere,ex quo nihil præter ſuum intereſſe petit,an irregularitatem euadet? Concludo his uerbis non ſe liberare ab irregularitate;nã pro forma requiritur,ut expreſſe proteſtetur, ut dicitur in cit.c.pen.ibi.Proteſtando expreſſe; at per ea uerba,Nihil pręterea.non expreſſe, ſed tacitò proteſtatio fit,ergo non ſatisfit diſpoſitioni canonis:hinc Gloſſ.ibi not. non ſufficere tacitum,ubi requiritur expreſſum, & ſequuntur DD.alioquin,ſi hoc daremus & illud ſat eſſet:Peto emendam mihi fieri, ut dicitur in cit. ca.pen.ex quo enim hoc unum petit,nihil præterea ſe uoluiſſe tacitò ſignificat;incluſio enim unius alterius excluſio eſt.l.cùm prætor. ff.de iud.& ca. nonne de præſumpt. Ex quo igitur pro forma cautum eſt, ut expreſſe proteſtatio fiat,tacito facta non ſat erit.

2 Verùm † quid ſi dicatur Accuſo, & Proteſtor,& cæt.an', ex quo uſus eſt uerbo Accuſo, quod ſignificat potius ad uindictam,quàm ad intereſſe dictum eſſe, an inquã proteſtatio ab irregularitate immunem reddet? Hãc quęſtionem mouent DD.in cit.c. pe. communiter tamen concluditur proteſtationem prodeſſe; nã ſic dixit Ioan.Andr.& Gemin.in eod.c.pen.& Philipp.Franc.ibid.uerſ.Secundò not.Probatur autem id ratione;nam uerba ſecundum mẽtem proferentis recipienda ſunt.l. non omnis. ff.ſi cert.pet.item intentioni noſtræ ſeruire debent,non intentio ipſis, ut dicitur in c. intelligentia de uerb. ſign.& ut id pluribus tradidit Viũ.in ſua Syl.opin. 1030. Item nihil intereſt, quib. uerbis utamur,modò res,qua de agitur, intelligatur.arg.l.certum.ff.ſi cert. pet.& ſenſit Gloſſ.in l.quæ extrinſecus.ff.de uerb.oblig. at mens ipſius proteſtantis eſt ciuiliter agere, & ſuum intereſſe tantùm conſequi,non autem ut corporaliter puniatur accuſatus,ut ex proteſtatione colligitur; ergo,& ſi dixit Accuſo,tamen ex quo dixit,Proteſtor me uindictam ſanguinis non intendere,ſatis declarauit ſe quærelam proponere,& nõ accuſationẽ.Poſtremò facit,quoniam accuſatio etiam pro quærela ponitur; nam & quærela inofficioſi teſtamenti accuſatio dicitur in le.parentibus.C.de inoffi. teſt.& tamen actio ciuilis eſt ipſa quærela, ut tradunt DD.proximè allegati, ergo idem & in caſu noſtro,ex quo uerba mẽti inſeruire debent,& quæ mens fuerit accuſantis , conſtat. Non eſt igitur quòd hac de re dubitemus.

3 Expreſſe † igitur proteſtatio hæc fieri debet neceſſariò,non autem in ſcriptis:nõ enim hoc de ſubſtantia eſt;tum quòd citat.cap.pen. id non requirit, ſed ſolùm, ut proteſtetur expreſſe,ibi Proteſtãdo expreſſe,ergo ex quo lex id non dicit,nec nos dicere debemus.l.de prætio.ff.de publ.in rem act.tum quòd,ubi lex aliquid uult in ſcriptis fieri,id expreſſit,ut in c. 1. ibi.In ſcriptis proferat,de ſent.excom.lib.6.&

in capitu. 1. §. 1. cum aliis ſimilibus propoſitis ibi à Gloſſ. de cenſu. eodem libr. Ex quo igitur hic hoc non dixit, ideo id fieret nec ne, non curauit.

Vtile tamen eſt, quò faciliùs proteſtatio hæc probetur, ut in ſcriptis fiat rogando publicum ſcribam in iudicio, ut eam ſcribat præſentibus teſtibus, atque ſic dixit Gloſſ. in eodem c. pen. in uerb. Proteſtando; nam inquit clericum cautè facere, ſi de hac proteſtatione conficì faciat publicam ſcripturam, quę Gloſſ. duo ſimul facit; nam ſignificat neceſſe id non eſſe, ſed tamen utile. Idem Philipp. Franc. ibidē, & Diaz. in Practi. crimin. canon. capitul. 98. numero 9.

4 Proponi † autem debet hæc proteſtatio, ut dicitur ex citat. capitu. pen. ubi quærela, aut accuſatio proponitur; nam ibi dicitur non imputari clericis, qui de ſuis malefactoribus quęrelam penes ſecularem iudicem deponentes petunt emendam ſibi fieri, & cæt. proteſtando expreſſe, quod ad uindictam, ſeu pœnam ſanguinis non intendunt, & cæt. Ecce hic proteſtationē fieri, ubi accuſatio, quærelaue proponitur. Hinc pract. receptum teſtatur Diaz. in ead. Prax. capitu. 98. numer. 9. in fine, vt proteſtatio fiat in limine quærelæ, uel accuſationis.

At quid ſi fiat, poſtquam res agi cœpta eſt, an irregularitatem accuſator effugiet? Adhuc ſentio ipſam prodeſſe, ſi antequam proceſſus perfectus ſit, fiat, ſat enim eſt eo tempore fieri, quo ſaluti accuſati proſpici poteſt, atque ſic aſſeruit Couar. in Clement. de homicid. in 2. p. §. 5. uerſic. Quartò; nam ait accuſantem liberum eſſe ab irregularitate, ſi proteſtetur in ipſamet accuſatione, in ipſove iudicio. Non eſt igitur, quòd hac de re dubitemus.

5 Atqui † coram quo fieri debet? Planè coram iudice, apud quem quęrela proponitur, ita habetur in citat. capit. pen. nam ibi dicitur proponentes quærelam penes ſecularem iudicem irregulares non fieri, proteſtando expreſſe, & cæt. ergo apud eum iudicem fieri debet, apud quem quærela proponitur. Poſtremò ipſe poteſt reum punire, aliive puniendum mittere, ergo apud eū proteſtatio fieri debet, quò, vbi periculum eſt, ibi cautio adhibeatur. Et de quęſtione hac itidem ſatis.

SVMMA.

1 *Proteſtatio, qua accuſator irregularitatem euadit, verbis non expreſſa, ſed animo tantùm concepta an poſſit ad irregularitatem euitandam.*

2 *Proteſtatio prædicta an liberet quem ab irregularitate, ſi proteſtans animum proteſtationi contrarium habeat.*

§. VIII.

1 Sexta † Octaua quæſtio eſt, an ſi accuſator non proteſtetur, animum tamen habeat ſuum tantum recuperandi, non autem ad uindictam agendi, irregularis fiat. In qua quæſtione breuiter concludimus irregularem hunc fieri: id quod probatur primò per capitu. 2. de homicid. lib. 6. nam proteſtatio hæc expreſſe fieri debet, ut ibi dicitur, ſcilicet ſe non ad uindictam ſanguinis quęrelam proponere; at, qui animo proteſtationem hanc incluſam habet, expreſſe non proteſtatur, ut per ſe patet, ergo irregularis hic fiet, ex quo expreſſe proteſtatus non eſt. Poſtremò pro forma eo iure cautum eſt, ut expreſſe fiat, ergo ad unguem eſt adimplenda, ut tradidit Bald. in le. fin. C. de ſuis & le. & ſequitur Iaſ. in l. hęc uerba. num. 41. ff. de leg. 1. Ex quo igitur expreſſe hic proteſtatus non eſt, proteſtatio illa animo concepta nihil prodeſt; propoſitum enim in mente retentum nihil operatur. leg. ſi non repetendi. C. de condit. dat. cauſ. non ſecun. Addo ſi hoc daremus in exteriori foro neminem in hoc caſu irregularem fore, quippe, qui aſſereret ſemper ſe hoc animo accuſaſſe; irregularis igitur hic erit, atque ſic ſenſit Gloſſ. in citat. capitul. ſecundo. in uerb. Proteſtando; nam ait ibi non ſufficere tacitum, id eſt, ut tacitò quis proteſtetur, ſequitur eam Philipp. Franc. ubi & Ioā. Calderin. idem ſentientem refert; nam inquit requiri expreſſam proteſtationem, & in foro etiam conſcientiæ non ſufficere proteſtationem hanc in mente conceptam, niſi expreſſe exponatur. Idem ſenſit Couar. in Clement. de homicid. ſecunda par. §. quinto. verſicu. Septimò, ubi & eam Gloſſ. communiter receptam eſſe teſtatur. Pertinent hic quoque, quæ diximus antea, ubi exprimi proteſtationem hanc aſſeruimus. Ab hac igitur opinione diſcedendum non eſt, quæ locum habet etiam in foro conſcientiæ, ut ſcilicet irregularis hic ſit, qui expreſſe proteſtatus non eſt; nam in foro exteriori fit irregularis, ut proximè probauimus; at, qui in eo foro irregularis eſt, & in conſcientiæ foro irregularis cenſetur, atque ſic inquiunt in hoc caſu DD. pauloante allegati.

2 Verùm † quid è contrariò, ſi quis proteſtetur expreſſe quærelam ſe proponere, ut ſuum conſequatur, non autem ad uindictam ſanguinis, an irregularis nihilominus fiet, ſi contrarium animo conceptum habeat? In hac quęſtione duę DD. ſententiæ ſunt; quarum altera eſt hunc irregularem fieri, & hanc opinionem tenent Domin. & Petrus. & Hoſtienſ. in Summ. quos referunt, ac ſequuntur Diaz. in Practic. crimin. Canon. capitu. 98. numero 15. uerſicu. Decimotertiò, & Nauar. in Man. capitul. 27. numero 226. verſicul. Si autem uerè placeat; nam inquit hunc irregularem fieri quoad forum conſcientiæ, & non ſemel ſe conſuluiſſe iis, quibus id

id contigit, vt diſpenſationem obtinerent. Probatur autem horum ſententia hac una potiſſimum ratione, quod proteſtatio ab hoc facta falſa eſt, & non talis, qualem requirit cit. capitu. pen. Hæc ratio non me mouet; nam canon ille requirit, ut expreſsè fiat, ut in eo dicitur, quod ab hoc factum proponimus; ergo proteſtatio fuit talis, qualem canon requirit. Præterea lex de eo fertur, de quo poteſt cognoſcere; at de animi cogitationibus cognoſcere non poteſt, ut per ſe patet (Deus enim tantùm ſcrutator cordium eſt) ergo humana lex de mente ipſius proteſtantis diſponere non potuit; ergo nec in hac proteſtatione, ut id probauimus in Tractatu de Cenſuris capitu. 9. §. 12. ubi rem hanc abundè egimus. Nec repugnat, quod dixit Nauar. ex quo exterior accuſatio interuenit, ob id irregularem fieri; nam, ſi accuſatio interuenit exterior, & proteſtatio exterior etiam acceſſit; & quamuis canon proteſtationem mendacem, & fraudolentam nolit, ſi tamen fraus hæc exterior non appareat, ipſa lex punire eam non potuit; cogitationis enim peccatum pœnam in foro exteriori non meretur. capitul. cogitationis. de pœnitent. diſtinc. 1. Non igitur ratio propoſita mihi ſatisfacit. Non etiam reliqua, quæ dicit Nauar. ſcilicet in foro conſcientię hunc irregularem fieri; nam aut intelligit in foro conſcientiæ tantùm irregularem eſſe, & hoc eſſe non poteſt; nam in eo foro nulla irregularitas eſt niſi peccatum, ſed ipſum propriè irregularem non eſſe ſuo loco probauimus; aut intelligit irregularem eſſe, id eſt eum peccaſſe, & hoc quidem taceri poteſt, ſcilicet ipſum peccare, ſed in hoc caſu non neceſſariò requiritur diſpenſatio, quam ipſe multis ſe ſuaſiſſe fatetur; peccatum enim abſolutione, & non diſpenſatione tollitur. Aut intelligit in foro conſcientiæ, quia ſcilicet probari non poteſt, & hoc etiam uerum non eſt; nam, eſto delictum probabile non ſit, pœna tamen ipſum peccantem afficit, ubi ipſo iure infertur, quandoquidem lex ſemper certa eſt. Quare non ſolum in foro conſciẽtiæ, ſed exteriori irregularis eſſet; at in foro conſcientiæ id fieri non poſſe ſignificauimus, & ꝓximè uidebimus.

Hinc contrariam opinionem ſecutus eſt Felin. in capitul. poſtulaſti de homicid. & apertius Couar. in Clement. de homicid 2. p. §. 5. uerſicu. Sextò. Hanc ego vti ueriorem, & benigniorem ſequor. Primò, quoniam irregularitas fori exterioris pœna eſt, & à iure Pontificio inducta, ut habetur in capitul. is qui. de ſentent. excommun. libr. 6. at pœna exterior non afficit animo tantùm delinquentem, ut probauimus in eod. §. 12. De Cenſuris. Tabu. 1. ergo irregularis hic non efficitur. Præterea, qui non proteſtatur, & tamen hoc animo affectus eſt, ut uindictam ſanguinis nolit, irregularis tamen efficitur, ut ſupra probauimus, ergo & è contrariò, qui proteſtatur, irregularis fieri non debet, eſto animum proteſtationi cõtrarium habeat; quod enim operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito, l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. Poſtremò ſumus in pœnis, ergo benignior interpretatio facienda eſt, ut hic irregularis non ſit, cap. in pœnis, & ibi Gloſſ. de regu. iur. libr. 6. l. interpretatione. ff. de pœn. Addo, ſi contrarium ſentiremus plures irregulares fore; cum ſæpius animum contrarium proteſtationi habeant. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo; iam alteram quæſtionem aggrediamur.

SVMMA.

1 *Proteſtatio, quæ accuſantem ab irregularitate liberat, locum tantùm habet, vbi ſuum intereſſe proſequitur.*

2 *Proteſtatio non prodeſt, vbi de re aliena agitur.*

3 *Proteſtatio hac non prodeſt procuratori, & aduocato.*

4 *Malefactores ſui an dicantur, qui aſcendentibus, et deſcendentibus damnum inferunt, quoad proteſtationem hanc, ita vt proſit.*

5 *Proteſtatio hęc locum habet etiam in damnis futuris.*

6 *Denuncians delictum committendum in graue rei publ. detrimentum, aut proximi, ſi proteſtetur, irregularis non ſit.*

7 *Fiſcus, ſeu aduocatus fiſcalis, an irregularis fiat, qui accuſatoris partes ſuſtinet.*

8 *Delatores delictorum fiunt irregulares, qui creantur in uillis, & huiuſmodi locis.*

§. IX.

1 §. †Nona quæſtio eſt, an proteſtatio, quę liberat accuſantem ab irregularitate, proſit tam in cauſis ſuis, quàm aliorum, id eſt tam ubi ſuum intereſſe proſequitur, quàm aliorum. Philipp. Franc. in capitul. de homicid. libr. 6. in principio inquit proteſtationem hanc tantùm prodeſſe, ubi quis querelam proponit pro ſe, aut ſuis malefactoribus: hanc opinionem ſequitur quoque Felin. in capitul. poſtulaſti. in fine. de homicid. nam inquit cita. capitu. penn. ubi de hac proteſtatione agitur, locum habere, dummodo agens prætendat intereſſe, aliàs autem proteſtationem hanc inanem eſſe. Eandem opinionem ſequitur, & communem ſentit Couar. in Clem. unic. de homicid. p. 2. §. 5. num. 4. Verſi. Vndecimò, & Diaz. nu. 7. uerſ. Quintò. c. 98. in Pract. crim. canon. Hãc opinionem uti ueriorem ego etiam ſequor, quæ probatur eod. cit. ca. pen. nam de hac proteſtatione Summus Pontif. agens, quibuſque ea proſit, & quibus priuilegium illud concedat, iis prodeſſe inquit. Qui de ſuis malefactoribus pœnes ſecularem iudicem petunt emẽdã ſibi fieri. Si ergo iis prodeſt proteſtatio,

qui de ſuis malefactoribus quærelam deponunt,& petunt emendam fieri, ergo proteſtatio hæc prodeſt,ubi quis de ſuo intereſſe agit. Poſtremò Romanus Pon. rationem reddens, quamobrem prælatis, ac clericis proteſtationem hanc conceſſerit , inquit ob eam rem , quia ſi clerici propter metum irregularitatis conqueri non auderent, daretur materia pleriſque trucidandi eoſdem , & ipſorum bona liberè depredandi.Si ergo id factum eſt, ne detur materia eos trucidandi, & ipſorum bona deprędandi;ergo iis datur, quorum uel ratione perſonæ,uel ratione rei intereſt,& idcirco, ubi de ſuo intereſſe agitur. Pro certo igitur habebimus proteſtationem hanc iis prodeſſe, qui pro ſe,ſuiſque bonis agunt.

Quare,ſi damnum detur ſeruis ſuis, uel ancillis,dominus eorum , quòd in eius bonis ſunt,& eius idcirco intereſt, proteſtatio hæc proderit,atque ſic dixit Philipp. Franc. eod.

Item ſi de bonis aduentitiis filii quis agat; nam eius intereſt,ex quo uſumfructum eorum habet,ubi uſusfructus impediretur impeditusve eſſet,& facit.c.poſtulaſti de homicid.in antiq. iunct. Gloſſ. ubi pro decimis , quæ ex alieno fundo percipiuntur, proteſtatio hæc prodeſt.

Illud autem animaduertendum eſt,intereſſe hoc,pro quo interpoſita proteſtatio hæc ualet,debere eſſe proprium,& particulare.

2 Ex concluſione propoſita†conſtat,ubi quis pro alterius cauſa,& intereſſe accuſat,eſto proteſtetur, nihil quoad irregularitatem ei prodeſſe;ex quo enim pro ſe tantùm poteſt, ergo ſecus pro aliis;incluſio enim unius alterius excluſio eſt.l.cùm prætor.ff.de iud.ca. nonne.de

3 præſumpt.†Qui ergo teſtis,procuratoris,aduocative partes agit,hic nulla proteſtatione irregularitatem euadet;quippe,qui rem ſuam non agat,& proprium intereſſe, atque ſic dixit Felin. de clerico accuſante furem de furto alteri facto,teſtimoniumve ferente,in ca.poſtulaſti. in fine.de homicid. quem communiter receptum ſenſit Couar.in Clem. de homicid. p.2. §.5.num.4.

4 Verùm†quòd in citat. cap. pen.de homici. lib.6.dicitur proteſtationem prodeſſe iis, qui de ſuis malefactoribus quærelam proponunt, an ſui malefactores dicentur , qui ſuis filiis, aliiſve deſcendentibus, uel aſcendentibus,agnatis,cognatiſve,iniuriam, damnumve inferunt? Videbatur dicendum & pro ſuis, & ſic pro his agi nobis licere ſine irregularitatis metu;nam ſuorum appellatione uniuerſi comprehenduntur uſque ad ſeptimum gradum,ut dixit Gloſſ.in l.ſi fœmina.C.ad Turpill.quam ſequitur Iaſ. in le.1.in fine.ff.in ius uoc.ut ean. & Bald.ab eo citat.multis in locis eam ſingularem appellat.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus , ſcilicet proteſtationem hanc in his caſibus non prodeſſe.Primò,quoniam id habetur in citat.cap.penu.nam,etſi in initio eius canonis de ſuis malefactoribus dixit, in fine tamen repetens eadem Romanus Pont.non amplius ſuorum mentionem facit, ſed ſolùm inquit dari materiam pleriſque trucidandi eos, ſcilicet clericos ; de his enim antea egerat,& ipſorum bona liberè deprædandi : ergo non de iniuria alteri perſonæ illata,de damnove alteri illato, quicunque ſit,hac proteſtatione ſe quis tuebitur,niſi ipſemet læſus,eiuſve bona damnū paſſa ſint.Id quod eo magis dicendum eſt , quod à uerborum forma non eſt recedendum, niſi aliter conſtet de contrario,ut dixit Gloſſ.in c. ad audientiam.de decim.at in eo capitu. pen. proſpicitur ſolùm iis , qui in ſe, ſuiſque bonis damnum paſſi ſunt,ergo ab illis uerbis non diſcedemus. Poſtremò facit Clemen.un. de homicid.ubi, etſi immunis eſt ab irregularitate, qui ſuum occidit,aut mutilat inuaſorem, quādo aliter ſe tueri non poteſt, tamen pronomine illo ſuo non comprænhenduntur Pater, mater,filius,uxor, & alia coniuncta perſona, ut dixit Gloſſ.ibi communiter recept.ergo idem & hic eodem pronomine prædicti non comprænhendentur,atque ſic concluſit Philipp.Fran.in citat.cap.pen.in principio.Couar.tamen in citat. Clement.2.p.§.5.num.4.uerſic.Quaſi conſtitutio, tenet,ut ſcilicet locum habeat proteſtatio,ubi proponitur accuſatio pro iniuria illata accuſatori,aut ſuis,& propinquis & communem opinionem hanc ſentit. Mihi tamen contraria magis placet ob prędicta . Proteſtatio igitur hęc locum habet ſolùm,ubi pro ſuo intereſſe quis agit,uel perſonæ,uel rei,ut ſępiſſimè diximus.

5 Hæc omnia†quæ hucuſque de hac proteſtatione ſcripta ſunt,locum ſibi uindicant non ſolùm in damno iam illato,ut uidimus, uerùm etiam,& in dāno,quod ſibi, ſuiſve rebus quis timet ; contra enim eos à quibus hæc metuimus,agere poſſumus, ut idoneam cautionem nobis præbeant, &ſi à iudice mutilationem, mortemve patiantur,actionis huius occaſione irregulares non efficimur,modò proteſtati fuimus,ita habetur in citat.c.pen.& ibi DD.communiter not.

6 At quid†ſi quis metuat ab aliquo graue dānum Reipubl. aut proximo, an tunc irregularis fiet,ſi hæc mala impēdētia denunciet,in initio proteſtatus ſe ad uindictam ſanguinis id non facere,ſed ne ea mala contingant?Quoad quęſtionem hanc uidebatur dicendum id nos non poſſe ſine irregularitatis metu, etiam ſi proteſtatio fiat;& hoc ob hanc rationem, quod citat.cap.pen.beneficium hoc iis conceſſiſſe tantùm uidetur,qui pro ſe,ſuoque intereſſe agūt, ut proximè probauimus .

Atqui contrarium ſequi debemus , ſcilicet nos poſſe denunciare delicta futura , quæ quis metuit ab aliquo in damnum Reipubl.uel proximi,eſto clerici ſimus , utpote proditiones, conuentus,homicidia, & huiuſmodi alia delicta cōmittenda, modò aliter ſubuenire eis nō

poſſimus,

poſſimus, & proteſtemur nos ea denunciare, quò impediantur, non autem, ut pœna ſanguinis malefactoribus inferatur. Nam primò id aſſeruit Caietan.2.2.quæſtio.33. articul.7. quem ſequitur Nauar. in capitu. inter uerba Corolar.58.11.q.3.& in Man.cap.27. numero 213.uerſic. Nullum tamen,& Maiol.de Irregularitate.cap.7.verſic.Delatores uerò.libr. 2.& Couar.eod.num.4.verſi.quæ quidem opinio. Poſtremò id probatur etiam ratione; nam tã lex naturalis,quàm diuina,ideſt charitatis mãdat,ut periculo,quod Reipubl.proximove impendet,ſubueniamus, ſi poſſimus; lex enim charitatis iubet, ut proximum noſtrum, ſicut nos amemus;at,quòd lex naturalis,diuinaque mandant,per legem eccleſiaſticam non impeditur;nullum enim Eccleſiæ præceptum contra iuris diuini præceptum eſt,ergo per legem eccleſiaſticam prohibitum non eſt, ne in hoc caſu Reipublicę, proximoq; ſubueniatur, nec etiam clericis, cùm & ipſi omnium maximè charitatem colere debeant. Si ergo per eccleſiaſticam legem præceptum naturale,charitatiſque non impeditur;ergo,qui denunciant iudicibus delicta futura cùm proteſtatione iam dicta,irregulares non fiunt: alioquin ob metũ irregularitatis multi ab hac denunciatione, & præſertim clerici auocarẽtur. Accedit,quòd hic in caſu neceſſitatis ſumus, ergo hac quoq. ratione denunciando irregulares non efficimur;nam nullus ſtatus,nullum præceptũ,nullum uotum inhabilem quem reddit ad huiuſmodi ſubuentionem in caſu extremæ neceſſitatis,ut aſſeruit Caietan.eod.uerſic. Et confirmatur. Non obſtat citat.cap.pen.de homicid. nã ibi extra caſum neceſſitatis loquitur,quippe,ubi iam damnum datum eſt, quo caſu, qui damnum eſt paſſus,poteſt ſibimet conſulere. Etſi de damno futuro ibi quoq. agi uelimus, adhuc,ut eccleſiaſticum ius ad diuinum ſe cõformet,accipi debet extra caſum neceſſitatis. Irregularis igitur is non fiet, qui denunciabit damna imminentia Reipubl.uel proximo, ubi aliter ſubueniri ipſis non poteſt proteſtatione præmiſſa.

Excipitur ergo,ubi aliter ſubueniri his malis poſſet,ut pote,quia ſuis admonitionibus,ac præcibus pro certo habet malefactorem à delicto ceſſaturum;tunc enim denunciare eũ non debet,ita aſſeruit S.Thom.2.2.q.33.arti. 7. in reſpon.uerſicu.Et quia illi,qui ſic occultè peccant;etenim tunc ceſſat periculum, & neceſſitas denunciandi.& Couar.ibidem. Pro certo igitur id habere debet,& firmiter id ęſtimare; atque ſic DD.allegati concludunt.

Secundò excipitur, ubi poſſet malo occurrere ſolùm detegendo periculum imminens ſine detectione malum præparãtis; in hoc enim caſu ſat erit præparationem denunciare; nam ſuæ obligationi ſatisfacit, aliàs autem ſi malo prouidere non poteſt,nec ſuaſionibus,nec pręparationem denunciando,ſimpliciter poteſt dicere Caueatis à tali,pręmiſſa proteſtatione, ut dixi. Et ſic in hac quęſtione cum allegatis DD.ſentio,atque concludo:

7 Verùm† quid de fiſco,ſeu aduocato,ſyndicove fiſcali,an irregularis & ipſe fiat? Nam hodie de conſuetudine fiſcus creatur, qui uel fiſcus ſimpliciter dicitur, uel aduocatus, ſeu ſyndicus fiſcalis,& accuſatoris, uel denunciantis potiùs partes ſummit, eſto pars quærelam non proponat, ut de communi Praxi teſtatur Clar.in Pract.crimi.lib.5.§.fin.quæſt.3.uerſicu.Sed certe quicquid ſit de iure,ibi. Et ratio eſt,quia hodie de cõſuetudine,& Diaz. in Practi.crimin.canon.cap.4.& cap.6.Plane concludendum eſt & ipſum irregularem fieri, ubi mors,mẽbrive mutilatio interuenit; fuit enim cauſa & ipſe horum, quo caſu quis irregularis efficitur.cap.ſi quis uiduam.diſt.50. & ca. fin. de homicid.lib.6.Nec proteſtatio ei quicquã prodeſt;quandoquidem nec de offenſa ipſi facta,nec de damno eidem dato agit, ſed alteri, quo caſu proteſtatio non ualet per cap.pen.de homicid.lib.6.& ut ſupra probauimus.

8 Delatores quoque† ſeu denunciatores delictorum irregulares ſunt. Delatores autem appello eos,qui huic muneri prępoſiti ſunt in Parochia,uilla,uel oppido, ut delicta denunciẽt, quæ ibi fiunt, qui & per totam Italiam creantur,ut teſtatur Clar.eod.cap.7.uerſic.Scias autẽ,qui Syndici,Barbiani uero noſtrati lingua Caudelari ſeu cautelarij nominantur; quippe qui cauent delicta,quę ibi fiunt. Hi ergo denũciant delicta,& ſubeunt locum quærelę, uel diffamationis,aperiuntque uiam iudici ad inquirendum,ita Clar.ibid.ubi & qua forma denunciare debeant, & an uiles perſonæ munus hoc exercere poſſint, denunciationumque ipſarum effectus explicat. Si per denunciationes ipſorum igitur mors,membrive mutilatio interueniat,irregulares & ipſi fiunt; quippe,qui cauſam deformationi præſtent,atque ſic dixit Maiol.de irregula.lib.2.cap.7.uerſic.Illud uerò.Irregulares quoque & delatores, qui nõ ex officio,ſed ſponte delicta denunciant, efficiuntur;nam quòd intereſt Reipublicæ, ne delicta impunita remaneant.l.ita uulneratus.ff.ad le. Aquil.ob eam rem & ipſi audiuntur, ita Clar. eod.cap.7.Nec proteſtatio ipſis quicquam ꝓdeſt ob rationem antea allatam. Vel igitur ad inſtantiam partis iudex procedat, uel ex officio,ſicut ipſe irregularis efficitur, ita in priori caſu accuſator,quærelamve proponẽs,in poſteriori uerò denuncians irregulares efficiuntur. Et de hac materia ſatis.

At quid de concionatoribus dicendum eſt, qui in ſuis concionibus hos, illoſve reprehendunt,quamobrem iudices reos capiendos curant,& interficiunt,an irregulares fiunt? Hanc quæſtionem in ſeq.explicabimus.

SVM-

l.nam abſurdum.ff.de bon.libert. Tertiò facit capitu.Petrus.de homicid.ubi qui amicis ſuis proteſtatus eſt,& prohibuit quantum potuit, ne iniuriam ſibi illatam ulciſcerentur, irregularis non fit,ſi contrafaciant, ergo idem & hic. Poſtremò facit,quoniam,qui iubet quem licitè uerberari,proteſtando tamen,ne mutiletur, aut occidatur, irregularis non fit, ſi cōtrafiat, ut dixit Gloſſ.in citat.cap.fin. in uerb. Culpa. de homicid.lib.6.& ſequuntur eam ibi Ancharan.& Gemin.& communiter DD.ergo multo minus irregularis hic fiet,qui ſolùm clamauit,& proteſtatus eſt,ne fur occideretur , aut mutilaretur,ex quo rei licitæ operā dabat. Ab hac ſententia igitur uti benigniori diſcedendum non cenſeo . Et de accuſatore hactenus.

De Irregularitate,quæ oritur ex homicidio voluntario , mutilationeve huiuſmodi auctoritate publica factis,reſpectu habito ad teſtes. Cap. VII.

S V M M A.

1 *Teſtis irregularis efficitur,ſi ob ſuum teſtimonium mors,membrive mutilatio inferatur,quæ regula, quouſque pateat,declaratur.*

2 *Teſtis irregularis fit,ſi ob ſuum teſtimonium mors ſequatur,eſto ad vindictam ſanguinis ſe id non facere proteſtetur.*

3 *Teſtis teſtimonium ferens in cauſa criminali irregularis fit,etiam ſi metu ductus teſtimonium ferat.*

4 *Teſtis irregularis fit in criminali cauſa etiam ſi indicium tantùm faciat ad captionem, vel quæſtionem,ſeu torturam,vel ad inquirendum.*

5 *Teſtis irregularis non ſolùm efficitur in cauſa criminali,verùm etiam peccat ſi clericus ſit.*

6 *Teſtis irregularis fit,qui adhibetur,dum reus inquiritur,ſeu examinatur,vel ſententia ſanguinis in reum promulgatur.*

7 *Teſtis an irregularis fiat , ſi pro reo teſtimonium ferat.*

8 *Teſtis irregularis non fit,vbi in cauſa ciuili teſtimonium fert,eſto mutilatio,morſve interueniat.*

9 *Teſtis an irregularis fiat ſi legitimè ſuſceptus non ſit.*

1 TESTIS quoque†in cauſa criminali irregularis efficitur, ſi ob ſuum teſtimonium mors, mēbrive mutilatio fiat,ita dixit Gloſſ. in cap.1.in uerb. Ad ſacerdotium.di.51.& Innocē. in c.ad audientiam.num. 7.uerſic.facto fecit.de homicid.& Abba.in ca. ſententiam.num.13.iunct. Addit. ne cler.uel monach.& Specula.in titu. De Irregularitate. num.9.uerſic.Ita litigioſus,& Syl.in uerb. Homicidium.3.quæſt.2.uerſic.1.& Ioan.Tabien. in uerb.Irregularitas.1.num.5. uerſicu. Sextò not.& Diaz.in Practi.crim.Canoni.ca.98.nume.21.& Couar.in Clem.un.2.par.§.5.nume. 5.uerſicu. 13. qui de communi ſententia teſtatur tam in clerico,quam in laico, de homi. Et probatur id etiam ratione;nam omnis , qui morti, mutilationive cooperatur,irregularis fit,ut habetur in cap.ſi quis uiduam. di. 50. at à teſtibus pendet facti ueritas, ſecundumque eorum dicta ſententia fertur.argumen. l. illicitas.§.veritas.ff.de off.præſid.ergo teſtes, quorum opera præcipuè ſententia fertur,irregulares efficiuntur,ſi mors, membrive mutilatio ſequatur. Id quod pro regula habebimus.

2 Hæc autem regula multis modis amplificatur;†nam locum habet,eſto teſtis proteſtetur, ſe teſtimonium non ferre ad pœnam ſanguinis;nihilominus enim irregularis efficitur,vbi mors,membrive mutilatio ſeqtur, ut inquiūt Felin.in capitu.poſtulaſti.in fine.de homicid. & in capit.de cætero.uerſic. Fallit ſecundò.de teſtibus,& Couar.in Clement. 1. de homicid. in 2.par.§.fin.num.5.uerſicu. Decimotertiò, qui de communi ſententia teſtatur,& Iul.Cla. in Pract.crim.lib.5.§.fin.quæſt.24.verſic. Sed quid ſi clericus. Idque iure meritò , nam c.pe. de homicid.lib.6.ubi de proteſtatione hac agitur,locum habet ſolùm , ubi de ſuo intereſſe quis agit, ut in antecedenti capite probauimus; at teſtis pro re ſua teſtimonium nō fert, ut per ſe patet.

3 Secundò†irregularis teſtis efficitur,etiamſi per uim,metumve, qui in conſtantem uirum cadat,teſtimonium ferat;eſto enim uis, ac metus talis à peccato excuſet, non tamen ab irregularitate,atque ſic dixit Ioan.Tabien. in ver. Irregularitas. 2.quæſ.22.ubi eum irregularem factum inquit,qui indicat eum, qui ad mortē quæritur,quò ipſe mortem fugiat. Idem Diaz. in Pract.crim.canon.capit.98.num.21.uerſic. Nam etiam ſi quis,ubi ait ſi quis per uim , uel metum,qui in conſtantem uirum cadat, cogatur delinquentem exhibere,ſemper hunc irregularem fore,ſi mors,membrive mutilatio ſequatur;quandoquidem uis à peccato excuſat, non autem ab irregularitate,& Maiol.de Irregularitate.lib.2.capitu 8.num.2.Contrarium tamen dicēdum uidebatur;tum quòd,ubi aliter ſe tueri non poteſt contra ipſum aggredientem,ſine irregularitatis metu ipſum interficere poteſt.per Clement.unic.de homicid. tum quòd ſi quis uelit me percutere , & ego declinans percuſſionem euado,alius uerò ob meam declinationem percutitur,& moritur,irregularis non fio,ut dixit Tabien.eod. modò in fraudem id non faciam,& idem Tabien.eod.3.qu. 2.Atqui à propoſita cōcluſione diſcedendum non eſt,nec rationes allegatę obſtant. Non citat.Clement.unic.nam ipſa permittit eum interficere,

terficere,qui nos inuadit; at in caſu noſtro qs cauſa non eſt,ut eum inuadens occidatur, ſed ut iudex alium interficiat. Non etiam ſecunda ratio obſtat; nam, qui declinat percuſſionem, id facit,quo ſe tueatur, eſto per accidens contingat alium percuti, & mori: id quod à iure non conſideratur.argum.c.ſæpe numero.diſt. 50.in uno enim quoque actu id inſpicitur,qđ principaliter agitur.l.non omnis.ff.ſi cer. pet. & l.1.ff.de auctor.tut.

4 Tertiò† teſtis irregularis efficitur,ubi indicium etiam tantùm facit, aut ad inquirendũ, aut ad capiendum, aut ad torquendum ipſum reum,ſi deinceps mors, membrive mutilatio ob alias probationes, reive confeſſionem ſequatur,ita Maiol.de Irregular.lib.2.cap. 8.numero 5.

5 Quartò† ſi clericus teſtimoniũ ferat,in cauſis criminalibus,non ſolùm irregularis fit, ſi mors,membrive mutilatio ſequatur;uerùm etiam peccat,eſto prædicta non ſequantur; non enim ubi pœna ſanguinis interuenire poteſt, teſtimonium ferre clerici debent, ut habetur in cap.teſtimonium,& ibi Gloſſ.11.quęſt.1.& Abba.ac Felin.in cap.de cetero de teſtibus, & Iul.Clar.eod.lib.5.§.fin.q.24.uerſic. Vlterius quæro.

6 Poſtremò† irregularis etiam teſtis eſt non ſolùm,qui teſtimonium contra reum fert, uerùm etiam,ubi adhibetur teſtis, uel dum reus inquiritur,ſeu examinatur, uel ſententia ſanguinis promulgatur,ita Maiol.ibidem.

His igitur modis regula amplificatur, quæ tamen irregularitas locũ non habet,ubi mors, membrive abſciſſio ſecuta non eſt; quoad irregularitatem enim Eccleſia effectum, non autẽ conatum conſiderat,ut ſupra uidimus.

Secundò excipitur, ubi in cauſa criminali quis teſtimonium fert, quæ pœnam ſanguinis non meretur;eſto enim iudex odio, imperitia ve reum deformet,aut ob aliam cauſam, teſtis tamen irregularis non efficitur,ut ſupra de accuſatore concluſimus.

7 Tertio† irregularis non efficitur teſtis, ubi pro reo teſtimonium fert; nam eſto accuſator pœna talionis,ideſt morte afficiatur, quòd tamen teſtis culpa uacat, ob eam rem irregularitatẽ euadet; per accidens enim cõtingit mors accuſatoris,quę non curatur,ubi quis rei licitæ operam dat.argum.c.Ioannis, & c. fin.de homicid.& c.ſępe, & ca. ſeq.d.50 atque ſic dixit Diaz.in Pract. crim.ca.98.num.22.

8 Poſtremò † excipitur, ubi in cauſa ciuili quis teſtimonium fert;nam eſto iudex pęnam ſanguinis inferat,irregularis tamen teſtis non efficitur,ut de accuſatore ſupra probauimus.

9 Verùm† quid ſi quis teſtimonium ferat,ſed non legitimè,quia non fuit legitimè examinatus,ut pote, quia ſine iureiurando teſtimoniũ depoſuit,an ſi nihilominus mors ſequatur,irregularis fiet? Ego ſentio & in hoc caſu ipſum irregularem eſſe;nam extra iudicium,qui reum fugientem indicat, irregularis efficitur, ut infra probabimus,& qui illicitum actum gerit,irregularis fit.cap.fin.de homicid.libr.6.ergo idem & hic;ſecus autem, ſi aliis probationibus mors ſecuta ſit,& ſuum teſtimonium nihil profuerit,ita reſpondit de teſte,qui in iudicio teſtimonium tulit, Nauar.in conſil.18.de homicid.libr.5. ut ſcilicet irregularis non ſit teſtis ĝ ex eius dicto mors ſecuta non ſit. Sed de teſte hactenus; ad publicum ſcribam tranſeamus.

De Irregularitate,quæ oritur ex homicidio voluntario, mutilationeve huiuſmodi, auctoritate publica factis reſpectu habito ad publicum ſcribam,ſeu tabellionem,ſeu notarium. Cap. VIII.

SVMMA.

1 *Publicus ſcriba,ſeu notarius,ſeu Tabellio irregularis efficitur,ſi acta iudicij criminalis ſcribat, ubi inde mors,membrive mutilatio ſequitur.*

2 *Scripta non authentica in cauſa criminali an irregularem ſcribentem reddant.*

3 *Scripta à priuata perſona in cauſa criminali an irregularem ſcribentem reddant.*

4 *Copiſtę proceſſus criminalis irregulares etiam fiũt.*

1 PVBLICVS ſcriba itidem, † ſiue Notarius,uel Tabellio irregularis fit,qui ſententiã, uel alia acta, quæ fiũt in cauſa criminali,ſcribit,ubi deinceps aut mors, aut membri mutilatio interuenit. Nam primo id dixit Glo.in cap.1.in uerb.Ad ſacerdotium.d.51.ibi enim ait, quicunque fuit accuſator,aut aduocatus,aut iudex,aut teſtis,uel notarius in cauſa ſanguinis,non poſſe promoueri;ergo notarius irregularis eſt;ipſe enim acta iudicii ſcribit.Idem dixit Specula.in tit.de Irregularitate.numer.9.uerſi. Item litigioſus, & Syl.in uerb.Homicidium.3.quæſt.2.uerſic. Vnde in cauſa mortis. Secundo id habetur in cap.ſententiam.ne cler.uel monach.ubi prohibetur clericis, ne literas pro uindicta ſanguinis ſcribant;& hoc ob eam rationem, ne irregulares fiant:ergo acta iudicii criminalis notarius ſcribens irregularis fit. Vel igitur atteſtationes recipiat,ſeu teſtimonia, uel rei confeſſionem,actaque alia iudicii,ac demum ſententiam,irregularitatem non effugiet, ut de atteſtationibus dixit Innocen.in cit.ca. ſententiã. in principio,& in uerſic. Sed dices.propè finẽ. Poſtremò id probatur ratione;nam ſine dubitatione notarius, qui acta iudicii criminalis ſcribit,auxilium præbet ad mortem,mutilationemve inferendam,ut inquit Innocen.in eod. capit.

capit.ſententiam.in fine; ex actis enim quæ à notario conſcribuntur, iudex edocetur mortẽ, membrive mutilationem inferendam eſſe. argu.l.illicitas.§.ueritas.ff. de offi. pręſid.at,qui auxilium ad hęc præbet,irregularis efficitur,ut habetur in capi.ſicut dignum.§.illi etiam.& §. fin.de homicid.ob eam rem Notarius irregularis fit.Non eſt igitur, quod hac de re dubitemus.Verùm,quò materia hæc notior ſit,abſolutaque tradatur, has quęſtiones diſſoluendas nobis proponimus. Primò, quid ſi ſcripta à notario authentica non ſint. Secundò,quid ſi ſint ſcripta à priuata perſona. Tertiò, quid ſi quis alio dictante literas ſcribat, quibus mandatur iudici,ut quem mutilet,occidatve.quartò quid ſi alio mandante quis literas ſcribat,ut aliquis ſimpliciter capiatur, nulla mentione uindictæ ſanguinis facta. Quintò,quid de legente literas miſſas iudici, quibus mandatur, ut quem morte afficiat,aut mutilet. Sextò,an per ſuſceptionem, officii notariatus in cauſis criminalibus irregularis quis fiat. Poſtremò, quid ſi quis acta in criminalibus ſcripſerit,nulla tamen deformatio interuenerit,an nihilominus irregularis hic fiat. Has ergo quæſtiones explicandas nobis propoſuimus; iam igitur eas aggrediamur,& priùs primam.

2 Prima quæſtio igitur hæc eſt, † an notarius, qui ſcripſit acta iudicii criminalis, ſed ſcripta non ſunt authentica, irregularis efficiatur, ſi mors,mẽbriue mutilatio deinde ſequatur occaſione eorum actorum.Innocen.in citat. capi.ſententiam,in principio. ſentit hunc irregularem nôn fieri,ſed tamen dubius; nam inquit ſcribere non tamen in forma authentica forte nõ facere irregularem;& ratio poteſt eſſe, quoniam acta legitima eſſe debent, & authentica, quo ſententia feratur.Contrarium tamẽ DD. communiter concludunt,ut ſenſit Abba.in eodem cap.ſententiam. numero 12. qui & hanc opinionem Innocen.etiam adſcribit.Id quod uerum non eſt,vt ex eius uerbis proximè relatis dignoſcitur.Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut mors inde ſecuta non eſt,ſcilicet ex illis actis, ſed ex aliis,& ipſis iudex neque pro indiciis uſus eſt; & in hoc caſu non dubius, ſed pro certo opinionem Innocent.ueriſſimam cenſeo, ut ſcilicet irregularis hic non fiat; quippe,quia non fuit cauſa,nec auxilium dedit,ut mors, membrive mutilatio ſequeretur,& ad irregularitatẽ incurendam in hac ſpecie,uel cauſa, uel culpa requiritur,ut uidebimus,non autem ſat eſt conatus.Aut ex illis actis mors, membrive mutilatio ſecuta eſt, uel quia inde indicia ſumpta ſunt ad inquirendum, & in hoc caſu irregularẽ hunc fore cum communi ſententia concludo; nam,eſto plenè per ipſa acta non probetur delictum,auxilium tamen tribuunt iudici contra eum,quod ſat eſt ad irregularitatem incurrendam.argum.capitu.ſicut dignum. §. illis autẽ, & §.fin.de homicid.In hac igitur quęſtione ſic concludendum cenſeo.

3 Secunda quæſtio eſt, † an ſi priuata perſona acta iudicii criminalis ſcribat, irregularis efficiatur. Quoad quæſtionem hanc breuiter cõcludo irregularem hunc fore; nam facto adiuuat,quod ſat eſt ad irregularitatem ſubeundã. argum.c.ſi quis uiduam.d.50.& cit. cap. ſicut dignum.de homicid.in eiſdem locis, atque ſic dixit Maiol.de irregular.libr. 2.cap.6.uerſicu. Ad eoſdem Tabelliones; etenim & proximè concluſimus ob auxilium datum per acta notarii nõ authentica irregularitatem ſequi, eſto hoc caſu pro priuatis habeantur.argum.l.ſi.ff. de iuriſdi omn.iud.& cap.fin.de conſtit.lib.6.

4 Exempla † etiam faciẽtes ſcripturarum, qui copiſtæ dicuntur,irregulares fiunt,quandoquidem adiuuant & ipſi cauſam,ita Maiol.de Irregular.lib.2.cap.8.num.5.& cap 6.num.8 Excipio tamen & hic,ubi ex hac ſcriptura priuata nullum auxilium datum eſſet, ſed aliunde mors omninò ſecuta eſſet.Et de quæſtione hac itidem ſatis, ad alias tranſeamus:id quod in ſequen.præſtabimus.

S V M M A.

1 *Scribens literas alio dictante,quibus mandatur iudici, ut quem occidat,mutiletve, an irregularis fiat,ſi mors,membrive mutilatio ſequatur.*

2 *Scribens literas alio dictante,vt quis capiatur nulla mentione vindictæ ſanguinis facta, an irregularis fiat,ſi ex ea captione mors, membrive mutilatio interueniat.*

§. I.

1 §. †Tertia quæſtio eſt,an ſcribens literas, alio eas dictante, uel mandante, quibus mandatur iudici, ut quempiam occidat, mutiletve irregularis fiat, exempli gratia Princeps ei,qui ſibi eſt à ſecretis,mandat,ut ſcribat ad iudicem aliquem ſuum,ut Titium morte afficiat,mutiletve.In hac quęſtione breuiter concludendum eſt ſcribentem irregularem fieri. Id quod probatur primò ob id,quod auxilium affert ad homicidium illud faciendum, quod ſat eſt ad irregularitatem ſubeundam.ca.ſicut dignum.§.ille etiam.de homicid.& cap.ſi quis viduam.d.50.cum ſimil.Poſtremò facit, quoniam clerico prohibetur,ne literas pro uindicta ſanguinis ſcribat,ut dicitur.in cap. ſententiam.uerſic.Nec quiſquam. ne cler.uel mona. & hoc ob id ne fiat irregularis, ſi mors, membrive mutilatio ſequatur,ut dixit Abba.ibi.numero 11.Si ergo clerici irregulares fiunt literas huiuſmodi ſcribendo, & laici fient cùm in hoc caſu pares ſint.Ab hac igitur ſententia nõ diſcedemus; atque ſic in ſimili conſuluit Nauar in conſ.16.de hom.lib. 5.ubi ſecretarium quendam irregularem factum dixit, qui literas à ſe ſcriptas detulit iudici, quibus iubebatur,ut quis morte afficeretur.

2 Quarta quęſtio eſt,† an ſcribens literas alio dictante

dictante,uel mandante,ut quis capiatur, nulla uindictę ſanguinis mentione facta,an irregularis inquam ſcribẽs fiat,ſi ex ea captione mors, membriue mutilatio ſequatur.Hanc quæſtionem Abba.ac DD.diſputarunt in cit.cap.ſententiam,& uarię ſententiæ de ipſa ſunt. Hoſti. ſenſit hunc irregularem eſſe; ex quo enim inquit periculoſum hoc ſcribenti eſſe,tacitò ſentit irregularem fieri,& ita DD. qui eum ſequũtur,interpretantur,ut ait Abba.in eod.ca. ſententiam.num.12.uerſic.Secundò quęro. Probatur autem hac potiſſimum ratione, quoniã hic culpa non uacat; cum enim homines capi non conſueuerint pro nihilo(ut eorum uerbis utar)cogitare debuit mortem,membriue mutilationem interuenire poſſe.

Petr.autem de Ancharan. non ſimpliciter opinionem hanc ſequitur, ſed ſic diſtinguit. Aut, qui mandauit has literas ſcribi eſt iudex cauſarum ciuilium, & non conſueuit capere pro delicto;& in hoc caſu,quamuis mors, mẽbrive mutilatio ſequatur,uel quòd primò erat fortè condemnatus,uel de crimine fuit conuictus,irregularis hic nõ erit;ſentit enim in hoc caſu culpa ipſum uacare, & irregularem idcirco non fieri. Aut qui mandauit ſcribi,iudex cauſarum criminalium eſt, uel tam ciuilium, quàm criminalium;& in hoc caſu ſequitur opinionem Hoſtien.quippe qui non culpa careat, ex quo id euenire poſſe cogitare debebat.

Abb.uerò ſic diſtinguebat.Aut ſcribens eſt in culpa,quia ſcilicet de mandato iudicis criminalium ſcripſit,uel alterius iudicis,cui obtemperare non tenebatur, nec officium illud exercere,& in hoc caſu, ex quo operam dat rei illicitæ,irregularis tamen fit,licet ſine ſua culpa prędicta ſequantur iuribus ab ipſo cit.Aut non eſt in culpa,& tunc ſecus.

Quid igitur concludendum? Ego has opiniones conciliandas inter ſe ſic cenſeo. Aut, qui ſcribit has literas laicus eſt, & idcirco is, cui non eſt interdictum,ne acta iudicii ſcribat, & huiuſmodi munus obeat; & in hoc caſu diſtinctionem Ancharan.ſequor, ut ſcilicet ſi de mandato iudicis cauſarum criminalium ſcribat,irregularis fiat(non enim culpa uacat) ex quo id euenire poſſe cogitare debebat, & in hoc etiam Hoſtien.ſententia ueriſſima eſt, & ſecunda pars diuiſionis ipſius Abbatis,& Ancharan.ſecunda pars diuiſionis. Si uerò de mandato iudicis cauſarum ciuilium ſcribat,& ita eius,qui nec mortem inferre,nec mutilationem poteſt,ſecus;nam dat operam rei licitę ipſi,& in nulla culpa eſt;ob eam rem, eſto mors, membrive mutilatio ſequatur, ei tamen id adſcribi non debet.argumen.cap.Ioannes, & ca. fin.de homicid.& in hoc etiam uera eſt prima pars diuiſionis Ancharan. & ſecunda diuiſionis Abba.Aut loquimur in clerico,& in hoc caſu de mandato cuiuſcunque iudicis laici, uel cauſarum criminalium,uel ciuilium ſcribat, irregularis fit, ſi mors, membrive mutilatio ſequatur;nam, ſi de mandato iudicis cauſarum criminalium ſcribat,id euenire poſſe cogitare debuit,ut diximus de laico. Pręterea rei ſibi illicitæ operam dedit;non enim clericis permiſſum eſt,ut ſcribant pro uindicta ſanguinis, ut habetur in capitu.ſententiam.uerſic.Nec quiſquam.ne cler.uel monaci; quo caſu quicquid ſequitur,etiam ſine ſua culpa ipſi tribuitur.argum.cap.continebatur.de homicid.& ut tradit Gloſſ.in cap.ſicut dignum.in §.fin.eod.Si uerò de mandato iudicis laici cauſarum ciuilium,quòd in hoc caſu rei illicitę etiam operã dat.argum.cap.ſicut te.ne cler.uel monac.ob eam rem id ei tribuitur,eſto aliàs culpa uacet. Excipio tamen in hoc poſtremo caſu, ubi ab eo id ipſi perciperetur,qui id poſſet;vt à iudice eccl.& in his duobus membris iũcta exceptione locum etiam ſibi uindicat opinio Abb.qui ſenſit hanc differentiam inter clericos, & laicos, etſi non apertè. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo, & ueriſſimam exiſtimo; iam alteram aggrediamur.

SVMMA.

1 *Legens literas Principis,quibus continebatur, ut quendam caperet,& occideret, an ob lectionem irregularis fiat.*

2 *Portans literas,quibus mandabatur, ut quis occideretur,an irregularis fiat.*

3 *Publicus ſcriba,qui officium cauſarum criminaliũ ſumpſit,an irregularis fiat ob ſolam tantum ſuſceptionem.*

4 *Publicus ſcriba an irregularis fiat,ſi acta criminalia ſcripſit,immò & ipſam ſententiam, qua quis morti condemnabatur,ubi mors deinceps ſecuta non eſt, nec membri mutilatio.*

§. II.

1 †Quinta quæſtio eſt,ſi literę cuipiam iudici redditæ ſint,quibus per principem ſignificabatur,ut homicidam quempiam, qui in tali hoſpitio moratur,capiat, & morte afficiat,iudex uerò eas literas clerico ſuo,ſiue Capellano legendas tribuat,an clericus irregularis fiat,ſi lectis literis,homicidam capiendũ, & morte afficiendum curet. In hac quæſtione, quam diſputarunt Abba.ac DD.in cap.ſententiam.ne cler.vel monac.duæ ſentẽtię ſunt;quarum altera fuit Ioan.Andr.& Hoſt.qui exiſtimarunt hunc irregularem eſſe. Probatur autẽ horum ſententia primò hac ratione,quoniam per lectionem hanc homicidium ſecutum eſt; ergo irregularis eſt factus hic lector.argum.c. fin.de homicid.lib.6. Hęc ratio mihi non ſatiſfacit;nam homicidium non eſt ſecutum ob lectionem,ſed ob iuſſum ſcribentis,quare ipſi legenti tribuendum non eſt.Secundò inquiunt, & opem ad mortem legentem pręſtitiſſe, & idcirco irregularitatis notam non effugere.cap. ſicut dignum.§.illi etiam.de homicid.Hæc ratio etiam nihil facit;nam dabat operam rei licitæ

citæ

citę,& ignorabat probabiliter,quid his litteris contineretur,ergo irregularis non efficitur. argum.c.Ioannes,& c.fin.eod. Poſtremò referũt Clementem Quartum ſic reſpondiſſe.Hæc auctoritas etiam non me mouet;nam aut reſpondit legem ſanciendo, ꝑ modũve legis ius antiquum declarando;aut oppinando; de primo non conſtat,ergo de ſecundo accipi debet; at quod Romanus Pont.opinando inquir,vt quiuis doctor pro lege non habetur,vt apud Inn. in ſexcentis locis id animaduertere licet, ergo hac auctoritate opinio hæc non nititur.

Quare cõtrariam opinionem amplexata eſt Additio ad Abb.in cit.c.ſententiam.n.14.in litera B.vt ſcilicet hic irregularis non ſit. Probaturque hac potiſſimum ratione,quoniam,qui hominem caſu occidit,irregularis non ſit,vt dixit Bar.in l.illicitas.§.ſicuti.ff.de off.præſid.& Zab.in Clem.vnic.de homicid.q.12.ergo ex quo hic caſu homo interfectus eſt,irregularis exiſtimari non debet;Hæc ratio taceri poteſt, modò recte accipiatur; nam hic clericus literas legens rei licitæ operam dat;non.n.id prohibitum eſt,ergo quamuis mors deinceps ſequatur,irregularis notam non ſubit.arg.cit.c. Ioannes,& c.fin.de homicid.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut hic lector ſciebat,quid illis litteris continebatur?& in hoc caſu irregularem ipſum fieri cenſeo, cum ipſi prohibitũ ſit legere literas ſanguinis vindictam continẽtes,ut habetur in cit.c.ſententiam;ſine dubitatione enim opẽ fert huic homicidio. Aut ignorabat,quid ipſæ literæ continerent;& in hoc caſu irregularitatis notam ipſum euadere cẽſeo, nam dat operam rei ipſi quoque licitę,ignorat ipſum factum,prouidere etiam nõ poteſt, quo caſu,eſto homicidium ſequatur,irregularitatẽ tamen effugit.arg.cit.c.Ioãnes,& c.fin. Nec facit ſi dicatur,debet deſinere à lectione; nã uix hoc fieri poteſt,præſertim quod & dando iudici literas dicendum eſſet auxilium ad homicidium etiam ferre;& quę diximus de clerico,eadẽ ſentimus & de laico. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo,quæ concluſio & benignior,& uerior mihi uidetur; culpã enim punit, innocentiam uero à pœna immunem reddit.

2 Ex ſolutione huius quæſtionis † ſoluitur ẽt illa quæſtio,an qui has literas detulit,irregularis ipſe factus ſit;nam,ſi non ignorabat, quid ipſis contineretur, planè irregularitatem non effugit;opem enim fert, & auxiliũ homicidio, quo caſu quis irregularis efficitur.c. ſi quis uiduam.d.50.& cit.c.ſicut dignum.§. illi etiam. de homicid. Si uerò id ignorabat,ex quo rei licitæ operam dabat,irregularis nõ efficitur.cit. c.Ioannes,& c.fin.de homici. Et quæ diximus de literis latis ad iudicẽ in caſu licito,& in iudiciis,eadem ſentimus, & de legentibus literas,& deferentibus extra iudicium, & in caſu etiam illicito;nam deferens irregularis nõ ſit probabiliter id ignorans,nec etiam legẽs,modò & ipſe id priùs non nouerit. Et de quęſtione hac ſatis.

3 Sexta quæſtio eſt,†an irregularis fiat publicus ſcriba,qui officium hoc ſumpſit,ſcilicet cãrum criminalium per ipſam tantùm ſuſceptionem,eſto adhuc nullum actũ geſſerit,ac ſcripſerit. Maiol.de irregularitate,lib.2.ca.6. nu.4. irregularem hunc fieri ſenſit. Et hoc ob eam rationem,quoniã curię ſe dedit, & obligauit. Hæc ratio mihi non ſatisfacit;nam quæſtio ꝓpoſita eſt,an ob ſuſceptionem huius officii irregularitate hac afficiatur,de qua agimus,quę cõtrahitur ob defectum perfectæ lenitatis, ſed quia curiæ obligatus eſt,ratio hæc ad rem hãc non facit.

Quare contrariam ſentẽtiam ſequor, ut ſpecie hac irregularitatis non afficiatur. Primò, quoniam, qui ſcribit literas pro uindicta ſanguinis,irregularis non ſit,vbi mors,membrive mutilatio non ſequitur,ut dixit Abb. in c.ſententiam.num.11.uerſ.Venio nunc. ſola enim ſcriptura,ut dixit Ioan.Andr.in nullo caſu conſtituit irregularem ſcribentem,ergo multo minus,qui officium tantùm ſumpſit. Poſtremò, quoniam conatus interficere aliquem irregularis non efficitur,ſi mors nõ ſequatur, aut mẽbri mutilatio,ergo neque hic, atque ſic ſenſit Diaz.in Pract.Crim.canon.cap.58.nu.4.uerſ. Quod ego adhuc ſubintelligerem. nam ibi ait clericatum,& beneficium non perdere clericũ ob ſuſceptionem officii tabellionatus,antequã ceperit uti eo officio in criminalibus. Si ergo non amittit clericatum,ergo non efficitur irregularis;de charactere enim non eſt hoc dubiũ; nam uel irregularis quis fiat,ipſe remanet. Cõcludo igitur cùm his rationibus; tùm aliis redditis à me ſupra Ca.5.q.6.de iudice,per ſuſceptionem officii tabellionatus tantùm irregularitate huius ſpeciei hunc non affici, quamuis alia afficiatur,quod ſcilicet obligatus eſt curiæ ob ſuſceptionem officii.

4 Ex his remanet ẽt ſoluta poſtrema quæſtio,† an irregularis fiat publicus ſcriba,uel alius ſcriptor,qui acta,& ſententiam ſcripſit in cauſa criminali,ſed tamen mors, mutilatiove membri non eſt ſecuta;nam concludendum eſt irregularem ipſum non fieri,niſi prædicta ſequantur ob ea,quæ diximus ſupra cap.3.q.5. Et de Tabellione ſatis,ad aduocatum tranſeamus.

De Irregularitate,quæ oritur ex homicidio volũtario,mutilationeve huiuſmodi auctoritate publica factis,reſpectu habito ad aduocatũ, & conſiliarium. Cap. IX.

SVMMA.

1 *Aduocatus actoris,& accuſatoris irregularis ſit, ſi ob*

E

ſi ob ſuam operam reus mortem, membri ve mutilationem patiatur: quæ regula, quouſque pateat, declaratur.

2 *Aduocatus actoris, ſeu accuſatoris irregularis fit, etiam ſi proteſtetur ſe ad uindictam ſanguinis nō aduocare.*

3 *Informans iudicem de proceſſu criminali irregularis fit.*

DE Irregularitate aduocati cum hic agendum nobis ſit, quò materiam hanc dilucidiorem habeamus priùs de aduocato accuſatoris, dein-
1 ceps de aduocato rei agamus.† Aduocatus igitũ actoris, ſeu accuſatoris in cã criminali irregularis fit, ſi mors rei, eiuſdẽve membri mutilatio ſequatur. Nam primò id dixit Gl. in c. 1. in uerb. Ad ſacerdotium. d. 51. & ſequitur Inn. in ca. ad audientiam. num. 7. uerſi. facto fecit. de homicid. & in cap. ſententiam in principio, ibi. Itẽ, nec aduocatus, & Abba. ibid. num. 15. ne cler. uel monac. Idem Abba. in c. 1. num. 4. in fine. de poſtulan. & Specul. in Titu. De Irregularitate. num. 9. uerſ. Item litigioſus, & Archiep. Flo. in Tract. de Irregularitate in cap. incip. Homicidium uerbo, & Syl. in uerb. Homicidium. 3. q. 2. uerſi. 1. & Diaz. in Pract. crimin. canon. numer. 19. cap. 98. & Couar. in Clem. unic. 2. p. §. 5. num. 5. uerſi. Duodecimò. de homi. communis denique DD. ſententia hæc eſt, ut teſtatur Couarr. ibidem. Poſtremò probatur id etiam ratione; nam aduocatus auxilium præbet, ut reus puniatur, ut mors, membrive mutilatio inferatur, ut per ſe patet; at hic irregularis eſt, ut habetur in cap. ſicut dignum. §. illi etiam. de homicid. Merito igitur irregularis aduocatus efficitur, ſi mors, membrive mutilatio ſequatur.

Hæcque regula, ſeu ſententia locum habet, etiã ſi iuſtè, ſeu in cauſa iuſta patrocinetur: nã & iudex irregularis fit, eſto iuſtè ſententiam ferat, ac mereatur, ut antea ſuo loco ꝓbauimus.

2 Item locũ habet† eſto proteſtetur ſe ad uindictam ſanguinis non aduocare; nam ita dixit Ioan. de Imol. quem refert, ac communiter recept. teſtatur Couar. in Clem. unic. de homici. 2. p. §. 5. uerſ. Duodecimò, & Diaz. in Prac. crimi. canon. ca. 98. nume. 19. Idque iure meritò, proteſtatio enim ſolùm operatur, ubi quis in cauſa propria proteſtatur, ut habetur in c. 2. de homicid. lib. 6. & ſupra probauimus in cap. De accuſatore, ergo aduocato in cauſa aliena non proderit.

Excipitur tamen primò, ubi in cauſa ſua aduocaret ob rationem proximè allatam.

Secundò excipitur, ubi neque mors, neque mutilatio ſecuta eſt; tum quòd DD. allegati antea id omnes dicunt; tum quòd hæc irregularitas non naſcitur, ubi mors, membrive mutilatio non interuenit.

Poſtremò excipitur, ubi in cauſa ciuili aduocatus eſſet, uel in cauſa criminali, ſed tali, quæ mortem nō meretur, vel ſi mortem mereatur, coram iudice eccleſiaſtico agitur; in his enim caſibus, ob rationes, quas ſupra de accuſatore attulimus, irregularis quis nō efficitur, eſto ex ipſis deformationibus altera ſequatur. Sine du-
3 bio† autem irregularis erit, qui iudicẽ edocet, & informat de cauſa, & proceſſu, uel ſummam facit proceſſus ad faciliorem iudicis inſtructionem, uel elicit dubia pro fiſco, uel exceptiones & nullitates pro eodem, vt aſſeruit Maiol. de Irregular. lib. 2. cap. 6. num. 8. Et de aduocato accuſatoris hactenus; iam de aduocato rei agamus; an & ipſe irregularis fiat; id quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Aduocatus rei an irregularis fiat, ſi accuſator morte, membriue mutilatione afficiatur.*

2 *Aduocatus rei irregularis fit, ſi petat accuſatorem puniri pœna ſanguinis, & pœna ſequatur.*

3 *Aduocatus rei irregularis fit, ſi per dolum, & iniuſtè defendit reum, & idcirco pœna ſanguinis accuſator afficiatur.*

4 *Aduocatus rei irregularis efficitur, ſi ob eius imperitiam, culpam, negligentiam, dolumve reus morte, membriue mutilatione afficiatur.*

§. I.

1 §. †De aduocato rei agendum nobis ꝓpoſuimus, an irregularis fiat, ſi contingat accuſatum ob aduocationem, morte, membrive mutilatione affici. Quę quidem quæſtio ſicut pluribus in locis à DD. pertractatur, ſcilicet à Gl. in c. 1. d. 51. & in c. 1. de poſtul. & in c. ſententiam ne cler. uel monach. & à Couar. in Clem. unic. de homicid. 2. p. §. fin. nume. 5. ita etiam uariæ DD. ſententiæ ſunt. Nam primò Io. And. exiſtimauit clericum, ſi ex officio aduocationis accuſator, qui ſe ad pęnam talionis obligarat, ſanguinis pœna afficeretur, irregularem fieri. Hanc opinionem tutiorem dixit Gl. in cit. c. 1. in uerb. Ad ſacerdotium. d. 51. cũ eadem DD. communiter tranſire teſtatur Abba. in eod. c. ſententiam. nu. 15. uerſ. Quintò quæro: eamq. ipſe Abb. ſequi uidetur quoad clericũ, in cit. c. 1. de poſtul. Et hoc ob eam rationẽ, quoniam contingere poteſt propter imperitiã aduocati reum ſuccumbere, uel propter aſtutiam, ac malitiam abſolui, & accuſatorem ad pœnam talionis condemnari, quamobrem ſuadet, ut clericus omnino ſe abſtineat, & ſi non uult ſe abſtinere, ut proteſtetur ſæpe coram iudice ſe non intendere ad uindictam, uel pœnã talionis, ſed ſolùm ad defenſionem rei, & ut curet, quò pęna ſanguinis in pœnam carceris, uel exilii mutetur, ut refert Abb. in eod. c. 1. de poſtula. numer. 5. Hæc tamen ratio, ſicut etiam conſilium non mihi omnino probatur; nã quę-

ſtio

ſtio diſputatur, ubi aduocatus rei iuſtè ipſum defendit, & calumnia non utitur, nec malitia in accuſatorem; non autem, ubi iniuſtè reum defendit,accuſatoréve oppugnat; in his enim caſibus ſine dubitatione irregularis fit ob ſuã culpam,ex quo illicitæ rei operam dat. iuxta capitu.tua.de homicid. Non etiam conſilium mihi probatur,quoad proteſtationem, quandoquidem proteſtatio non prodeſt , niſi ubi rem tuam quis agit,non autem alterius, ut habetur in capitu.penu.de homicid.lib.6. & nos antea in Cap. de accuſatore id probauimus . Hinc eſto, concludat demum , ut clericus ſe abſtineat,antea tamen irregularem hunc non effici dixit, ſi aduocatus omnino culpa uacaret.

Quare altera fuit opinio quorundam, ut ſenſit Gloſſ.in citat.capitul.1.diſt.51. & Abba. in eod.capitu.ſententiam.num.15. qui exiſtimarunt aduocatum rei etiam clericum irregularem non fieri.Et hoc ob eam rationem , quoniam Eccleſia reos etiam defendit.capi. reos. 23.q.5.Reos ſanguinis,dicitur enim ibi,defendat Eccleſia,ideſt clerici; ergo clerici poſſunt reos defendere, & aduocati reorum eſſe. Ad hoc tamen Gloſſ.in eod.cap.1.reſpondet eum canonem accipi debere,quando Eccleſia intercedit,ut ſcilicet id liceat,non autem aliàs: intercedere autem intelligit, ubi præcibus , & commendatione utitur, ſicut facit,ubi reus ad Eccleſiam confugit . Hæc tamen reſponſio mihi non ſatisfacit, quandoquidem canon ille ſimpliciter inquit,ut Eccleſia reos defendat.

Tertia fuit opinio diſtinguentium, & primò Abba.in citat.capitul.ſententiam , qui ſic diſtinguebat. Aut aduocatus rei clericus eſt, & in hoc caſu, ex quo rei ſibi illicitæ operam dat(non enim clericis permiſſum eſt criminales cauſas agere,ut traditur in capitu. 1. de poſtulat.) irregularis fit, eſto ipſe non intendat accuſatum lædere,& eius mors, membrive mutilatio per accidens ſequatur;nam, ubi quis illicitę rei operam dat, quicquid inde ſequitur, ipſi tribuitur, eſto omnem diligentiam adhibuerit,ut habetur in capitu. tua nos.de homicid.& tradidit Gloſſ.communiter recept.in capitu.ſicut dignum.§.fin.de homicid. Aut aduocatus laicus eſt, uel clericus in minoribus ordinibus conſtitutus,& tunc contrariam opinionem de rigore iuris veriorem cenſet,ut aduocatus hic irregularis non fiat ; & hoc ob eam rationem, quoniam, quę propter bonum finem fiunt , culpæ loco tribui nobis non debent, ſi quid mali accidat, ut habetur in capitul.de occidendis.23.quæſtio. 3. Hæc poſterior ratio quoniam & in clericis in maioribus ordinibus conſtitutis locum habet;& prior eſt contra cit.c.reos, ob eam rem diuiſio hęc firma non redditur.

Vnde Couar.in citat.Clement.unic. 2. par. §.fin.num.5.ſic diſtinguebat. Aut aduocatus petiit calumniam accuſatoris puniri, & in hoc caſu irregularis efficitur uel clericus,uel laicus ſit,eſto etiam fuerit proteſtatus;nam fuit cauſa,ut uindicta ſanguinis fieret, ex quo ad hoc egit . Aut id non petiit, ſed ſolùm intendit reum defendere,& in hoc caſu, uel clericus aduocatus ſit, irregularem non fore exiſtimauit; & hoc ob hanc rationem,quoniam defenſio accuſati per ſe non tendit ad mortem accuſatoris,nec ad eam ordinatur,ſed ad tutelam innocentię ipſius accuſati:damnatur autem ipſe accuſator ob ſuam calumniam.

Quid igitur concludendum? Quò quæſtio-
2 nem hanc abſolutam habeamus. Pręmitto † priùs omnes fateri aduocatum rei irregularẽ fieri, ſi petierit puniri accuſatorem pœna ſanguinis; hoc enim apertè id dixit Couarr.hoc etiam Ioann.Andr.ut colligitur ex conſilio dato; item quoque Abba.& communiter DD. Idque meritò,quippe,quia fuit cauſa,ut pœna ſanguinis inureretur.

3 Secundò † pręmitto aduocatum rei irregularem etiam eſſe,& omnes hoc fateri,ſi contra iuſtitiam reum defendat, & accuſator ob id pœna ſanguinis ſit damnatus;nam,ex quo rei illicitæ operam dedit,eſto accuſatoris uindictam non intenderet,tamen quicquid ſequitur, ipſi tribuitur per cap.tua. de homicid.atque ſic dixit Hoſtien.in cit.ca.ſententiam.qui clericum quendam ob iniuſtam fratris defenſionem irregularem factum dixit,propterea quod accuſator deinceps fuit morte affectus, & ſequitur eum,ac refert Diaz.in Practi.crimin.canon.capit.98.num.20.& idem ſenſit Couar.& Abba. ut ex eorum dictis conſtat.

4 Præmitto etiam id,† quod omnes fatentur, ſicut etiam Hoſtien.in capitu. 1. de poſtula.& Diaz.eodem.irregularem aduocatum rei fieri,ſi ob eius imperitiam,culpam,uel negligentiam,reus morte, membrive mutilatione afficiatur;quippe, quia eius culpa mors interuenit, quo caſu quis irregularis efficitur. argument.capitu.fin. de homicid. libr. 6. nam & medicus ob eaſdem rationes irregularis efficitur,ſi ægrotus moriatur,vt tradit Innocent. in citat.capitu.tua.& ſequuntur DD. communiter,ut ait Nauar.in Man.capitu.27.num. 228. & Speculat.in Titu.de irregular.nume.11.etenim,qui rei licitæ operam dat, diligẽtiamque debitam non adhibet,irregularis efficitur, ſi mors,membrive mutilatio ſequatur. argumẽ. à contrario ſenſu. ca.Ioannes,& cap.fin.de homicid.& tradidit Gloſſ.in ca. ſicut dignum.§ fin.eod.

His præmiſſis,quæ ab omnibus communiter approbantur,quoad principalem quæſtionem in reliquis breuiter concludo aduocatũ rei,uel clericus,uel laicus ſit, irregularem non fieri,eſto accuſatoris mors,membrive mutilatio ſequatur,modò non petat accuſatorem puniri nec iniuſtè reum defendat. Id quod probatur primò quoniam hoc ipſe non intẽdit, vt in facto proponitur, ſed ſolùm intendit reum

defendere,item rei illicitæ operam non dat, ergo irregularis non efficitur, quamuis mors, membriuè mutilatio ſequatur,arg.cit.c. Ioannes,& c.fin.de homicid. etenim in vnaquaque diſpoſitione id inſpicitur,quod in primis agitur,non aũt,quod per accidens cõtingit.arg.l. 1.ff.de auct.tutor.& l.ſi quis nec cauſam,& ibi not.ff.ſi cert. pet.& c.cùm volũtate.de ſent.excom. Poſtremo non ſua culpa id contigit, ſed calumnia ipſius accuſatoris, ergo alterius culpa ipſi tribui non debet,& idcirco irregularis fieri;pęna.n.peccantem egredi non debet.l. ſãcimus.C.de pęn.& c. 2. de conſt.& c.2.de iis,q̃ fiunt à maior. part.capi.In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo,& concluſionem hanc vti veriſſimam amplector.Verum quid,ſi quis extra iudicium conſulatur, qua pœna afficiendus ſit reus, an irregularis conſiliarius fiet,ſi pœnam mortis inferẽdam cõſulat? Hãc quæſtionem in ſequenti abſoluemus, ſi huc illud addiderimus, quæ de aduocatis tam rei, quã accuſatoris diximus, in appellatione etiã locum habere, & ad aduocatum fiſchalem etiã pertinere.

SVMMA.

1 *Conſultus aliquis qua pęna fur,homicidaue afficiendus ſit, an irregularis efficiatur, ſi reſponderit morte afficiendos eſſe,& iudex eius conſilium ſecutus,morte ipſos afficiat.*

2 *Conſulens, vt lege,ſtatutoue caueatur, vt pro tali delicto mors,membriuè mutilatio inferatur, irregularis non fit,ſi aliquis iudex deinceps ſecũdum illud ſtatutum, vel legem quem puniat.*

3 *Arma,& inſtrumenta militaria fabricantes irregulares non ſunt,quamuis contingat deinceps ipſis quem occidi,vel mutilari.*

4 *Libros,tractatusque componentes de pęnis delictorum, in quibus etiam ponunt pro multis delictis mortem,mutilationemuè inferri, irregulares nõ fiunt,ſi iudex horum ſententiam ſecutus aliquem morte afficiat,aut mutilet.*

5 *Magiſtri publicè in ſcholis legentes, vel priuatim docendo pœnam mortis,mutilationis ve pro hoc, illo ve delicto inferri,irregulares non fiunt, ſi contingat eorum diſcipulos iudices factos eorum ſententiam ſecutos aliquem occidere , vel mutilare.*

6 *Conſultus generatim,qua pœna fur,homicida ve puniendus ſit,irregularis non fit, ſi morte afficiendos aſſerat,modo tunc caſus talis non pendeat, eſto deinceps eueniente caſu iudex eius ſententiam ſecutus mortis pœnam inferat:*

7 *Conſultus à iudice,qua pœna fur,quem in carceribus tunc habet,afficiendus ſit, irregularis non efficitur,ſi pœna mortis afficiendum reſpondeat,ſi iudex id quæſiuit,non,quia id ipſe ignoraret, ſed quia uolebat periculum facere,an conſultus id ſciret, & ipſe iam deliberauerat eum morte afficere.*

8 *Aſſeſſor iudicis criminalis irregularis fit,ſi conſulit iudici quem morte afficiendum, & ob id mors infertur.*

§. II.

1 §. †Quæſtio nobis propoſita hæc eſt explicanda,an,qui conſulit quempiam de iure ob delictũ aliquod morte, mutilationeve afficiendũ eſſe,irregularis fiat, ſi iudex cõſiliũ huius ſecutus,mortem, mutilationemve inferat;exempli gratia iudex captum homicidam, uel furem habet, conſulit quempiam quid de illo facere habeat, conſultus uerò reſpondet, morte,mutilationeve afficiendum eſſe, quod conſilium ſecutus iudex,laqueo furem,homicidamve ſuſpendit. Quæſtio igitur eſt,an conſiliarius irregularis factus ſit.

Rayn.quem refert Mar.Socin .Sen.in ca.ad audientiam.q. 82.nume. 322. de homicid.inquit hunc irregularem eſſe, quoniam conſultus fuit de caſu,qui tunc agebatur, quamobrem tunc fit quis irregularis per conſilium.argument.c.ex literis. de exceſſ.prælat.ibi enim quidam Epiſcopus conſultus,quid faciendum eſſet de fure,quoniam tacitò conſuluerat non eſſe tolerandum, dixerat enim malum eſſe, ſi fur ille euaderet,unde fuit laqueo ſuſpenſus,irregularis factus eſt,& indignus altaris miniſterio iudicatus,ergo multo magis in caſu noſtro id dicendum eſt conſiliarium irregularem factum eſſe,ex quo apertè furem dignum morte iudicauit.

Contrariam opinionem tamen ſequitur Gloſſ.in citat.ca.ex literis.in uerb. Conſuluit; nam inquit clericum poſſe dare conſilium in genere dicendo fures ſic puniendi ſunt, id eſt de iure,ſeu quid ſit in iure reſpondere,non autem præcipere,uel conſulere, ut vindicta ſanguinis fiat;ita Gloſſ.hic,iunct.Gloſſ. in ca. fin. in uerb. Vt qui.d. 3.& ad hoc citat cap. delatori.5.q.6.ubi Adrianus Pont. ponens pœnam, qua delator afficiendus ſit,inquit,caput amputandum ei,ſi conuictus ſit. Ecce hic de iure reſpondet Romanus Pont.& mortem inferendam inquit delatori. Clericus ergo & de iure reſpondere poterit.Hæc tamen ratio nihil facit;tum quòd Romanus Pont.eſt, qui hoc ibi ſancit,& idcirco irregularitatis notam non ſubit; ex quo enim irregularitas à iure poſitiuo eſt, ei iuri ipſe non ſubiicitur.capit.propoſuit. de conceſſ.præbend.at quæſtio noſtra eſt de inferiori,qui iuri ſubiectus eſt.cap. 1.& ca.fin.de conſtitu.ergo nihil ad rem noſtram. Tũ quòd ibi agitur de legiſlatore pœnam conſtituente pro delicto,quod ſine irregularitatis periculo fieri poteſt, ut uidebimus;at in caſu noſtro tractatur de conſilio dando in caſu,qui tunc pendet.

Quare tertia fuit opinio diſtinguentium;nã Hoſt.& Archid.quos refert Abba.in cit.c.ex literis,& Ioann.Andr. quem refert Mar. Socin. Sen.ac ſequitur in eod.c.ad audientiam.q. 82. nu.322.ſic diſtinguũt.Aut crimen in præſenti non

non imminet puniendum, quia ſcilicet iudex non habet in manibus furem,uel homicidam, quem puniat;& in hoc caſu ſi quis conſulatur, qua pœna fur,homicidave puniatur,,ſine irregularitatis periculo reſpondere poteſt morte, membrive mutilatione afficiendos eſſe. Aut imminet tunc cauſa, quia iudex in carceribus furem,homicidamve habet, & in hoc caſu ſi iudex conſulat quempiam,qua pœna puniendi ſint uel generatim conſultus reſpondeat fures,vel homicidas morte afficiendos eſſe, uel ſpeciatim in carceribus incluſos hac pœna puniendos,irregularis efficitur,ſi iudex eius conſilio ductus mortem,mutilationemve ipſis inferat,ſecus autem ſi aliàs facturus eſſet ipſe iudex,ita DD.allegati concludunt,& Abba.in c. clericis.num.9.ne cler.uel monac. & in cap. 1. in fine,de furt. & communiter diuiſionẽ hanc receptam teſtatur Addit.Speculat.in Titu.de Irregular.num.41.uerſic.Quid ſi iudex in litera D.

Quid igitur concludendum? Quò materiã hanc cognitam omnino habeamus pro certo, pono prius caſus quoſdam,in quibus quis irregularis non efficitur ob conſilium in re noſtra.

2 Pro certo igitur habebimus† qui ſtatutum, legemve fert,& eo ſtatuto, uel lege pœnã mortis,uel mutilationis pro aliquo delicto proponit,irregularem hunc non fieri, eſto contingat per iudices deinde ui eius ſtatuti , uel legis mortem,mutilationemve inferri.Nam primò id habetur in citat.capi.delatori.5.q.6. ubi Adrianus Papa mortis pœnam delatori proponit,& tamen nemo ipſum irregularem fieri dicet.Præterea id aſſeruit Addit.ad Abb.in eod. c.ex literis.in litera B.de exceſſ.præl.& Quint. Mandoſ.De ſignat.grat.in Tit.Abſolutiones, & rehabilitationes ab homicidio.uerſi.An autem clerici,& Archid.quem refert, ac ſequitur Syl.in uerb.Homicidium.3.q.7.verſ.Nonum, & Addit.ad Specul.ibidem, quę Bald.idem aſſerentem ait,& Archiep.Flo.de irregularitate. cap.incip.uerbo autem contrahitur.in fine, & Mar.Soc.in.Sen.in ca.ad audientiam. numero 260.uerſi.Quinquageſimoquintò.de homici. Poſtremò id probatur etiam ratione;nam nullo iure cautum eſt,ut quis irregularis fiat ferẽdo legem,uel ſtatutum prędictas pœnas inferẽtes,ergo nec nos id dicere debemus, ex quo irregularis is tantum eſt, qui in iure pro tali habetur.ca.is,qui.de ſent.excomm.lib.6. Addo,ut quis irregularis fiat, ſpeciatim in mortẽ alicuius intendere eum oportere.argum.citat. capitu.ex literis. Id quod in caſu noſtro non eſt,atque ſic ait Syl. ibidem.& Archiepi. Flor.

3 † Alioquin,ſi contrarium diceremus, omnes arma fabricantes, eaque uendentes,irregulares fierent , quoniam contingere poteſt ipſis quem occidi,uel mutilari,quod abſurdum eſt, & idcirco non dicendum.l.nam abſurdum. ff. de bon.libert. In hoc igitur caſu ſecunda opinio locum habere poteſt.

4 Quare † nec tractatus,ac libros facientes
5 de pœnis delictorum, nec etiam † Doctores publicè in ſcholis hæc explicantes,irregulares fiunt, propterea quòd & de pœna mortis , ac mutilationis tractant,ac docent,& pro quibus delictis inferendæ ſint,explicant; ſi contingat diſcipulos iudices factos,prędictorumque opinionem ſecutos,mortem, membrive mutilationem inferre ob eorum ſcripta,ac dicta. Idque iure meritò , quandoquidem nec opem, nec auxilium ferunt ad mortem cuipiam inferendam,ex quo tunc caſus ille nondum occurrerat.

6 Item † pro certo pono irregularem eum non fieri,qui generatim interrogatus in iudicio,uel extra, qua pœna delictum quodpiam afficiatur,ſi morte, aut mutilatione mulctandum reſpondet, modò delictum illud in iudicium tunc deductum non ſit,eſto deinceps iudex,ubi caſus occurrit, conſulentis auctoritatem ſecutus,mortem, membrive mutilationẽ intulerit ob rationes in antecedenti concluſione allatas,& ita DD. concludunt in tertia opinione allegati,& in hoc caſu, & eſt communis opinio,ut teſtatur Addit.ad Specula. ibidem. uel errauerit in apicibus iuris , uel ex craſſa ignorantia;uel pro conſulto habeatur,uel non, quicquid Speculat.uoluerit in eod. nume.41. nam nulla ratione nititur.

7 Tertiò † irregularis etiam non ſit,ſi iudex qui homicidam in manibus habet, & iam deliberauit eum morte afficere,ſed ut periculum faciat,an Doctor aliquis id norit, interrogat, qua pœna homicida afficiendus ſit ; nam, ſi doctor ille mortis pœna afficiendum reſpondeat,& iudex mortem deinceps inferat, irregularis tamen non efficitur conſiliarius , ex quo iudex eius conſilio id non fecit , ſed ſuo conſilio,atque ſic dixit Abba. in eodem capitu.ex literis in fine;nam inquit, ubi ex conſiliarii reſponſione homicidium non ſequitur, irregularem non eſſe,ex quo iudex ſine eo conſilio iam ſtatuerat reum morte afficere ; idem Syl.in uerb.Homicidium.3. quæſtio. 5. uerſicul. Quartò . Hoc idem multo magis dicendum eſt , ubi non à iudice interrogatus, ſed ab alio eadem ratione;id quod ſenſit Abba.ibid.

His propoſitis , & communiter ab omnibus receptis, quoad quæſtionem propoſitam breuiter concludimus irregularem eum eſſe , qui ubi caſus pendet , quoniam ſcilicet in carceribus eſt homicida,uel fur, à iudice interrogatus,qua pœna afficiendi ſunt,morte afficiendos reſpondet, & iudex eo conſilio ductus eam pœnam infert, quam non intuliſſet,niſi conſilium illud habuiſſet; in hoc enim caſu irregularis conſiliarius ſit , ex quo eius conſilio mors eſt ſecuta.capitu. ſicut dignum. §.fin.de homicid.& ita DD.allegati communiter ſentiunt, & hic prior opinio locum habet.

Et hæc cõcluſio locum habet,etiam ſi iudex in animo habeat mortem eam inferre,ſed tamen dubius erat,& dubitatio per id conſilium datum ſublata eſt; in hoc enim caſu conſiliarius etiam irregularis efficitur, quoniam adiuit iudicem,ex quo dubitationem ei ammouit,& qui auxilium affert ad homicidium, irregularis eſt.cita.cap.ſicut dignum.§.illi etiam.

8 Quæ diximus de conſiliario†,eadem ſentimus & de aſſeſſore iudicis criminalis, ſi conſilium præſtitit in cauſam ſanguinis; nam ſic inquit Gloſſ.in cap.ſi quis viduam.di.50. & Speculator in Tit.de irregular.num.9.uerſic.Item litigioſus;Aſſeſſores autem ſunt, qui aſſiſtunt iudici,uel ut uicarii,ut ait Iaſo.in Rubr.de aſſeſſor.qui cauſas cognoſcunt,& conſulunt iudici quid faciendum,non autem expediunt, quoniam iuriſdictionem non habẽt, ego exiſtimo eſſe eos,qui dicuntur auditores.Sed de aduocato hactenus,ad procuratorem tranſeamus.

De Irregularitate,quæ oritur ex homicidio voluntario,mutilatione-ve huiuſmodi auctoritate publica factis,reſpectu habito ad procuratorem. Cap.X.

SVMMA.

1 *Procurator accuſatoris irregularis fit, ſi ob ſuam operam mors,membrive mutilatio ſequatur.*
2 *Procurator,ſeu Syndicus vniuerſitatis ſi eius nomine quempiam accuſat, an ſinguli de vniuerſitate irregulares ſint.*
3 *Procurator an poſſit interuenire pro accuſato.*
4 *Vniuerſitas an poſſit fieri irregularis.*
5 *Vniuerſitatis ſinguli an irregulares fiant, ſi per Syndicum quempiam accuſent,& mors ſequatur,ubi vniuerſitas proteſtata eſt ſe ad vindictam ſanguinis non accuſare.*
6 *Vniuerſitatis ſinguli, ſeu omnes an irregulares fiant, ubi proteſtatio ab vniuerſitate facta non eſt.*
7 *Dubitatione exiſtente,an aliquis de vniuerſitate irregularis ſit,quid dicendum.*
8 *Procurator fiſcalis irregularis fit, vbi ob eius factum mors interuenit.*

PROCVRATOR quoq.
1 accuſatoris† irregularis efficitur,ſi mors,membrive mutilatio ſequatur;nam ita inquiũt Speculator in Tit. de Irregularitate.num.9.uerſ. Item litigioſus, & Mar.Soc. Sen.in cap.ad audientiam.num. 139.uerſicu. Vtrum omnis.de hom. Idque iure meritò, nã ipſe operam præſtat ad ſanguinis vindictam, quo caſu irregularis quis efficitur.capitu.ſicut dignum.§.illi etiam.de homicid. Non ſolùm igitur qui eum conſtituit, ſed etiam ipſemet procurator conſtitutus irregularitatis notam ſubiit,ubi mors,membrive mutilatio interuenit.Id quod locum habet,eſto proteſtetur iux. capit. 2. de homicid.libr.6. ut enim in capite de accuſatore ſupra diximus, proteſtatio prodeſt,ubi rem ſuam quis agit,ſeu ad ſuum intereſſe,& non aliàs.

2 Verùm†quid ſi procurator uniuerſitatis, id eſt Syndicus vniuerſitatis nomine accuſet, & mors ſequatur, an irregulares fient omnes de uniuerſitate?Hanc quęſtionem diſputauit Socin.eod.num.299.quæſt.76.In qua quæſtione Ioan.Andr.in cap.dilectus.2.de Simon. quem refert Socin.eod.num. 300. ſic diſtinguit. Aut uniuerſitas proteſtata eſt,iux.citat.ca. 2. de homicid.& in hoc caſu neminem de irregularitate irregularem fieri ſentit. Aut non eſt proteſtata,& in hoc caſu omnes irregulares eſſe inquit. Hãc opinionem quoad primam partem, ut nemo irregularis fiat,vbi uniuerſitas proteſtata eſt,ſequitur etiam Socin.ibid. Si verò nõ eſt proteſtata,tunc ſecundum membrum diuiſionis Ioan.Andr.non ſimpliciter illud ſequitur,ſed cum hac diſtinctione, ut irregulares omnes ſint,qui diſcerni poſſint ſuffragium dediſſe in procuratoris conſtitutione. Si verò diſcerni non poſſint,tunc uel eorum conſcientiæ id remittendum inquit,uel omnes ob dubitationem irregulares exiſtimandos ſentit.argu. citat.cap.ad audientiam.Hæc opinio omnino mihi non ſatisfacit. Non quoad primum mẽbrum;quandoquidem ea proteſtatio, ut dixi, ſolùm prodeſt,ubi ſuum intereſſe proſequitur. Non etiam quoad ſecundum membrum;nam modò conſenſum præſtiterint ad conſtituendum Syndicum,eſto quinam hi ſint, ignoretur,quod tamen lex certa eſt.argum.§. conditiones.in Inſtit.de uerb.oblig. ob eam rem irregulares ſemper fiunt.

Quid igitur concludendum? Ego,ut abſolutam rei huius cognitionem habeamus,hęc cõtemplanda mihi propoſui.Primùm,an procurator poſſit interuenire ꝓ accuſatore. Alterũ, an vniuerſitas poſſit fieri irregularis.Tertium, an ſi vniuerſitas accuſat per Syndicum,ſinguli ex ea ſint irregulares.Quartum,ubi non proteſtatur, an omnes de uniuerſitate irregulares ſint,uel ſolùm, qui conſenſum præſtiterunt ad accuſandum,ſeu Syndicum conſtituerunt. Poſtremùm,vbi non apparet quinam conſenſum præſtiterint ad Syndicum conſtituendum,qui irregulares ſint. Hæ igitur quæſtiones omnes diſſoluendæ nobis ſunt.

3 Prima igitur quæſtio eſt,†an procurator pro accuſatore interuenire poſſit. In qua quæſtione breuiter concludimus communi quidem iure procuratorem pro accuſatore interuenire non poſſe,ita magis communiter id receptum eſſe teſtatur Clar.in Pract.crimi.lib.5.§.fin.q. 32.Id quod ob eam rem ſancitum eſt, quoniã ſi contingeret contrariam ſententiam reportare,ex

re,ex

re,ex quo abſens eſt,talionis pęnam euaderet, quæ in eum ferenda eſſet, & ſic iudicia ludibrio eſſent.Ob hanc igitur rem per procuratorem accuſationem proponi ius noluit. Multo minus etiam pro reo interuenire poteſt ob eã dem rationem,& per le. penul.§.ad crimen,& ibi not.ff.de publ.iudi.niſi eſſet captus, ut aſſerit Clar.ibid.& in uerſicul.Item quæro quid ſi reus ſit pręſens. Communi autem praxi receptum eſt,ex quo pœna talionis non eſt in uſu, vt pro accuſatore ꝓcurator admittatur,de qua Praxi teſtatur Clar.ibid. uerſicu. Quęro nunquid ea.Pro certo igitur habebimus procuratorem pro accuſatore interuenire in iudicio poſſe,& idcirco Syndicum pro vniuerſitate, atque ſic aſſerit Clar.q.14.uerſic. Item quæro, nunquid poſſit quis nomine alieno. Et de hac quæſtione ſatis.

4 Secunda quæſtio eſt,† an uniuerſitas irregularis fieri poſſit. In qua quęſtione breuiter concludo uniuerſitatem irregularem fieri non poſſe. Primò,quoniam,ut quis irregularis fiat, neceſſariò requiritur, ut homo ſit: item & ut vir,vt infra ſuo loco videbimus; at vniuerſitas non eſt homo uerus, & multominus vir, ſed corpus fictum,& perſona ficta, vt tradit Barto. communiter recept.in le.aut facta.§. nonnunquam.numer. 3.prope finem.ff.de pœn. & Abba.in cap.dilectus.2.num.11.uerſi. Ad primũ. de Simon.& Mar.Socin.Sen.in cap.ad audientiam.num.301. de homicid. ergo irregularis vniuerſitas fieri nequit.Poſtremò per irregularitatem inhabilis quis redditur ad ordines ſuſcipiendos,& ad ſuſceptos exercendos, & ſic reddit ipſa inhabilem ad ordines, qui antea habilis erat;ergo hac quoque ratione vniuerſitas irregularis eſſe non poteſt,nam antea habilis non eſt ad ordines, ex quo baptiſmi capax non eſt(cùm anima rationali careat, quippe, quæ perſona ficta ſit)& ad ordines ſuſcipiendos baptiſmum ſuſcepiſſe neceſſe eſt.argumẽ. tot.titu.de presbyt.non bapt.min.Iure igitur, qui habilis non eſt ad ordines, inhabilis per irregularitatem non redditur,cùm,ubi habitus non ſit,ibi priuatio non detur.argu. l. decem, & ibi not.ff.de uerb.obliga. Eſto igitur conſtituerit Syndicum vel ad accuſandum,uel ad occidendum,irregularis non fiet, ſed in ſecundo caſu alia pœna punietur;ſic enim & iudæus,q̃ excommunicationis capax non eſt,alia pœna punitur,ſi clericum percuſſerit, ut habetur in cap. poſtulaſti de iudæ. Et de hac quæſtione itidem ſatis.

5 Tertia quęſtio eſt,† an,vbi vniuerſitas,quæ Syndicum conſtituit ad accuſandum,proteſtata ſit,iux.citat.capitu.2.de homicid.lib.6.irregulares fiant ſinguli de uniuerſitate. In qua quæſtione,vt paucis rem abſoluamus, ſi cauſa uniuerſitatis ſit,irregulares ipſos non fieri ſentimus,eſto enim quòd vniuerſitatis eſt,ſingulorum non ſit,ſunt tamen & ipſi partes vniuerſitatis.arg.l.rerum miſtura.§.tria.ff.de uſuca.

6 Quarta quæſtio eſt,† ſi vniuerſitas proteſtata non eſt, an ſinguli de uniuerſitate irregulares fiãt,ſi ſanguinis vindicta deinde ſequatur. In qua quæſtio ne aſſerimus omnes de uniuerſitate irregulares eſſe,ſi omnes uerè cõſenſerũt ad Syndicum conſtituendum. Si verò aliqui tantum,& ipſi tantum irregulares; limitata.n. cauſa limitatum producit effectum.argum.le. in agris.ff.de acq. rer. domin. Nec repugnat quod factum à maiori parte uniuerſitatis ab omnibus factum eſſe cenſetur.le. quod maior. ff.ad municipal.& tot.titu.de iis, quę fiunt à maior part.ca.nam ea regula hic ceſſat,ex quo requirit factum uerum,& nõ fictum, unde nec conatus ſat eſt, ut alibi,ſupra diximus, atque ſic ſenſit Ioan.Andr. quem refert, ac ſequitur Mar.Socin.Sen.in cap.ad audientiam.numer. 299.q.76.de hom.cum ſequẽ. Quod diximus, ubi omnes conſenſerunt irregulares omnes fieri,multo magis id aſſerimus, ubi omnes id mãdarunt non communicato conſilio; non enim ab uniuerſitate tunc mandatum, ſed à ſingulis dicitur, ut tradidit Barto. communiter recept.in citat.§. nonnunquam.num.9. uerſicu. Vlterius quæro,& ſequitur Abba.in eod. capi. dilectus.num.13.

7 Poſtrema quæſtio eſt† ſi dubitetur, qui conſenſum præſtiterint ad conſtituendum Syndicum,quinam tunc irregulares ſint. Socin. eod. inquit primo pro irregularibus omnes habendos,& ad hoc citat idem capi.ad audientiam. Hæc opinio vera non eſt ſimpliciter; nam aut qui eſt de vniuerſitate, ipſe ſcit ſe conſenſum præſtitiſſe ad ſyndicum cõſtituendum, ſed id ab aliis ignoratur;& in hoc caſu,ex quo de ſuo facto certus eſt, ſine dubitatione irregularis eſt tam in foro conſcientiæ, quàm in foro exteriori,eſto in hoc poſtremo foro id probari nequeat;nam pœnæ,quæ inferuntur ipſo iure,cuiuſmodi eſt irregularitas, afficiunt etiam occultos,ſicut cenſuræ. Aut ipſe quoque dubitat pręterquam quòd alii id ignorant,an conſenſum præſtiterit,& in hoc caſu pro irregulari ſe habebit.iux.cit.ca.ad audientiam. ubi de hac dubitatione ibi ſic dicitur.

Verùm quid,ubi pro certo ſcit ſe cõſenſum non præſtitiſſe,ſed quoniam vniuerſitas Syndicum conſtituit,& ob id exiſtimatur, & ipſe conſenſiſſe,qua ratione ſe purgabit? Planè iureiurando ipſius ſtabitur;in iis enim quę ab alterius animo pendent,ut hoc,iureiurando eius ſtatur,ut DD.communiter concludunt.

8 Quæ diximus autem de procuratore priuati,& uniuerſitatis,† eadem ſentimus & de procuratore fiſchali, quamuis proteſtatio ei non proſit,ex quo intereſſe fiſci,& non ſuum proſequitur. De procuratore autem rei idem dicimus,quod concluſimus de eius aduocato. Et de hac materia itidem ſatis; iam ad publicam familiam,quę reum cõprehendit,transeamus: id quod in ſequenti præſtabimus.

De

De Irregularitate, quæ oritur ex homicidio voluntario, mutilationeve huiuſmodi auctoritate publica factis, reſpectu habito ad litores, milites, & publicam familiã iudicis, ideſt Sbirri, & huiuſmodi, & alios, qui ad hæc opem ferunt, rationeve alia interueniunt. Cap. XI.

SVMMA.

1 *Indicantes, ſeu ſignificantes, vel oſtendentes militibus, litoribus, ſeu publicę familię iudicis, ubi reus ſit, qui ab ipſis quęritur, irregulares fiunt, ſi capiatur, & mors membriue mutilatio ſequatur.*

2 *Mortis metu ſi quis compulſus indicet, ubi reus ſit, an irregularis fiat, ſi capiatur, & morte afficiatur.*

3 *Reſpondere non potens interroganti ubi ſit reus, uel qua tranſierit, an irregularis fiat, ſi ob indiciũ eius inuentus, captus, & mortuus fuerit.*

4 *Furem manifeſtans compulſus à iudice, uel per pœnam pecuniariam, uel per excommunicationem, an irregularis fiat, ſi fur capiatur, & mors, membriue mutilatio ſequatur.*

5 *Ignorans qnem ad mortem quęri an irregularis fiat, ſi ipſum quęrenti oſtendat, & capiatur, & morte, membriue mutilatione afficiatur.*

6 *Deferens dicta ab aliquo in aliquem, uel iniuriam factam ei, irregularis fit, ſi ob id homicidium ſequatur.*

DE iis, qui de iure ad homicidium, mutilationemve inferendam opem ferunt egimus: iam de iis, qui factis ad eadem opem præſtant, uideamus: & quoniam hi litores ſunt, milites, ſeu publica familia iudicis uulgò nominati Birri, uel Zaffi. Et hi aut reos capiunt, aut ad carceres ducunt, aut in carceribus cuſtodiunt, aut torquent, dum quęſtio fit, ideſt dum rei examinãtur, aut aſſociantur dum ad mortem ducuntur uel mutilationem; aut carnifices ſunt, ideſt aut mortem inferunt, aut mutilationem; aut carnifici uerbo, aut facto cauſa pietatis auxilium ferunt; aut inſtrumenta ad mortem inferendam præſtant; aut commodant; aut reos hortantur, ut æquo animo mortem tolerent; aut campanam pulſant, dum ad mortem rei ducuntur. Ideo de his omnibus uidendum eſt, an irregulares fiant, ubi mors, membriue mutilatio conſequitur, cùm priùs tamen explicauerimus, an qui indicat, ubi reus ſit, ideſt qui delictum cõmiſſit, irregularis fiat, ſi reus inuentus, & captus morte, membrive mutilatione afficiatur.

Queſtio igitur hęc nobis explicanda propo-
1 ſita eſt, †an litori, militibusve, publicęve familiæ, qui uulgo appellantur Birri quærentibus, qui delictum quodpiam commiſſit, exempli gratia homicidam, uel furem, ſi quis indicet qua tranſiuerit, quò iuerit, uel ubi ſit à prædictis rogatus, irregularis fiat, ſi per huius indicium reus inuentus, & captus, morte, mutilationeve afficiatur. Et uidebatur dicendum irregularem hunc non fieri. Primò, quia fortaſſe, hic, qui eſt rogatus de reo, ignorat ad mortẽ, mutilationemve quæri; at, qui factum quodpiã ignorat, etiam ſi contra ipſum faciat, irregularis non efficitur, ut habetur in cap. apoſtolicæ. de cler. excommun. min. ubi ſuſpenſus, excommunicatuſve celebrans irregularis non efficitur, ſi diuina faciat, ubi probabiliter ſe excommunicatum, ſuſpenſumve ſcit, ergo idem in caſu noſtro dicendum eſt, ut irregularis hic non fiat, ſi mors, membrive mutilatio ſequatur; ex quo probabiliter ipſum ad mortẽ quæri ignorat. Hæc ratio generalis non eſt; qſid enim ſi ſciret, uel probabiliter ſcire poſſet ad id quæri, ut pote, quia nouit eum, qui quærebatur, homicidam, furemve eſſe, uel de crimine ſuſpectũ, & qui eum quærebant, uel litores, ac milites eſſe, uel ſuos hoſtes, planè culpa hic non caret, & idcirco irregularis eſt. argumen. cap. fin. iunct. Gloſſ. de homicid. lib. 6. Secundò pro hac ſententia facere uidetur, quòd ſine irregularitatis metu aggreſſorem noſtrũ occidere poſſumus, ubi aliter mortem euadere nequimus, ut habetur in Clemen. unic. & ibi not. de homicid. ergo in caſu noſtro dicendum eſt nobis indicare licere ſine irregularitatis nota, ubi reus ſit, etiã ſi deinceps morte, mutilationeve afficiatur, ubi mors nobis proponeretur, niſi, ubi reus eſſet, indicaremus. Hæc ratio concluſionem propoſitam etiam non probat. Tum quòd generalis non eſt; quid enim ſi mors non proponatur, ſed contra potiùs præmium promittatur? Tum quòd, etſi licet nobis aggreſſorem noſtrum occidere iuxt. citat. Clement. unic. non tamen licet alium, qui nos non aggreditur, interficere, uel eſſe cauſa, ut interficiatur, quò mortem euitemus: id quod fieret in caſu noſtro, ſi liceret nobis reum indicare. Tertiò facit, quoniam cõtingere poteſt, ut quis intertogatus non poſſit reſpondere, niſi indicando ipſum reum, ut exẽpli gratia ſi quis in biuio ſit, & interrogetur an hac illacve reus trãſierit; ſi enim negat per nullam uiam tranſiſſe, ubi tranſiuit, mendaciũ dicit, quod non licet; ſi uerò inquit per hanc uiã non tranſiuit, conſequitur tacitò per aliam trãſiſſe, & idcirco perinde eſt ac ſi dixiſſet per hãc, & non illam tranſiuit; par enim uirtus taciti, & expreſsi eſt. l. cum quid, & ibi not. ff. ſi cer. pet. Hæc ratio etiam non concludit; poteſt enim uel tacere, uel dicere nunquid cuſtos ſum eius, uel fateri, ſe id neſcire, ſcilicet hoc animo affectus, ut ei hoc patefaciat. iux. reſponſionem factam à Chriſto Domino diſcipulis de die iudicii;

dicii;De die autem illa nemo ſcit, neque etiã filius hominis,ſcilicet,ut patefaciat uobis, uel debeat patefacere. Quartò facit,quoniã reus, qui quęritur,fur eſt fortaſſe, at qui furem non indicat,reus furti & ipſe exiſtimatur.capi.qui cum fure.de furt.ergo indicare poſſe uidetur, ne furti teneatur.Hæc ratio eo iure non probatur;nam non dicitur ibi reum eſſe, qui furem non indicat,ſed,qui rem furtiuam ubi ſit, non indicat,ut ibi habetur,& ita inquit Bartol.in l. in ciuile.C.eod.& ſequitur Abba in eod.c.qui cum fure.num.5. Quintò hac ratione uidetur excuſari quis ab irregularitate indicando ubi reus ſit,quoniam iudex id mandauit pęna propoſita,uel excõmunicationis,uel pecuniariæ, exempli gratia edictum proponẽdo,ut qui ſcit quem tale furtum commiſiſſe, id patefaceret; id enim fieri poteſt,ut tradunt Barto. ac Abb. in eiſd.locis,& Clar.in Practic. Crimin.§. fin. quæſtio.27.uerſicu. Sed quæro nunquid.libro primo. Ad hoc reſpondetur, ubi ab Epiſcopo edictum hoc proponatur excommunicatione propoſita,liberè poſſe reum indicare,ac patefacere ſine irregularitatis periculo, quandoquidem Eccleſia neque mortem,neque mutilationem infert.argum.c.per uenerabilem, qui fil. ſint legit.Si uerò à iudice ſeculari,& mortis periculum,uel mutilationis,taceri poteſt.Poſtremò,ut teſtis quis poteſt interrogari à iudice,& cogitur tunc ueritatem dicere;ergo non uidetur irregularem hunc fieri debere,ex quo inuitus teſtimonium dicit. Hæc ratio etiam non concludit,ubi reus contra quem teſtimonium dicit,ob eius dictum morte,mutilationeve afficitur,ut ſupra de teſtibus probauimus.

Quare contrariam opinionem, ut irregularis hic fiat,qui indicat,patefacitve,ubi reus ſit, uel fugerit,uel occultetur,uel tranſiuerit,ſi ob eius dictum mors, mutilatiove ſequatur,DD. communiter concludunt,ſicut Mar.Soci.Sen. in cap.ad audientiam.q.49.num. 247.de homicid.& Syl.in uerb.Homicidium.3.q. 7.uer. Sextum.& Archiepiſco.Flor. in Tractatu de Irregularitate.in cap. Homicidium uerbo cõſultationis in fine,& Angel.in verb.Homicidium 2.in fine,& in verb.Irregularitas. 1.numer.14. & Ioan.Tabien.in uerb.Irregularitas.2.qu.22. & Nauar.in conſil.9.de homicid. lib.5. & in Man.cap.27.numer.217.uerſi.Duodecimò,& num.225.uerſic.Vndecimò, communis denique,ut dixi,DD.ſententia hęc eſt,quæ & ratione probatur.Nam primò hic fuit cauſa,ut reus caperetur,ac deformaretur,quo caſu quis irregularis efficitur.argum.cap.fin.de homicid.li. 6.Poſtremò, quoniam ſine dubitatione adiuuit quærentes reum, ergo hac quoque ratione irregularis fit;nam,qui auxilium affert ad homicidium, uel mutilationem,irregularitatis notam ſubiit,ut habetur in cap. ſicut dignum. §.illi etiam.& §.fin.de homicid. Qui ergo ſuperioribus annis in Romandiolam militibus Romani Pont.ac Ducis Ferrariæ exules,quos quærebant,indicabant, irregulares facti ſunt, ex quo omnes capti,& inuenti interfecti ſunt, ex quo ob id quærebantur.

Contra tamen hanc communem opinionẽ facere uidetur c.tua nos.§.fin.de homicid.ubi quidam à iudice rogatus, ſi qua ſciret de fure, qui eum uulnerauerat,ut id exponeret, uel traderet interſigna,cum cultrum, quem latroni abſtulerat, & ſotulares ab eodem in ipſius domo dimiſſas tradidiſſet, irregularis factus non eſt; quamuis Poteſtas deinceps, ei furi uirilia amputanda,& oculos eruendos curauerit, ergo per indicia quis irregularis fieri non debet. Atqui à communi ſententia diſcedendum nõ eſt ob prædicta.Nec obſtat citat.§.fin.quando quidem traditio illa earum rerum non pertinebat directò ad eam pœnam, quod requiritur ad irregularitatis notam ſubeundam, ubi iuſtè quis deformatur,ideſt aut occiditur, aut mutilatur,ut aſſeruit Nauar.in Man. capit.27. num.216.uerſic.Tertiò urget;namque, qui interſigna ea miſſit ſuper eo facto nihil amplius ſe intromiſſit,ut ibi refertur.

Hæc autem regula amplificatur multis mo
2 dis.†Nam primò locum habet etiam ſi mors ei proponatur,niſi reum indicet,ut antea uidimus; non enim ut ſe tueatur,alterum lædere debet.

3 Secundò locum habet, † ubi reus per alterã duarum uiarum tranſiſſet, & interrogaretur, an hac,uel illa abiiſſet, ipſe uerò reſpondiſſet; per hanc non tranſiuit; nam tacitò ſignificat p aliam tranſiſſe,ita DD.allegati. Ambiguo ſermone igitur utetur,id quod extra iudicium poteſt,ita conſulunt DD.& Maiol. de Irregular. lib.2.cap.8.num.2.& Socin.eod.num.247.

4 Tertiò locum habet†etiam ſi à iudice eccleſiaſtico,uel ſeculari pœna proponatur ob ea, q̃ diximus antea;nam eſto ad id cogatur à iudice;irregularis tamen efficitur,ſicut iudex ipſe, qui cogitur iuſtitiam adminiſtrare; non enim irregularitas peccatum eſt,& idcirco uel metu quis in ipſam incidat,nihil intereſt.

Poſtremo locum habet etiam ſi proteſtaretur iux.c.2.de homicid.lib.6.nam proteſtatio hæc illi non prodeſt,ex quo de re ſua non eſt.

5 Excipitur tamen † vbi probabiliter ignorat ad mortẽ,mutilationemue quęri,vt pote, quia ignorabat hominem illum delictum commiſiſſe;vel, qui eum quærebant litores eſſe, vel ſuos inimicos;tamen irregularis hic non efficitur ob ſuum indicium per cit.c.Apoſtolicæ.de cler.excom.min.& vt DD.citat.ſupra omnes cõcludunt;ex quibus obiecta propoſita ſoluta habemus.

6 Erunt etiam † irregulares, qui deferunt dicta ab aliquo contra aliquem, ei in quem dicta ſunt,vnde inimicitiæ inter ipſos ortę ſunt, & ob id homicidia ſecuta,ita ſenſit Maiol. de Irregul.lib.5.cap.48.§.2.num.6.Quare,& qui marito vxoris adulterium detulit, vel amaſiæ infidelitatem, vnde mors alicuius ſecuta eſt, delator

delator irregularis erit, ſi hoc euenire poſſe uidebat, uel uidere debebat, & multo magis ſi malo animo detulit hęc, ita Maiol. eod. nume. 7. & facit cap. ſicut dignum. §. qui uero. de homicid. Irregularis tamen non erit, qui ob leuitatem hæc dixit, quoniam ab aliis audierat, ſi quid deinceps contingat, ita Maiol. ibid. Irregularis etiam fit, qui nomine alterius exiſtimans ſe opus bonum facere, & nullam pœnam incurrere, ſignificat iudici uirum, quem in carcere habet eſſe homicidam, & læſæ maieſtatis reum, unde fuit morte affectus, ita Nauar. in conſil. 17. de homicid. lib. 1. Et de quæſtione hac ſatis, ad alteram tranſeamus.

SVMMA.

1 *Capientes reum, conſtringentes, in carcerem ducentes, in carcere incluſum cuſtodientes, eundem torquentes dum quæſtio fit ad veritatem eruendam, aſſociantes reum, dum ad mortem ducitur, hi omnes ſecuta morte, mutilationeve irregulares fiūt.*

2 *Claues carceris afferentes, ut inde reus ad mortem ducatur, hoſtium carceris aperientes, uel quomodo aperiatur docentes, ob eandem cauſam irregulares ſunt.*

§. I.

1 §. †Quæſtio nobis hęc explicanda eſt, an, q. reum capiunt, qui ad carcerem ducunt, qui in carcere eum cuſtodiunt, qui torquent eum, dum quęſtio fit ad ueritatem eruēdam, ideſt dum examinatur, & qui aſſociantur reum, dum ad mortem ducitur, ne aufugiat, ſubripiaturve, quæ munera litorum, militum, familiæque publicæ iudicis propriè ſunt, id eſt delli Birri, an inquam hi omnes irregulares ſint. In qua quæſtione breuiter concludo hos omnes irregulares fieri. Primò, quoniam hi omnes auxilium, ad mortem, ac mutilationē præbent, ut per ſe patet; nemo enim id inficiabitur; nam ſi reus non capiatur, in carcere non cuſtodiatur, delictique veritas non habeatur, ac demum ſi aufugiat, aut ei ſubripiatur, planè iudex ſanguinis uindictam exercere non poterit, ergo omnes prædicti irregulares ſunt; nam vbi quis auxilium, opemve fert ad mortē, mutilationemve irregularis efficitur, vt habetur in cap. ſi quis viduam. diſt. 50. Si quis homicidii, aut facto, & cet. aut defenſione conſcius fuerit, dicitur enim ibi, & per aliquam ſubreptionem ad clericatum venerit, deiiciatur. Ecce hic inter alias cauſas duas proponi, quib. quis impeditur, ne ad clericatum veniat, & ſi furtim venerit, deiicitur; quarū cauſarum prima eſt, ſi facto homicidii conſcius ſibi fuerit; at facto homicidii cōſcius ſibi eſſe nequit, niſi aut ipſe homicidium commiſſerit, aut uno ex dictis modis, aut pluribus, aut omnibus ad homicidium committendum auxilium dederit; ergo prædicti irregulares ſunt, quoniam facto auxilium ferunt ad mortem, vel mutilationē, ſcilicet aut capiendo reum, aut eum conſtringendo, aut in carcerem ducendo, aut torquendo ad veritatem, ut diximus, eruendam, atque ſic ſenſit Gl. ibi in verb. Facto; nam exemplum afferēs eorum, qui facto homicidii cauſa ſunt, inquit, vt miles; at milites aut interficiunt, aut capiunt, aut aliquid aliud ex dictis faciunt. Altera vero cauſa eſt, qua quis irregularis efficitur, ubi defenſione quis homicidii cauſa eſt; at defenſione nō poteſt quis homicidii cauſa, auctorue eſſe, niſi cuſtodiendo reum, ne aut aufugiat, aut arripiatur, ac demum; ne uindicta ſanguinis impediatur. Sic igitur factis, ac defenſione prædictos irregulares fieri eo iure probatur. Idem habetur in cap. ſicut dignum. §. illi etiam. de homicid. Poſtremò, ita DD. communiter concludunt, & inter ipſos Mar. Soci. Sen. in cap. ad audientiam. nume. 270. uerſi. Dictat ſtatutum, ibi, Secundo caſu. de homicid. nam ſic inquit de aſſociante, & aſſiſtēte homicidio, ut facilius committatur; & quamuis in caſu illicito id aſſerat, idem tamen & in caſu licito dicendum eſt; omnes enim qui auxilium præſtant homicidio dicūtur eſſe cauſa homicidii, ut ait idem Socin. ibid. Idem dixit Syl. in uerb. Homicidium. 3. quæſtio. 2. uerſic. Secundum. de aſſociante malefactorem ad mortem, id eſt dum ad mortem ducitur, & de trahentib. malefactores ad cordam, ſi inde fateantur, & occidantur, excepto inquiſitionis negocio, ideſt di quelli, che danno la corda. idem Tabien. in uerb. Irregularitas. 3. quęſt. 24. & Archiep. Flo. de Irregular. cap. Incip. Homicidium opere. & Maiol. eod. lib. 2. cap. 10. num. 2. Prædicti omnes ergo irregulares ſunt. Quare ſuperioribus annis dum exules Romandiolæ, Lugi, ac Barbiani, & in aliis propinquis locis delicta plurima committerent, quòd, cùm plures ex ipſis capti eſſent, & ex iis, qui ipſis fauerēt, quodam die plures eſſent morte afficiendi, aut laqueo, aut gladio, æquites, qui uiarum aditus obſederant, ac cuſtodiebant, ne aliunde uenirent, qui prædictos auferent, & ſic armati, quouſque omnes interfecti ſunt, in equis inſederunt, irregulares facti ſunt, quandoquidem ſua præſentia deterrebantur homines, ne eam ſanguinis uindictam impedirent.

Irregulares quoq; ob eaſdem rationes ſunt
2 ii, †qui, dum reus ad mortem ducendus eſt, claues carceris afferunt, & qui carceris oſtium aperiunt, & quomodo aperiatur, docent. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo; iā ad aliam tranſeamus.

SVMMA.

1 *Carnifex, qui mortem, membriue mutilationem infert, irregularis eſt.*

2 *Opem ferens carnifici ad mortem inferendam irregularis eſt.*

3 *Ligna, ignemue prębens ad comburēdum aliquem, irregularis fit.*

§. †Carnifex

§. II.

1 §. † Carnifex itidem, qui uindictam ſanguinis exequitur uel laqueo, uel gladio, aliave ratione, irregularis efficitur. Id quod dubitationem non habet; nam ipſe eſt, qui immediatè mortem, mutilationemve infert. Præterea ob mortem, mutilationemve, quæ deinceps ſequitur, irregulares ſunt iudex, accuſator, Teſtis, Tabellio, Aduocatus, Procurator, ac familia publica iudicis, ut uidimus, ergo multo magis, qui mortem, mutilationemve ipſam infert, irregularis efficitur. atque ſic DD. communiter concludunt.

2 Irregulares ẽt ſunt, † qui in eo facto ei opem ferunt, ut pote, qui ſcalam accommodãt ad furchas, quibus reus eſt ſuſpendendus, qui ipſas furchas erigunt, qui docẽt, quomodo laqueus accommodandus, & qui huiuſmodi operas p̄ſtant; adiuuant enim ad homicidium, mutilationemve faciendam, quo caſu irregularis quis efficitur. capit. ſicut dignum. §. illi etiam de homicid.

3 Qui dat † etiam ligna, ſtramentave ad comburendum hæreticum uiuum, irregularis fit, ita inquiunt Zab. in Clem. vnic. in fin. de homicid. & Couar. 2. p. §. 4. num. 5. uerſ. Nec tamen, qui & alios idem ſentiẽtes refert: ſecus autem ſi præſtita non cooperarentur ad mortem hæretici, quia ſcilicet erat iam mortuus. Qui etiã dat ignem ad accendenda ligna, quibus hæreticus comburatur, irregularis fit. Quare ſcitè admonet Maiol. de Irregular. lib. 5. ca. 48. §. 4. num. 5. ne religioſi, qui deferunt luminaria ex ſuis luminaribus ignem accendant, unde damnatus comburatur. Idem inquit Tab. in uerb. Irregularitas. 3. q. 23. & Mar. Socin. Sen. in ca. ad audientiam. num. 279. q. 67. de homici. Verùm quid de iis, qui cauſa ſunt, ut mors, mẽbriue mutilatio celerius ſequantur, an irregulares & ipſi ſunt? Hanc quæſtionem in ſeq. explicabimus.

SVMMA.

1 *Accelerantes mortem, mutilationemve alicuius, irregulares ſunt.*

2 *Hortans, vt reus, qui ad mortem ducitur, quò celerius eo dolore liberetur, ut breuiori via ducatur, aut reum ut admoueat caput ad ſtipitem, aut ſcalam aſcendat, quò celerius ſuſpendatur, vel carnificem, ut celerius officium ſuum exequatur, irregularis fit.*

3 *Vulneratũ mortiferè ſi quis miſericordia ductus, ne eo dolore diutius afficiatur, aliꝭ vulneribus eũ afficit, vt celerius moriatur, irregularis efficitur; etiamſi ipſe vulneratus eum rogaret, ut ſe quamprimum interficeret.*

4 *Aegrotum uoluens, quo citius moriatur, irregularis efficitur.*

5 *Vulnerato extrahens gladium, ſagitamve, quò celerius moriatur, an irregularis ſit.*

6 *Nuncium malum afferens ęgroto, vel ad iram prouocans, vt celerius moriatur, irregularis fit.*

§. III.

1 §. † Quæſtio hæc explicanda nobis hic eſt, an irregularis fiat, qui eſt cauſa, ut quis celerius moriatur, aut mutiletur. In quaquęſtione uidebatur dicendum irregularem hunc non fieri; & hoc ob hanc rationẽ, quod qui ei, qui omnino quẽpiã occidere deliberarat, conſulit, ut occidat, irregularis non efficitur, quoniam ex ſuo conſilio eum non occidit, ut aſſeruit Abb. in c. ex literis in fine. de exceſſ. prælat. ubi ait, ſi iudex deliberauit omnino quempiã occidere, ut poſtea conſilium ab aliquo petat, irregularem conſiliarium non fieri, ſi mortem ei conſuluit, quoniam ex ſuo conſilio mortem non infert, ſed ex ſua deliberatione; idem inq̃t Felin. in c. ſicut dignum. num. 8. uerſi. Secunda concluſio, ibi, fallit ſecundò, & ſupra id ſuo loco probauimus; ergo & hic, qui conſulit, ut mors, membriue mutilatio acceleretur, irregularis fieri non uidetur, ex quo nihilominus mors, membrive mutilatio ſequi debebat.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet hunc, qui mortem, mutilationem vè cuipiam accelerat, irregularem fieri. Nam primò id inquit Syl. in verb. Homicidium. 3. q. 2. verſ. Tertium, & Couar. in Clem. vnic. 2. p. §. 4. n. 3. verſ. Ex his etiam apparet. de homici. & Maiol. de Irregularitate. lib. 2. cap. 10. verſi. Sed & inter cooperatores, & Nauar. in Man. c. 27. n. 209. verſ. Quintò, & n. 217. verſ. Decimo tertiò, qui de communi ſententia teſtatur. Probatur id etiam ratione; nam, qui conſulit, ut homicidium celerius committatur, conſulit etiam homicidium; at, qui hoc facit irregularis fit, ergo & hic irregularis efficitur. Poſtremo, qui eum percuſſit, qui ab alio uulnus mortiferum accepit, & ob eam percuſſionem maturius obijt, homicida eſt, ut habetur in l. ita uulneratus. ff. ad leg. aquil. & in l. item Mella. §. ſed ſi plures. ff. eod. ergo ſicut is, qui opera facit, ut uulneratus mortiferè celerius moriatur, homicida eſt, ita & qui conſilio idem præſtat, & idcirco ambo ſunt irregulares. Nec repugnat cõtraria ratio; nam, qui conſilium dat ei, qui iam deliberauit omnino quempiam occidere, nõ eſt cauſa occiſionis nec tardæ, nec celeris: at, qui eſt cauſa, ut quis celerius occidatur, uel mutiletur, eſt cauſa occiſionis celeris; ſuo. n. cõſilio citius occiditur, ergo mirandum non eſt, ſi irregularis fiat, prior uero irregularitatis notam euitet. A communi ſententia igitur nõ diſcedemus.

2 Qui ergo hortatur, † ubi reus ducitur ad mortem, quo celerius eo dolore reus ipſe liberetur, ut uel breuiori uia ducatur, uel æquo uehatur ad locum, ubi morte, mutilationeve afficiendus eſt, hortator hic irregularis fit.

Qui etiam reum hortatur, ut admoueat caput ad ſtipitem, aut ut ſcalam aſcendat, quò ſuſpendatur,

ſpendatur,uel carnificem,ut celerius ſuum officium exequatur, ſcilicet ut deiiciat reum è ſcala,ubi ſuſpenditur,uel funem præcidat,quo gladius ſuſtentatur,ubi caput eſt amputandũ, uel ut è collo rei pannos remoueat,ne inciſionem impediant, uel ut acuat gladium, quò minori, ac breuiori cũ dolore mors inferatur, irregularis etiam hic eſt,ut ſentiunt Nauar. & cit.auctores eiſdem in locis.

3 Qui itidem † extra iudicium quempiam uulneratum mortiferè inueniẽs celeriter eũ morte afficit,ne diutius in tanto dolore uiuat,irregularitatis notam hic non effugit; nam, ſi ubi quis alteri conſulit,ut alterius mortem acceleret,irregularis fit, multo magis ſi ipſemet occidat.arg.c.petitio tua,& c.ſicut dignum.de homicid.atque ſic dixit Marian.Socin.Sen.in c. ad audientiam.q.35.nume.213.de homicid. Hinc Nauar.in conſ.5.de homicid.lib.5.eum irregularem factum reſpondit,qui cùm lutheranus quidam mortiferè percuſſus ad exercitũ catholicum ueniſſet, inquiens ſe catholicum eſſe,dixit compatiens ei,Melius eſſet,ut omnino hic occideretur,cùm ſanari nequeat, & cũ inde abiiſſet,quidam ex iis,qui eum audierũt, occiderunt; nam fuit cauſa, ut citius moreretur.

Immò,uel uulneratus ad mortem id ipſe rogaret,ut Saul in monte Gelboe id fecit, ut habetur lib.1.Reg.ca.fin.& lib.2 cap.1.& in Rauẽnati prælio,& tempeſtate noſtra exules Romandiolæ,qui grauiter uulnerati rogabant ſocios,ut ſe ſtatim perimerent; nam irregulares tamen efficiuntur,immò peccant, qui eos occidunt,quamobrem Dauid eum, qui Saulem interfecerat,necandum ſtatim curauit. Quare multo magis irregulares erunt,qui reum,dum ad mortem ducitur,in itinere interficiunt,uel dum in carcere detinetur,ſi ueneno, aliaue re moriendum curant.

4 Qui etiam ægrotum uoluunt † quem grauiter conflictari morbo uidẽt,& etiam moriturũ, quò citius moriatur, et eo dolore liberetur, irregulares etiam ſunt,ita dixit Speculat.in titu. de Irregularitate.nu.46.uerſi. Quid ſi aliquis infirmum,ibi enim inquit irregularem eũ eſſe, qui hoc animo uoluit ęgrotum,ſi ob id moriatur,ut pote,quia ex motu occluditur uia anhelitus,uel apoſtema rũpitur, & ſuffocatur,aliàs ſecus:idem inquit Syl. in uerb. Homicidium. 3.q.2.uerſi.Tertium, & Ioan.Tabien. in uerb. Irregularitas.3.q.13.nu.14.& Couar.in Clemen.unic.p.2.§.4.uerſi.Ex his etiam apparet. de homicid.& Mar.Socin.Sen.in cit.ca.ad audientiam.q.9.num.155. ſecus autẽ ſi id facit, ut cõmodius quieſcat, modò probabiliter ob id non credat eum moriturum,& diligentiam debitam adhibeat,quamuis non omnino exactam,& eam,quæ ab oculatiſſimo adhibita eſſet, ſed eam,quam communiter prudẽs homo adhibet;id quod plurimum conſcientias timoratas,ac pias conſolari debet, atque ſic dixit Caiet.2.2.q.64.art.8.uerſ.Et hoc dixerim, ubi ait & ſacerdotes inſeruiendo infirmis eos uoluere in lecto poſſe,ut quietius taceant, & reliqua ſeruitia exhibere cum prudentia, quæ in huiuſmodi conſueta eſt,ita Caiet.ibid.

Verùm,quid ſi quis dubitet, an ex eo motu mortuus ſit,quid tunc fiet? Medici adeundi erunt,ac conſulendi,qui declarabunt,an eo motu mors ſecuta ſit nec ne, & eorum dictis ſtabitur,ut peritis.argu.l.ſeptimo menſe.ff.de ſtat. homin.atque ſic dixit Specul. eod. ubi ait,aut conſcientiam eam dimittendam eſſe de auctoritate prudentis uiri,aut tutiorem uiam eligẽdo ſe irregularem exiſtimare.

5 Irregularis etiam fit † qui extraxit gladium, ſeu ſagittam,uel telum capiti, corporiue alicuius infixum, quãobrẽ uulneratus citius obiit, quę ſententia,etſi DD.omnes eam ſequi uidẽtur,ſimpliciter tamen uera non eſt,ut animaduertit Couar.eod.num.& uerſi.Hi uerò auctores;nam ait ibi ueram eſſe eam ſententiam,ubi in culpa aliqua ſunt,qui extraxerunt,quia ſcilicet non ſeruauerunt modum in extrahendo ꝑ dicta,qui à uiris huius peritiſſimis pręſcriptus eſt:id quod ſenſit etiam Socin.ibid.ut colligitur ex iure ab eo cita. ſecundum quod dictum DD.accipi debet,ut tradidit Barto.communiter recept.in l.cùm delanionis.§.liberationis uerbo.ff.de lib.leg.at allegat.l.culpa de regul. iur.quæ ait culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe nõ pertinenti,ergo accipi debet dictum eius, ubi culpa aliqua interuenit,aliàs ſecus.Si ergo chirurgus rei huius peritus telum extraxerit,quò uideat,an curari poſſit,dolorue minui, irregularis nõ fiet,ſi præcepta artis ſeruet, eſto mors ſequatur,ut ſuo loco uidebimus.Vel igitur pietatis gratia mortem cuipiam acceleret,irregu-
6 laris efficitur.Irregularis etiam † fit ægroto malum nunciũ afferens,ad iramue eũ prouocãs, quo citius moriatur,ita Maiol.de irregular.li. 5.cap.48.§.1.nu.2. Et de quęſtione hac ſatis.

S V M M A.

1 *Inſtrumenta,& arma pręſtantes ad mortem,mutilationemue inferendam an irregulares ſint.*

2 *Fabricantes,vendentes,commodantes arma,& inſtrumenta ad mortem inferendam in iudicio an irregulares ſint.*

3 *Arma præſtantes carnifici ad occiſionem, mutilationemue,irregulares ſunt, eſto tunc eis uti nolit.*

4 *Præbens arma ad iuſtum bellum an irregularis ſit.*

5 *Bello iuſto ſi quis hortetur ad pugnam non fit irregularis,ſecus bello iniuſto,& quamobrem.*

6 *Arma uendens ad homicidium irregularis fit.*

7 *Arma prębens ei, quem credit ipſis homicidium committere uelle, irregularis fit homicidio ſecuto.*

8 *Arma præbens ad bellũ iniuſtũ an irregularis fiat.*

9 *Arma tradens perſonę priuatę an irregulgris fiat, ſi illis mors inferatur.*

10 *Inſtru-*

10 *Inſtrumenta deſtinata non ad mortem inferēdam, ſed ad alia, ſi quis prębeat, an irregularis fiet, ſi ipſis quiſpiam occidatur.*

11 *Fucos prębens mulieri an peccet.*

12 *Ramos tradens hebræis ad ſenofegiam, uel adiuuans ad panes azimos conficiendos an peccet.*

§. IV.

1 §. †Quinta quæſtio eſt, ex quo ad mortem, mutilationemve inferendam inſtrumenta aliqua requirũtur, & arma, ut laqueus, furca ad laqueo ſuſpendendum, gladius, ac ſtipes, id eſt il Cepo ad caput amputãdum, in fruſtave homines ſecandos: item uenenum, & huiuſmodi alia inſtrumenta, quæ ad prędicta inferenda adhibentur, an, inquam, qui hæc præſtant, uendunt, aut fabricant, irregulares fiant, ſi contingat deinceps mortem, mutilationem ve ſequi? In hac quæſtione, quæ plurimi quidē facienda eſt, & ex eius ſolutione multa iura declarantur, multæque quæſtiones ſoluuntur, videbatur dicendum, irregulares hos non fieri. Primò, quoniam ſi hoc daremus, & illud dandum eſſet omnes fabros ferrarios, qui gladios, enſes, arcus, ſagittas, & huiuſmodi alia faciunt; & omnes, qui funes componũt, irregulares fieri, ſi contingeret ipſis armis quempiam occidi, uel mutilari. Immò, quòd ex omnibus ferè, quæ ab hominibus fiunt, mors ſequi poteſt, omnes irregulares fieri, quod abſurdum eſt, & contra capitul. de occidendis. 23. quæſtio. 5. ubi habetur nihil eſſe in uſu hominum bono, ac licito, unde non poſſit pernicies irrogari; & idcirco reum ſanguinis eum non eſſe, ex cuius re aliquis mortuus eſt, vnde nec reus eſt mortis alienæ: dicitur enim ibi, qui, cùm ſuæ poſſeſſioni murorum ambitum circumduxit aliquis ex ipſorum uſu percuſſus interiit. Neque enim reus eſt Chriſtianus, ſi bos eius aliquem feriendo, uel ęquus calce iacendo aliquem occidat; aut ideo non deberent chriſtianorum boues habere cornua, aut equus ungulas, aut canes dentes. An uero, quoniam Paulus Apoſtol. ſatis egit, ut in tribuni notitiam perferret inſidias ſibi eſſe à quibuſdam perditis præparatas, & ob hoc deductores accepit armatos, ſi in illos ſcelerati homines incidiſſent, Paulus in effuſione ſanguinis eorum ſuuum crimen agnoſceret? Abſit, ut ea, quæ propter bonum, ac licitum facimus, aut habemus, ſi aliquid per hęc prẹter noſtram uoluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur; alioqui nec ferramenta domeſtica, aut agreſtia ſunt habenda, ne quis ex eis uel ſe, uel alterum interimat; nec arbores plantandæ, ne quis ſe inde ſuſpendat, nec feneſtra facienda, ne per hanc ſe quiſquam prẹcipitet. Et quid plura commemorem, cùm ea commemorando finire nō poſſem? quid eſt in uſu hominum bono, ac licito, unde non poſſit pernicies irrogari? Hęc ibi S. Auguſtinus; ex quibus propoſita concluſio habetur. Secundò facit, quoniam qui in bello iuſto ad ſui defenſionem, non oppugnationem baliſtam, ſeu arcum, ſeu ſagittas præbet, ipſe uerò ſagittarius quempiam occidat, irregularis non efficitur ea arma prębens, modò ipſe non intendat principaliter, ut ſagittarius aduerſarium occidat, nec credat ipſum ſagittarium intendere ad occidendum, ſed ut ſe, ſuaque defendat, ac recuperet, quamuis deinceps mors ſequatur, ut dixit In nocent. in capit. ſententiam. num. 3. uerſic. Baliſtariis; ergo idem in caſu noſtro dicendum videtur. Poſtremò facit, quoniam contingere poteſt ipſum arma fabricantem, uendentem, uel accommodantem, ignorare ad uindictam ſanguinis ea ſummi, ergo irregularis fieri non debet. argumen. capitu. apoſtolicæ. de cler. ex commun. min. qui enim ſe cenſura irretitum probabiliter ignorat, irregularis non fit, ſi diuina faciat, ergo & hic cùm eadem ratio ſit.

Atqui contrariam opinionem nonnulli ſequuntur, ſcilicet, qui præbet hęc arma, uel inſtrumenta, irregularem hunc fieri. Nam primò id dixit Gloſſ. in capitu. ita quorundam. de iudæ. in uerb. Subminiſtrat; nam inde colligit clericum pro homicida haberi, qui pugnantibus arma miniſtrat, dummodò illis fiant homicidia. Hæc Gloſſ. Si ergo pro homicida habetur, irregularis fit arma prębens. Secundò facit c. quod in dubiis. de pœn. ubi habetur ſacerdotes, qui gubernant naues ad pugnandum, & qui perſonaliter exercent conflictum, & qui alios incitant ad pugnandum, omnes enormiter peccare, & deponendos eſſe; ſi deponendi ſunt, ergo irregulares ſunt. Prẹterea, qui in prẹlio ad interficiendum incidit, quamuis bellum iuſtum ſit, irregularis ſit, ſicut etiam qui baliſtam, aut ſagittas ei prębet, quem credit aliquem interfecturum, ubi interficit, ut dixit Innocen. in eod. capi. ſententiam. in uerb. Baliſtariis. ibi, ſed ſi alterum prædictorum, ergo & prædicti irregulares fiunt. Poſtremò facit, quoniam, qui expreſsè dat arma ad occidēdum, & ſic intentione actuali irregularis fit, ut dixit Innocen. ibid. quem communiter receptum teſtatur Nauar. in Man. cap. 27. numero 216. uerſic. Et illius dicti Innocen. ergo & qui dat arma ad prẹliandum, & uincēdum hoſtes, tacitò uidetur uelle, ut percutiant, mutilent, & occidant eos, cùm id ſine huiuſmodi deformationibus contingere nequeat, ergo irregularis fit, ex quo par uirtus taciti, & expreſſi eſt. l. cùm quid. ff. ſi cert. pet. & ca. quemadmodum. de iure iur. Accedit, quòd hos irregulares fieri dixit Ioan. Tabie. in uerb. Irregularitas. 3. nume. 26. quæſt. 25. nam inquit omnes irregulares fieri, qui accuit, uel portat manariam, uel mutuat, uel portat ſcalas, uel cordam, quia dat cauſam immediatā morti, idem dixit Syl. in uerb. Homicidium. 3. q. 2. uerſic. Secundò.

Quid igitur concludendum? Quò quęſtionem hanc dilucidiorem habeamus, has quęſtiones declarabimus. Primùm, ubi quis

arma, inſtrumentaque prædicta ad mortem, mutilationemve inferendam in iudicio præſtat an irregularis ſit. Secundò quid iuris, ſi tunc illis armis, atque inſtrumentis carnifex vſurus non ſit, quia caſus tunc non adeſt, an, nihilominus irregularis fiat, qui inſtrumenta ad prędicta inferēda ei pręſtat, accommodat, ſeu accuit. Tertiò, quid ſi pręſtat inſtrumenta, & arma ad bellum iuſtum, uel fabricat ſimpliciter non intendens mortem, neque aliud tale quicquam. Quartò, quid ſi hoc animo præbeat, ut homicidia fiant, & mutilationes. Quintò, quid ſi credit probabiliter ea euentura. Sextò quid ſi ea præſtet ad bellum iniuſtum, uel ſimpliciter, uel cum hac intentione, ut homicidia fiant, uel mutilationes. Septimò, ſi priuatæ perſonæ eadem præſtat; qui non in bello ipſis uti uult, ſed alibi, an & hic irregularis ſit. Poſtremò, quid ſi alia tribuat, quæ ꝓpriè ad mortem, mutilationemve inferendam inſtituta nō ſunt, ſed ad alias functiones, ut pote raſtra, ligones, ſudes, lapides, & huiuſmodi alia, quibus is cui præſtita ſunt, quempiam interfecit, an irregularis factus ſit, qui ea pręſtitit. Hæ ſunt quęſtiones omnes diſſoluendę, quibus diſſolutis propoſita quęſtio erit diſſoluta, & declarata.

2 Quoad primam quęſtionem igitur † breuiter concludo fabricantem, uendentem, & accommodantem prædicta arma, & inſtrumenta ad mortem, mutilationemve in iudicio inferendam, irregulares hos fieri: nam ſunt cauſa aut mortis, aut mutilationis; præſtant enim materiam proximam, & immediatam, unde homicidium, & mutilatio ſequūtur; at, qui eſt cauſa proxima homicidii, & mutilationis, irregularis fit, etiam ſi iuſtè id agat. argum. ca. ſi quis uiduam. di. 51. & cap. ſententiam ſanguinis. ne cler. uel monac. ergo prędicti irregulares ſunt, & in hoc caſu locum habet opinio Syl. & Tabien. in allegat. locis, & Nauar. in Man. capitu. 27. numero 217. uerſicu. Vndecimò; ibi enim ait uendentem, uel commodantem ſcalas, funes, enſes, ſagittas, baliſtas, aut alia inſtrumenta ad ſagittis configendum, laqueo ſuſpendendum, iugulandum, aut membrum decidendum, irregularem fieri. Ecce hic uendentem, accommodantemve inſtrumenta huiuſmodi irregularem fieri, modò ad mortē ea pręſtet; non enim ſat eſt ipſa uenditio, aut commodatum ad irregularitatem incurrendam, niſi ad mortem, mutilationemue ſint; idem Syl. ibid. nam inquit, qui accuit, vel defert ſecurim, vel aliud occiſionis inſtrumentū, vel portat ſcalas, vel funes pro aliquo ſuſpendendo, irregularem hunc fieri, quibus uerbis ſignificatur ad occiſionem ut hęc fiant, poſtulari. Duo igitur neceſſariò requiruntur ad irregularitatis notam ſubeundam, & vt hæc præſtentur, fiantve, & ad hunc finem, ſcilicet ad mortem, membriue mutilationem inferendam, & in hanc ſententiam accipienda eſt Gloſſ. in citat. capit. ita quorundam. de iudi. & ita interpretatur Nauarr. eod. numero 216. & allegat pro ſecunda opinione. Non ergo fabri ferrarii, qui arma hęc fabricant, nec mercatores, qui ea uendunt, irregulares fiunt; ſi ad occiſionem, mutilationemue hæc non gerant, nec, qui ea emunt, uel quibus ea fabricant, ad prædicta ſummere ſciant. Et de quæſtione hac ſatis.

3 Secunda quæſtio eſt † ſi quis præſtat carnifici arma ad occiſionem, uel mutilationem, quibus tamen armis carnifex tunc uti non uult, quippe, quia caſus non adeſt, an irregularis fiat, ſi deinceps carnifex ipſis vſus ſit, ubi caſus euenerit. In qua quęſtione uidebatur dicendum irregularem hunc non fieri: tum quod qui legem, uel ſtatutum facit, quibus mortis pœna proponitur, irregularis non fit, ut ſupra uidimus; tum quòd, vbi cauſa non pendet, conſultus, qua pœna homicida afficiendus ſit, irregularis non efficitur, ſi pœna mortis afficiendus reſpondit, ut ſuo loco probauimus, ergo neque hic irregularem fieri dicendum videtur, qui ad mortem ea inſtrumenta præbet, vel fabricat, cùm illis tunc vſurus non ſit, & cauſa non pendeat.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet hunc irregularem fieri. Et hoc ob eam rationem, quòd ad hunc finem tradit, ſcilicet ad mutilationem, & mortem inferendam, quo caſu quē irregularem fieri proximè concluſimus; nam, & qui conſilium prębet ad homicidiū cōmittendū, irregularis efficitur, ſi ſtatim uel poſt multū tēporis homicidium committatur, vt dixit Innocen. in capi. ad audientiam verſicu. Item non intereſt. de homicid. & ſequitur Abba. ibi in fine, & Mar. Socin. Sen. quęſtio. 7. numer. 316. & vt ſuo loco videbimus. Non repugnant rationes contrariæ de ſtatuto, & de reſpondente de iure, nam neuter homicidium, & mutilationem in primis intendit, ſed, qui ſtatutum, ac legem facit, hoc potiſſimum uult, ut homines à delictis ſe abſtineant: qui verò conſultus reſpondet qua pœna homicida afficiendus ſit, in primis hoc facit, vt doceat quid ſit in iure, quo caſu non inſpicitur deinceps quid ſequatur; in una enim quaque diſpoſitione ſemper inſpicitur id, quod in primis agitur. leg. non omnis, & ibi not. ff. ſi cert. pet. & le. 1. ff. de auct. tut. & capit. cùm uoluntate de ſenten. excommu. at, qui accuit inſtrumenta carnifici, uel vendit, uel fabricat, uel ſcit ipſis carnificem ad mortem inferendam uſurum per ſe, & in primis, uel ea intentione illa facit, ergo irregularis, qui præbet inſtrumenta ad mortem inferendam, uel ei, quem credebat probabiliter hoc intendere, irregularis fit, ut dixit Innocen. in capit. ſententiam. in uerb. Baliſtariis, ibi. Sed ſi aliter prædictarum. ne cler. uel monac. Sicut etiam, qui fabricaret arma, uel uenderet ei, quem ſcit ad interficiendum tantùm, uel mutilandum uti uelle. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

Tertia

4 Tertia quęſtio eſt † quid ſi præſtat inſtrumenta, & arma ad bellum iuſtum, uel fabricat ſimpliciter non intendens mortem, neque mutilationem. In hac quæſtione breuiter concludendum eſt hunc irregularem non fieri. Et hoc ob eam rationem, quòd non dat prædicta arma ſpecialiter ad occidendum, ſed generaliter ad bellandum, præliandum, & uincendum: immò etiam ad lucrandum; at, qui hoc animo hæc præſtat, irregularis non fit, ut dixit Innocen. in capitu. ſententiam. in uerb. Baliſtariis. ne cler. uel monach. & Nauar. in Man. capitu. 27. nume. 216. ergo irregularitatis notam hic euadit. Poſtremò facit capi. 2. ne cler. uel monac. lib. 6. nam clericus, qui iuriſdictionem temporalem habet, ſi homicidio, aut alio maleficio ab aliquibus in iuriſdictione ſua cōmiſſo cuipiam committat, ut ſuper hoc ueritatem inquirens, iuſtitiæ debitum exequatur, irregularis tamen non efficitur, quamuis deinceps iuſtitia id uolente pœna ſanguinis inuſta ſit. Ecce hic clericus, ubi cauſam committit principaliter, & generaliter ut iuſtitia fiat, irregularem non fieri, quamuis deinceps uindicta ſanguinis ſequatur, & tamen irregularis fieret, ſi mandaret, ut occideret, ergo, ubi non principaliter in cauſa iuſta, & bello iuſto quis mortis cauſa eſt, ſed per conſequentiam, irregularem hunc non fieri, quia hoc ipſe ſcilicet non intendebat, ergo neque hic, qui præſtat, uel uendit arma ad bellum iuſtum non intendens occiſionem, uel mutilationem, irregularis non fit, quamuis deinceps mors, membri ve mutilatio ſequatur.

Nec repugnat, quòd in ſecunda opinione ſupra dictum eſt, parem uirtutem eſſe taciti, & expreſſi, & quod hic poterat cogitare per ipſa arma quem probabiliter interfectum iri. argum. cap. fin. de homicid lib. 6. ubi, qui mandauit quem uerberari, irregularis efficitur, ſi mors ſequatur; nam & ratio, & illud ius locum habent, ubi ad iniuſtum opus inſtrumēta quis pręſtat; tunc enim uerum eſt culpę loco ipſi tribui, qui cogitare potuit mortem interuenire poſſe, quamuis ipſe eam expreſsè prohibuerit, ut in citat. cap. fin. de homicid. At ubi ad opus iuſtum, ut pote ad iuſtum bellum arma præſtātur, ſi non principaliter, & ad hunc finem præſtentur, ut occidant, ac mutilent, irregulares non efficiuntur. argum. cit. cap. fin. ne cler. uel monac. & c. pen. de homicid. ubi nec clericus irregularis efficitur, qui in pugna quempiam

5 etiam percuſſit, ſed neminem interfecit, † & communiter concluditur, qui in bello iuſto ad pugnandum hortantur generaliter ad uictoriam, & percutiēdo multos propriis manibus, & efficiendo, ut commilitones eius ope, & hortatu inflamati multos occidant, irregularem non fieri, modò ipſe non occidat: nam ipſe nō dat cauſam propinquam occidendi, cùm non hortetur, neque incitet ad occidendum, atque ſic dixit etiam Nauar. eod. numero 215. iunct. numer. ſequent. uerſicu. Tertiò urget. Ex his apparet, ubi ad iniuſtum opus quis ratione quapiam opem fert, etiam ſi propinquam cauſam morti non tribuat, neque etiam id intendat, immò expreſsè prohibeat, irregularem fieri, ut habetur in citat. capit. fin. & quicquid inde ſequitur ei aſſignari. Vbi uerò ad iuſtum opus opem præſtat, tunc irregularem non fieri, niſi, ubi propinqua cauſa eſt homicidii, uel mutilationis, non autem per conſequentiam. argument. capitul. fin. ne cler. uel monach. Id quod ſumma ratione factum eſt; nam ſicut ſpeciale in hoc ſecundo caſu eſt, ut pro actu etiam iuſtiſſimo irregularitas inuratur, ita irregularitas coarctari debuit, ut ea quis tantùm afficiatur, ubi cauſam propinquā dat, ſpeciatimve id intendit quoad mortem, aut mutilationem, non autem ubi aut generatim, aut remota cauſa eſt. At ubi ad delictum opem fert, ęquum fuit, quò delicta coerceantur; (intereſt enim id Reipublicę. l. ita uulneratus. ff ad leg. Aquil.) ut remota etiam cauſa, contra, ac pręter opinionem puniretur, & auctores eius irregulares fierent. iuxt. citat. capi. fin. de homicid. libr. 6. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

6 Quarta quæſtio eſt, † an irregularis fiat, qui arma uendit, accommodatve ad homicidium, aut mutilationem. In qua quæſtione breuiter concludimus hunc irregularem fieri. Id quod primò ex dictis conſtat; nam ſi, ubi ſimpliciter quis in bello arma, & inſtrumenta tribuit non intendens mortem, mutilationemve, irregularis non efficitur, ut ſupra concluſimus, ergo ſecus, ubi hoc animo pręditus ea præſtat; cognito enim uno ex contrariis, & aliud cognoſcitur. argument. Inſtitut. de iis, qui ſunt ſui, uel alien. iur. in principio. cum ſimil. citat. ibi à Gloſſ. Pręterea id probatur ratione, nam hic facto adiuuat, ex quo inſtrumenta præbet hoc animo ad mortem, mutilationemve inferendam; & talis irregularis fit, ut habetur in capit. ſicut dignum. §. illi etiam. de homicid. Poſtremò id ſenſit Innocen. in capit. ſententiam. in uerb. Baliſtariis. in uerſicu. Sed ſi alterum prædictorum; nam inquit ibi, Si quis parauit baliſtam baliſtario in iuſto bello, & hoc principale intendebat, ut per baliſtarium aliquis occideretur, hunc irregularem eſſe; ſicut etiam ſi exiſtimabat baliſtarium ad hoc intendere; ergo, ubi hoc animo inſtrumenta, & arma præbet, ut occiſio, mutilatiove fiat, irregularis fit, & ſequitur Abba. ibi numero 18. & Nauarr. qui opinionem hanc communem ſentit in Man. capitu. 27. nume. 216. Hæc autem ſententia locum habet nō ſolùm in bello iniuſto, verùm etiam in bello iuſto, & ubi datur publico carnifici ad uindictam ſanguinis faciendam, ob eaſdem rationes.

7 Ex huius quæſtionis ſolutione † quinta quæſtio ſoluta eſt, an irregularis fiat, qui credit probabiliter eum, cui arma pręſtat, homicidiū

mutilationemve commiſſurum;nam pro certo habendum eſt irregularem hunc eſſe ; ſic enim inquit Inno.in cit.c.ſententiam.in eod. verſi.Sed ſi alterum prædictorum. & quoniam ibi de eo agit,qui ad bellum iuſtum arma præbet,multo magis eius dictum locũ habet, ubi ad bellum iniuſtum.

8 Sexta quæſtio eſt † an irregularis fiat,qui præſtat inſtrumenta ad bellum iniuſtum,ut arma, uel ſimpliciter,uel hoc animo, ut homicidia fiant,vel mutilationes. In qua quęſtione breuiter etiam concludimus,uel ſimpliciter,uel hoc animo affectus quis ea tradat, irregularẽ hunc fieri. Nam in poſteriori caſu, ubi ſcilicet hoc animo ea tribuit,non eſt dubitandum,quin irregularis fiat;ſi enim ubi ad bellum iuſtũ præſtantur,irregularis fit is, qui præſtat,ut probauimus,multo magis irregularis fiet,ubi ad bellum iniuſtum ea præbet,præſertim quod auxilium hic fert,& quòd ſic DD. omnes concludunt,& Inno.in citat.cap. ſententiam. uerſi.Si uerò in iuſto bello. In poſteriori autem caſu; ubi ſimpliciter ea præſtat,modò ſciat ad bellũ iniuſtum dari,irregularitatis notam etiam nõ effugit;ubi enim ad iniuſtum opus faciendum quidpiam datur,quicquid inde ſequitur,danti tribuitur,eſto id ipſe non cogitauerit,nec etiã voluerit,ut habetur in cap.fin.de homicid.lib. 6.ibi enim qui mandauit quempiam uerberari,ſi mors ſequatur,irregularis efficitur,eſto id expreſsè prohibuerit;& ratio ea eſt, quòd non culpa vacat,ex quo illicitæ rei operam dat, & euenire id poſſe cogitare debebat. Nec repugnat ſi dicatur in bello iuſto id non conſiderari;ut enim ſupra probauimus,ſpeciale hoc eſt, ex quo pro iuſtiſſima etiam cauſa irregularis quis efficitur,ut id tunc tantum contingat,ubi principaliter id intendit;at ſecus,ubi rei illicitæ operam dat;ſat enim habuit lex ad irregularitatis notam ſubeũdam quem etiam remotam cauſam fuiſſe,ut traditur in citat.cap. fin. de homicid. Id quod ex quo iure traditum habemus,quo iure irregularitas eſt inuenta.cap. is qui.de ſentent.excomm.lib.6.ab eo non diſcedemus,atque ſic dixit Nauar.eod. numero 216.uerſic.Tertiò,& Innocent.in cap.petitio tua.de homicid.nam inquit ibi in bello iniuſto quandocunque auxilium,vel conſilium dederit in mortem alicuius,uel culpabilis, uel negligens fuerit,irregularem hũc fieri,ſi mors ſequatur.Sat igitur eſt culpa,eſto intentio nõ adſit.Et de quæſtione hac ſatis.

9 Septima quæſtio eſt † an ſi perſonæ priuatæ arma,& inſtrumenta,quæ mortem afferre poſſunt,tradantur,an tradens irregularis fiat,ſi illis armis mors deinceps inferatur. Hæc quæſtio diſputatur,ubi tradens ſcit eum,cui tradit ad bellum iturum non eſſe,nec etiam in iudicio ad uindictam ſanguinis ipſis uſurum . In hac quęſtione ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut eſt perſona,cui arma traduntur,quam probabile non eſt ad homicidium,uel mutilationem ea petere. Et in hoc caſu irregularem hũc non fieri cenſeo:tum ob eam fidem,quam habet;tum ob facti ignorantiam, quæ excuſat ab irregularitate.capit.apoſtolicę de cler.excommun.min. Quare,qui ruſticis arma uendunt, item & ciuibus,& exteris irregulares non fiũt, ex quo probabiliter ignorant ad mortem ea comparari:etenim armis & benè, & male uti poſſumus,ſcilicet ad oppugnationem,& defenſionem, & dolus re dubia non pręſumitur.l.e. merito.ff.pro ſoc.Aut uerisimile eſt ad homicidium armis illis accipientem uſurum,uel dubitat,vt pote, quia audiuerat eum ad aliquod facinus perpetrandum ire uelle. Et in hoc caſu pro certo habendum eſt hunc irregularem fieri,ſi mors mutilatiove ſequatur,& ita Maio. de Irregular.lib.5.cap.48.§.3.numer.17.uerſicu.Huc ſpectat. Et de hac itidem quęſtione ſatis.

10 Poſtrema quęſtio eſt † quid ſi quis præſtet non arma, ſed alia inſtrumenta ad alia opera facienda deſtinata,cuiuſmodi ſunt ligones, raſtra,& huiuſmodi,& illis,qui ea habuit, ad homicidium uſus ſit,an irregularis fiat,qui ea ipſi præſtitit; hęc enim etſi ſua natura ad mortẽ inferendam deſtinata non ſunt, intentione tamen talia fiũt,ut probauimus in Tractatu Bullæ Cœnę Domini. In hac quęſtione,quoniam, qui hæc tradit,ac uẽdit,rei licitæ operam dat, irregularem hunc non fieri cenſeo,niſi hoc animo tradat,vel ſciat accipiẽtem ad hunc finem accipere;tunc enim auxilium huic præbet, & idcirco irregularis fit. Si uerò neutrum eorum interuenit,quia ſcilicet nec ipſe hoc animo arma uendit,neque ſcit ementem ad hũc finem emere,eſto homicidium per ea fiat, irregularis vendens non erit; alioquin irregularis eſſet faber,qui feneſtrã patefacit,vnde quis ſe proiiciens mortuus eſt,& qui turrim ædificauit, ſi ab ea quis ſe præcipitem dedit, & qui piſces vendit,ſi quis nimia feſtinatione ipſis ueſcens ſe occidit, quæ omnia abſurda ſunt, & contra c.de occidendis.23.q.5.

Ex his ſoluta quæſtio principalis mihi videtur,an,qui arma uendit,vel fabricat, irregula-
11 ris fiat;ſicut etiam alia quæſtio diſſoluta, † an præbens fucos,uel alia,quæ indifferentia ſunt, id eſt,quibus quis benè,& malè uti poteſt, an peccet;nam ſi ſimpliciter ea iis tradidit, quos probabiliter ignorat malè uti ipſis uelle, non peccat,ſi nec ipſe ad malum finem tradit;contra verò eum peccare , qui ad malum finem tradit, uel ſcit ad malum finem accipientem ipſis uſurum eſſe,ut ſenſit Nauar.in Man. capi-
12 tul.14.num.38.uerſicu. Nonò. † quare peccare mihi uidentur,qui ramos mirti, & huiuſmodi hębreis tradunt ad ſcenofegiæ feſtum celebrandum, modò id eis non licere tradens non ignoret,ſicut etiam, qui ad azimos panes conficiendos,eos adiuuant . Sed iam ad alia tranſeamus.

SVMMA

SVMMA.

1 *Hortans reum, dum ad mortem ducitur, ut equo animo mortem toleret, irregularis non efficitur.*
2 *Crucem amouens à facie rei, vt è ſcala deyciatur, irregularis non fit.*
3 *Hortans reum, vt ſcalam patibuli aſcendat, uel ad iuuans eum ad aſcendendum, vel hortans, vt genua flectat, & caput accommodet ad cipum, uel vt amoueat pannos, quæ circa collum ſunt, quò celerius gladius cędat, celeriuſque mors ſequatur, irregularis fit.*

§. V.

1 S†Sexta quæſtio eſt, an qui hortantur reũ, dum ad mortem ducitur, vt æquo animo mortem toleret, irregulares fiant. In qua quęſtione breuiter ſentio irregulares hos non fieri. Primò, quoniam cauſa non ſunt, ut mors inferatur, quod per ſe conſtat; non enim ipſi mortem afferunt, non mortem afferentem re, aut uerbis adiuuant, ergo irregulares non ſunt; alterum enim horum requiritur ad irregularitatis notam ſubeundam, ut habetur in c. ſi quis uiduam. diſt. 51. Præterea non ſunt etiã cauſa, ut mors acceleretur, quandoquidem id unum ſtudent, ut eam pœnam, quam reus ob ſua delicta meretur, patienter toleret, vt ea ad ſuorum peccatorum pœnas expiandas utatur, & ad ſummam, ne deſperet exemplis ſanctorũ ei propoſitis, & in primis Chriſti Domini, qui, cum neque in eius ore dolus inuentus eſſet, pro noſtris delictis expiandis vltrò accerbiſſimæ morti ſe obtulit. Nec repugnat, ſi dicatur, niſi eum hortarentur, ſaltem non ſic celeriter mortem inferrent; eſto enim iniquo animo mortem ferat, & peccatorum reum non pœniteat, mortem tamen non euaderet; alioquin meliori conditione eſſet hic, ſi morti non traderetur, eo, qui pertinax in peccatis non perſeuerat; materiaque daretur, ut obſtinato animo rei eſſent, quò mortem fugerent, quod eſt abſurdum, & ideo non dicendum. leg. nam abſurdum. ff. de bon. libert. Poſtremò, qui hos reos hortantur, conſolanturque, intendunt, quod diximus, non autem ut mors celerius inferatur, ergo irregulares non fiunt, quamuis deinceps mors acceleretur; nam nec, qui ad pugnandum in bello iuſto milites hortantur, irregulares fiunt, eſto mors ſequatur, modò ipſi principaliter id non intendant.

2 Verùm quid † ſi dum crucem ante reum habet, qui conſolatur, carnifex, qui uult reum iam è ſcala deiicere, dicat habenti crucem, uel annuat, quò eam remoueat, an quaſi impedimentum mortis tollens, irregularis fiat? Videbatur dicẽdum hunc irregularem fieri, ut qui cauſa ſit, ut impedimento remoto mors acceleretur. Cõtrarium tamen ſentio, ſcilicet hunc irregularem non fieri; tum quòd, eſto eam non remoueret, tamen reum è ſcala deiceret; non enim per ſe crux illa mortem impedit, nec moratur; ſolùm enim ibi eo adhibetur, ut reus exẽplo Chriſti Domini motus, mortem faciliùs toleret. Concludo igitur hunc irregularem non fieri, & minus, qui reum conſolantur, ut DD. communiter concludunt.

3 Efficiuntur tamen irregulares† qui reũ hortantur, ut ſcalam aſcendat, uel ad eam aſcendendam adiuuant, uel hortantur, vt genua flectat, & ad terram ſe proſternat, & collum gladio ſupponat, uel admonent, vt panni amoueãtur, qui circa collum ſunt, ne inciſio impediatur; hi enim omnes cauſa ſunt, ut mors celerius inferatur, & idcirco irregulares; ſecus ſi alios actus ad mortem ui ſua non pertinentes faciãt, ut ſi dicerẽt reo, ut ambularet; re dubia autem Epiſcopus arbitrabitur an actus ſit talis, qui irregularem quem reddit. Et de quęſtione hac itidem ſatis.

SVMMA.

1 *Campanas pulſantes dum ad mortem reus ducitur, an irregulares fiant.*
2 *Campanas pulſantes ad arma, unde homines congregati homicidium committunt, an irregulares fiant.*
3 *Campanas pulſantes ad homicidia irregulares fiũt ſecutis homicidijs.*
4 *Pulſantes campanas, ut homines congregentur ad tuendam patriam, vel ſeditionem ſedandam, irregulares non fiunt.*

§. VI.

1 S†Septima quęſtio eſt, an pulſantes campanas in ſignum, quòd aliquis eſt furcha ſuſpendendus, aut à miniſtris iuſtitię iugulandus, irregulares fiant. In hac quæſtione duæ DD. ſentẽtiæ ſunt; quarum altera fuit Io. Andr. in c. Ioannes. in fine. de homicid. & Ant. ubi tenent pulſantem campanam irregularem fieri, eoſdem refert, ac ſequitur Mar. Soci. Sen. in c. ad audientiam. q. 59. nume. 264. de homi. Altera verò Couar. in Clem. un. in 2. p. §. 4. nu. 5. verſic. Nec tamen admiſſerim. de homicid. nam inquit ſe nõ admittere eum irregularem eſſe, qui campanam pulſauerit in ſignũ quod aliquis eſt furca ſuſpendendus, aut à miniſtris iuſtitiæ iugulandus. Et hoc ob eam rationem, quoniam hic nec cauſam propinquam, nec remotam morti dat, aut homicidio.

Quid igitur concluden dum? Ego has opiniones ſic cõciliandas inter ſe cenſeo. Aut pulſatio cãpanæ ad hunc finem inducta eſt, ut homines eo ſigno moniti quem ad mortem duci ſciant, & idcirco pro reo præces ad Deum fundant; eiuſq. rei pęna pteriti à delictis amoueãtur; & in hoc caſu ſententiam Couar. ueriſſimã cenſeo; tum quòd, ut ipſe ait, nec cauſa proxima, nec propinqua eſt mortis; tum qđ nec intẽtio eſt ipſius pulſantis campanã, ut mors inferatur, ergo irregularis non eſt, cũ ut irregularitas inuratur ob mortem, mutilationẽve neceſſario alterum prædictorum requiritur. arg. cit.

ca.ſi quis uiduam.diſt.5 1. Quare uel tuba, uel alio inſtrumento ſignum hoc detur,tibicem ir regularis non erit.

Aut cāpana pulſatur,ut milites, & miniſtri iuſtitiæ ſciant quando reus è carcere ad mortē duci debeat; & in hoc caſu alteram opinionē veriſſimam concludo, ut ſcilicet pulſantes cāpanam,irregulares ſint;nam hi ſunt cauſa, ut eo ſigno dato ad mortem reus ducatur, & ſic mors acceleretur,quo caſu quem irregularem fieri antea diximus. In hoc igitur caſu hæc ſen tentia locum habebit.Locum etiam ſibi uindi cabit,ubi per illud ſignum loci uel conſuetudi ne,uel ſtatuto id iubente milites admonerentur,ut armati adeſſent,vbi mors eſt inferenda, ne reus,aut fugeret,aut eriperetur;in hoc enim caſu,quòd adiuuant ſua pręſentia,ob eam rem irregulares fiunt,atque ſic ſenſit etiam Maiol. de Irregular.lib.2.cap.10.num.4. nam ait irre gularem fieri pulſantem campanā,ſi ob id fiat, quò reus tutius ad mortem ducatur, aliàs nō. Idem inquit de pulſante campanas, quò popu lus currat ad capiendos è carcere fugientes; nā ſi capiantur, & occidantur, irregularis fit,qui campanam pulſauit;non enim vt ſe tueretur id fecit.Idem ego ſentio,ſi pulſaret, ut homicida caperetur,qui trāſibat illac,& neminem offendebat,uel læbebat. Et de quæſtione hac ſatis.

2 Verùm,quid de iis † qui ſignum dant cāpana ad arma,unde homines congregati homi cidium committunt,an irregulares ſunt? Couar.eod.num.uerſ.Tertiò eadem poſterior,in quit irregularem eum eſſe,qui ad ſeditionem, & arma pulſauerit campanā, & inde fuerit ex prælio inito,aut pugna ſecuta mors, cùm maxi mam huic morti cauſam dederit. Hæc Couar. Hæc opinio Couar.ſimpliciter uera nō eſt,nec totam materiam hāc complectitur; quid enim ſi in bello iuſto campanis ſignum detur ad arma ad hoſtes propulſandos?uel ſe ſuaque tuenda?Quid ſi de iudicis mandato,ubi in ciuitate tumultus excitati ſunt, & quò quieſcant,ac ſedentur,ſignum campanæ datur,ut homines ad id congregentur?Planè in his caſibus campanas pulſantes,uel tubam, uel aliud inſtrumentum,irregulares non fiunt, ut uidebimus.

3 Quid igitur concludendum?†Ego ſic diſtin guendum cenſeo.Aut campanæ pulſantur,quò homines congregati homicidia committant, exēpli gratia, quia in Ciuitate factiones ſunt, & campanis ſignum datur, vt vtriuſque factiones,uel alterius homines congregati ſuas partes tueantur;& in hoc caſu,quòd rei illicitæ operam dant,idcirco irregulares ſunt,ubi homi cidia ſequuntur,& in hoc caſu opinio Couarr. locum habet,quam etiam opinionem ſequitur Felin.& communiter DD.ut ipſe teſtatur in c. Ioannes.de homic.qui & quod in hoc caſu ſen ſerint eorum uerba id nobis indicant;nam Couar.inquit,Qui ad ſeditionem,& arma pulſauerit,ſeditionis autem uerbum ſignificat tumultum illicitū,ut habetur in titu.C.de ſeditioſ.& apud Virg.Aeneidos li.1.ibi,Ac ueluti magno in populo cū ſæpe coorta eſt Seditio,ſæuitque animis ignobile uulgus. Indicant quoque uerba ipſius Felin.nam ſimpliciter inquit irregularem pulſantem fieri, ubi cāpanam pulſaret, ut populus curreret ad arma, ex quo enim ad hunc finem tantum pulſat,ad illicitum finem pulſat.

4 Aut pulſantur†campanæ uel in bello iuſto, ut milites congregati irruentes hoſtes propul ſent,uel ſe,ſuaque tueantur, uel ut ſua ab hoſti bus recuperent; & in hoc caſu irregulares non fieri cenſeo pulſantes campanas, uel tubas,uel timpanos,huiuſmodique alia inſtrumenta. Primùm,quia non ſunt cauſa proxima homicidio rum,quæ ſequuntur,nec hoc intendunt,ſed ſolū,ut dixi, quo eo ſono excitati milites hoſtes propulſent,ſe,ſuaque tueantur,uel recuperent, & ſuo duci,ac reipubli.operam ſuam pręſtent; at,qui in bello iuſto hæc agunt, quod homicidii cauſa proxima non ſunt, nec id intendunt, irregulares non fiunt, ut probauimus antea de iis,qui inſtrumenta bellica præſtant, ergo neque hi. Præterea,qui ad pugnandum hortātur in bello licito,etiam ſi dicāt præliamini, & uincite,irregulares non fiunt,ut de communi ſententia teſtatur Nauar.in Man.cap.27.numero 215.in fine,ergo neq. hi irregulares ſunt.Hinc in bellis contra Turchas in Vngaria ſuperioribus annis fratres capucini plures ad illud bellum iuerunt,qui hoc munus pręſtabant,ut hortarentur cruce præmiſſa in pręlio chriſtianos ad fortiter pro Chriſti fide pugnandum, quos irregulares non fieri ſine dubio exiſtimandum eſt. Poſtremò, qui adiuuat,ut hoſtes propulſentur etiam uulnerando, uel clericus ſit, irregularis non ſit,ut habetur in cap. pen.de homi ci.ergo multo minus hi,qui huiuſmodi inſtru mentis ſignum dant ad homines congregandos ob eaſdem cauſas.

Idem aſſerimus,vbi in ciuitate ſeditione orta ad eam ſedandam campanis ſignum datur, ut homines congregentur,quò ſeditioſi homi nes coerceātur, ne homicidia committāt;eſto enim homicidia aliqua contingant, non tamē irregularem pulſantem reddunt, quandoquidem id non intendebat,& in uno quoque actu id inſpici debet,quod in primis agitur. le. non omnis,& ibi not.ff.ſi cert.pet.l.1.ff. de auctorit.tut.cap.cum uoluntate de ſent.excom.

Immò & priuata auctoritate, ubi publica haberi non poteſt,quia periculum vrget, quò facinoroſos expellant, & pericula tum rerum, tum perſonarum uitent. Quare ſuperioribus annis, dum exules his in locis quodammodo dominabantur,& homicidia paſſim, nulloque diſcrimine faciebant,incendia,& captiuos, tutò poterat,ubi eorum aduentus audiebatur,in uillis ſine irregularitatis metu campanas quis pulſare,ut homines eius loci congregati impedirent,ne exules uillam ingrederentur, & ingreſſi ut expellerent;id enim poteſt ob periculum

lum perſonæ,uel rerum:id quod & dixit Fely. in cit.cap.Ioannes in fine; poſtquam enim dixit pulſantem campanam,ut populus curreret ad arma irregularem fieri ſecutis homicidiis, excipit tamen,ubi hoc feciſſet uidens periculū perſonæ,uel rerum, ibi:Niſi, contra hos enim bellum iuſtum eſt,ex quo hoſtes facti ſunt.

Idem ſentio, ſi una uilla contra aliam uillā ueniret,quippe,quia in una eſſet factio,& in alia altera;ex quo enim iniuſtæ ſunt, ob eam rē homines uillæ,qui aggrediuntur aliam, expelli poſſunt hominibus congregatis per ſonum campanæ ab alia uilla.

Idem ſentio de furibus:ſed iam ad alia trāſeamus.

De Irregularitate,quæ oritur ex homicidio voluntario, mutilationeve huiuſmodi in bello iuſto factis. Cap. XII.

SVMMA.

1 *Bellum quid ſit.*
2 *Bellum quotuplex,quod ad rem noſtram pertinet.*
3 *Bellum iuſtum quodnam ſit.*
4 *Bellum iniuſtum quodnam ſit.*

DE Irregularitate, quæ oritur ex homicidio voluntario, mutilationeve huiuſmodi auctoritate publica factis in iudicio egimus; iam de irregularitate agamus, quæ oritur ex homicidio, & mutilatione itidem uoluntariis auctoritate publica in bello iuſto factis. Verùm, ne terminos ignoremus,præmittenda hæc ſunt. Primū bellum quid ſit.Deinde quotuplex. Tertiò bellū iuſtum quid ſit.Poſtremò,& quid bellum iniuſtum.

1 Quoad primum igitur†bellum eſt diſceptatio,quæ armis fit auctoritate publica. Hęc deſcriptio bona eſt;cōſtat enim ex genere, & differentiis,quæ duo ad definitionem conſtituendam pertinent.

Dixi Diſceptatio pro genere;non ſolum.n. dicitur de bello propriè,uerumetiam, & de quacunque diſceptatione, quæ in iudicio,uel extra iudicium ſine armis fit,& ſic de quacunque diſceptationis ſpecie.

Dixi Quæ armis fit,quo tanquam differētia ſeparatur à diſceptatione,quę ſine armis fiunt, ut in iudicio,& etiam extra iudicium.

Dixi Auctoritate publica, quo tāquam alia differentia ſeparatur ab aliis diſceptationib. quę armis etiam fiunt,ſed priuata auctoritate, cuiuſmodi ſunt,quę à priuatis hominib.fiunt. Et de hac prima quæſtione ſatis.

2 Quoad ſecundam quæſtionem†ſcilicet bellum quotuplex ſit,etſi DD.multa dixerunt in l.ex hoc iure.ff.de iuſt it.& iur.& Bar.in le. hoſtes.ff.de capt.& poſtlim.reuerſ.& Alciat.in l. hoſtes.ff.de uerb.ſign.& Innocen.in ca. ſicut. de iureiur. quod ad rē noſtrā tamen ſpectat, Bellum duplex eſt, aliud iuſtum,& aliud iniuſtum.

3 Quoad tertium.†Bellum iuſtum eſt bellum illatum ab habente ad id poteſtatem ob legitimam cauſam;ut enim bellum iuſtum ſit,illatū ab eo eſſe debet, qui ad id poteſtatem habet, uel à ſe,uel ab alio.A ſe & hi ſunt,qui ſuperiorem non habent in ſuo principatu, cuiuſmodi ſunt Romanus Pont.Imperator,& alii non recognoſcentes itidem ſuperiorem, & multi Reges,& Reſpublicæ,& in primis Sereniſſima Venetorum Reſpublica,ſicut tradidit Iaſ.in cita. l.ex hoc iure.ff.de iuſtit.& iur.& Innocen.in c. olim. 1.num.8.uerſi.Bellum autem.de reſtitu. ſpol.Bellum autem,ait enim ibi,ſecundum qđ propriè dicitur,ſolus Princeps, qui ſuperiorē non habet,indicere poteſt.idem Abb. in ca.ſicut.de iureiurand.num.7.uerſic. Nunc reſtat expedire,& Barto.in cit.l.hoſtes.num.14.& S. Thom.2.2.quæſt.40.in reſpon. & Caietan. in Summ.in uerb.Bellum.uerſ. Tu autem confeſſor,& Couar.in reg. Peccatum.2.p.§.9.nume. 1.& Nauar.in Rubr.de iud.nume.104.qui teſtatur Innocent. communiter receptum eſſe. Ab alio,ſunt inferiores, & qui ſuperiorem cognoſcunt.

Requiritur etiam,quò bellum iuſtum ſit,ut ob legitimam cauſam ſumptum ſit; legitimę autem cauſæ variæ à DD.recenſentur,ſed ſumma earum hæc eſt,iuſtas cauſas belli eſſe, ubi ſumitur,uel ad imperium, regnumve tuendū, vel ad ipſum recuperandum, uel ad iniurias illatas ulciſcendas,& ad ſummam ad ius noſtrū conſeruandum,vnde S.Auguſtinus ſic inquit in cap.2.23.quæſtio.2.Iuſta autem bella ſolēt definiri,quæ ulciſcuntur iniurias,ſi gens,& ciuitas petēda eſt, quę vel vindicare neglexerit, quod à ſuis ſuperbè factum eſt,uel reddere,qđ p iniurias ablatum eſt. Hæc S.Auguſtinus:idē ſenſit Iſidor.ibid.cap.1.& ſequuntur DD.cōmuniter.Hæc igitur ſunt,quę requiruntur, ut bellum iuſtum ſit ſecundum ſe conſideratum; at opinione poteſt etiam bellum iuſtum eſſe, vbi ſcilicet bona fide quis exiſtimat ſe bellum ſumere,etſi enim fieri non poteſt,vt re vera ex vtraque parte bellum iuſtum ſit, vt DD. communiter concludunt,ex altera parte tamen veritate iuſtum eſſe poteſt,ex altera bona fide, vt aſſeruit Couar.in reg.Peccatum.2.p.§. 10.nu. 6.Quare neuter hic peccabit, bona fide durante.

4 Ex his haberi iam facilè poteſt†bellum iniuſtum quodnam ſit;eſt enim illud,quod prædictis caret:Quare ſic ipſum definiemus.Bellū iniuſtum eſt bellum illatum vel à non habente ad id poteſtatem à ſe,vel ab alio;vel ob non iuſtam cauſam.His præmiſſis, iam quando in bello

bello iuſto irregularis quis fiat,uideamus; id quod in ſeq.præſtabimus.

S V M M A.

1 *Bello in iuſto,ideſt,qui in bello iuſto quempiam interficit,aut mutilat,irregularis fit. Item &*

2 *Qui dat arma ad occidendum, & mutilandum. Itē*

3 *Qui quacunque ratione ad prædicta opem fert aut re,aut verbis.*

§. I.

1 §. Prædictis iā præmiſſis uideamus modò, qui in bello iuſto irregulares fiunt.† Pro certo igitur habendum eſt primum eos omnes irregulares fieri,qui in bello iuſto quēpiam interficiunt,aut mutilant. Id quod probatur primò per ca.pen.de homicid.ubi clericum,qui hoſtes percuſſerat, pro irregulari Romanus Pont.eum non habet, modò quempiā non interfecerit;ergo ſecus ſi aliquem interfeciſſet;irregularis enim factus eſſet,ex quo mandat ibi,ſi de hoc conſcientia eum mordeat, ut à miniſterio altaris ſe abſtineat. Irregularis igitur fit,qui etiam in bello iuſto interficit,cuiuſmodi erat illud ibi,ut quod cōtra inimicos Catholicæ fidei motū erat. Præterea iudex criminalis condemnans quempiam ad mortem, & omnes,qui ad hoc ei opem ferunt re,aut verbis,irregulares fiunt,vt antea probauimus, ergo & qui in bello iuſto quempiam interficit,irregularis efficitur, cùm & qui bellum iuſtum ſuſcipit,iudicis criminalis perſonam gerat, ut aſſeruit Caiet.in Summ.in verb.Bellum. Poſtremò prò regula habemus per mutilationē, & occiſionem quem irregularem fieri,& exceptos mutilantes, & occidentes in bello iuſto non habemus, ergo nec nos eos excipere poſſumus; non enim à iuris regulis diſcedendum eſt,niſi expreſſum contrarium habeamus.arg. l.iubemus.C.de teſtam.& l.præcipimus.C.de appella.atque ſic ſenſit Couar. in Clem. unic. p.2.§.3.num.2.uerſic.Sed ſi quis.de homicid. & in antecedenti uerſi. Duodecimò, ibi, ſi quidem clericus,qui & de cōmuni teſtatur. Quare uel clerici,uel laici ſint,uel duces,uel priuati milites, qui quempiam in bello iuſto interficiunt,irregulares fient, niſi priuilegium à Romano Pont.ad id habeant;id enim ab eo concedi poſſe antea concluſimus.

2 Secundò†pro certo habendum eſt etiā omnes irregulares eſſe,qui ad hunc finem, ut milites occidant,ac mutilent,arma præſtant, & ad occidendum etiam hunc, uel illum hortantur, modò mors,aut mutilatio ſequatur.Et hoc ob id,quòd cauſa proxima homicidii,aut mutilationis ſunt,quo caſu quis irregularis efficitur. atg.c.ſi quis uiduam.diſt.51.

3 Poſtremò omnes irregulares ſunt,†qui quacunque ratione,re,aut uerbis ad hunc finē bello huic interſunt,ut homicidia,aut mutilationes fiant,ſimulque adiuuāt,atque ſic dixit Maiol.de Irregu.lib.5.cap.49.num.4.Sed iam videamus,qui in bello iuſto irregularitatem effugiunt;id quod in ſeq.uidebimus.

S V M M A.

1 *Bellum dum iuſtum eſt irregularis quis non efficitur niſi occidat,aut mutilet, aut ad hęc opem ferat.*

2 *Bellum dum iuſtum,ad ipſum,qui militum delectus habent,irregulares non fiunt.*

3 *Nec,qui ad pugnam eos accommodant.*

4 *Nec,qui ad pugnandum,& vincendum hortātur.*

5 *Non Tibicines,nec tympanos pulſantes.*

6 *Non docentes,qua ratione hoſtes adoriendi.*

7 *Non pręſtantes arma,& commeatus.*

8 *Non uulnerantes,modò mors, vel mutilatio non ſequatur.*

9 *Non ſtantes armati,dum prælium committitur,ut hoſtibus terrorem incutiant.*

10 *Non denique,qui ratione quapiam opem ferunt.*

§. II.

§. Qui in bello iuſto irregulares fierent vidimus;modò,qui irregularitatis notā euadunt,uideamus.† 1 In hac quęſtione igitur pro regula habendum eſt, modò ipſe non occidat,mutiletve quempiā; aut ſpeciatim ad certam aliquam perſonam occidendam, mutilandamve opem non ferat,irregularem neminem fieri,qui re,aut uerbis ad ipſum bellum gerendum ſuam operam præſtat. Id quod probatur primo per cap.pen.de homicid.ubi,cùm chriſtianæ religionis hoſtes caſtrum quoddā chriſtianorum inuaſiſſent,contraque ipſos chriſtiani irruiſſent,& hinc inde plurimi occiſi eſſent, præsbytero,qui in eo prælio quoſdam percuſſerat,dubitāti, ne irregularis eſſet factus, Romanus Pont.conſultus reſpondit,ſi de interfectione cuiuſquam in illo conflictu conſcientia eū remorderet,ut à miniſterio altaris ſe abſtineret.Ecce hic bellum iuſtum erat,quippę cōtra chriſtianæ fidei hoſtes,& inuaſores,& præsbyter in eo certamine percuſſerat quoſpiam, & ſic in eo prælio factis opem tulerat, & tamen Summus Pontifex ſolū mandat,ut à miniſterio altaris ſe abſtineat,ubi conſcientia eum remordebat de interfectione, quod autem plures percuſſerat nullum uerbum facit, ergo in bello iuſto,quacunque ratione opem ferat, irregularis non efficitur,modo ipſe,ut dixi, non occidat,uel mutilet;ſi enim pręsbyter ille,cui prohibitum eſt etiam in bello iuſto pugnare, cap.quod in dubiis.de pœnit.& cap.ex multa. §.fin.de uot.cum ſimil. irregularitatis notam effugit,qui re adiuuit,multo magis,qui uerbis auxilium ferret,irregularitatem effugiet, atq; ſic not.DD.in citat.cap.pen.& Abb.qui & vbi bellum iuſtū eſt, & clericos intereſſe ipſi poſſe,& alios ad pugnandum hortari ſine irregularitatis metu ait:id quod idem inquit Fel. ibid. uerſi.Secunda concluſio. Hinc dixit Anchara. in cap.fin.de homicid.lib.6.ſi plures ad expugnandum

gnandum Epiſcopi caſtrũ conueniant, & Epiſcopus ſubditis mandet, ut arma capiant, & uiriliter ſe defendant, irregularem Epiſcopum non fieri, licet homicidia, & mutilationes fiãt. Secundò pro hac ſententia facit cit. ca. ex multa. §. fin. de uot. ubi, clericus, qui uouit ſe iturũ contra infideles, uotum hoc redimere debet; quippe, quia clerici ob clericatus officium, inhabiles ſunt, niſi conſilio ſtrenuus ſit. Ecce & hic clericum, qui cõſilio ualet, obligari ad perſoluendum uotum, ſcilicet eundi contra infideles. Conſilio autem prodeſſe non poteſt, niſi doceat, qua ratione hoſtes uincendi, & ſuperãdi ſint, & ob id tamen irregularem hunc non fieri ibi dicitur, cùm omnino neceſſe ſit, ut per ſuum conſilium mors, aut mutilatio interueniat, ergo uerbis opem ferens in bello iuſto, cuiuſmodi eſt id, de quo agitur in cit. §. fin. irregularis non efficitur. Ex his omnibus igitur habetur, in bello iuſto, qui re, aut uerbis opem fert, irregularem non fieri, modò ipſe, ut diximus, neque occidat, neque mutilet. atque ſic aſſeruit quoque Couar. in Clem. un. 2. p. §. 3. numer. 2. de hom.

Contra ſententiam hanc tamen faciunt omnia, quę diximus de iis, qui re, aut uerbis opem ferunt ad homicidium, mutilationemve faciẽdam in iudiciis, ubi omnes irregulares fieri cõcluſimus, unde idem uidebatur dicendum in caſu noſtro. Atqui à propoſita ſententia, communi diſcedendum non eſt, ſcilicet in bello iuſto re, aut uerbis opem ferentem irregularẽ non fieri, modò homicidium, mutilatiove ab ipſo non committatur. Nec obſtat, quod dictũ eſt de opem ferentibus in iudiciis ad mortem, mutilationemve, idcirco enim omnes ibi irregulares fiunt, quoniam ſpeciatim ad homicidium mutilationemve rei pertinent, quæ ab ipſis ibi aut fiunt, aut dicuntur: hic uerò generatim, quo caſu, eſto mors ſequatur, irregularis quis non efficitur, ut habetur in cap. fin. ne cler. vel monac. lib. 6. ubi, ſi clericus iuriſdictionem temporalem habens committat cauſam homicidii, ut eam cognoſcat, & iuſtitiam exequatur, irregularis non efficitur, eſto ad pœnã ſanguinis procedatur, ut ibi dicitur, quam tamen irregularitatem non effugeret, ſi ſpeciatim committeret, ut reum morte, mutilatione ve afficeret, ut ibi notatur. Differt ergo plurimum quoad irregularitatem, an generatim, an ſpeciatim quid fiat, quamobrem ceſſat obiectio, quæ fieri poterat de intentione tacita, ſeu expreſſa. Non eſt igitur mirandum ſi in iudiciis re, aut uerbis opem ferens ad homicidium irregularis fit; non autem, qui in bello generatim opem fert ad pugnandum, & uincendum. Id quod mea ſententia ſumma ratione factum eſt; bellũ enim niſi pro re graui, & quæ ad omnes pertinet, ſumitur, quamobrem Eccleſia irregularitate noluit pro quacumque cauſa quẽ afficere, ne Chriſti fideles à patria tuenda, chriſtianaque religione auocarentur: in iudiciis uerò non ea res agitur, quæ immediatè ad omnes pertineat. A communi opinione igitur diſcedendum nõ cenſeo, ut ſcilicet irregularis quis non fiat in bello iuſto, niſi, qui aut homicidiũ commiſſit, aut mutilauit, aut ſpeciatim adhęc opem tulit.

2 Irregulares igitur † non fiunt Duces, qui mi-
3 litum delectus habent. † Non qui ad præliũ cõmittendum milites accommodant.

4 Non, † qui hortantur ad ſtrenue pugnandũ: Non, qui in nauali pugna nauẽ gubernat: hinc in bellum, quod contra Turchas ſuperioribus annis in Vngaria geſtum eſt, fratres plures capucini ſe contulerunt, qui in præliis crucem ante ſe ferentes milites ad pugnandum hortabãtur, quos irregulares factos nemo dicere audebit, eſto homicidia plura ſecuta ſint: hinc & ſuperioribus annis, cùm bellum motum eſſet à Romano Pont. quamplures Eccleſiæ pręſides aderant, qui partim exercitui præerant, partim commeatibus parandis, partim conſilio dãdo, & quamuis, quòd à Summo Pont. mittebãtur, ab irregularitate immunes dici poterant, ob p̃dicta tamen & ipſo iure immunes fuiſſe ab ea cenſeo.

5 Non etiam † tibicines, nec tympanos pulſantes, quibus ad prælium milites inflamantur, irregulares fiunt.

6 Non, † qui conſulunt, ac docent, qua ratione hoſtes uincendi, inſidiæve ipſis ponendæ ſunt.

7 Non etiam, † qui præſtant arma, & cõmea-
8 tus. † Non, qui uulnerant modo mors, mutilatiove non ſequatur, ut ſæpe dixi, ob citat. cap. pen. de homicid.

9 Non, † qui armati ſtant, dum prælium committitur, ut hoſtibus terrorem incutiant, ſuis verò præſidio ſint, animumve dent.

10 Non denique, † qui alia quacunque ratione re, aut uerbis opem ferunt; nam nec, qui adiuuat inuaſum, qui occidit ſuum inuaſorem, cùm aliter mortem euadere non poteſt; irregularis fit, ſi ipſum non occidat, ita Nauar. in Rubr. de iudi. num. 109. uerſi. Quartò, ibi Conſequens eſt; & hoc ob eam rationem, quòd ex parte inuaſi bellum iuſtum eſt, & ideo eum addiuuans irregularis non efficitur, per citat. cap. penu. de homicid. quare non egent diſpenſatione, ut dixit Nauar. in conſ. 4. de hom. lib. 5. modo ſuis manibus quem non deformarint. idem dixit in conſi. 5. eod. & in conſ. 8. & conſ. 10. In hac quæſtione igitur ſic concludendũ cenſeo. Sed de irregularitate, quæ oritur ex bello iuſto hactenus; ad irregularitatem, quæ naſcitur ex homicidio, & mutilatione in bello iniuſto factis, agamus.

De

De Irregularitate, quæ oritur ex homicidio voluntario, mutilationeve huiuſmodi in bello iniuſto factis. Cap. XIII.

SVMMA.

1 *Bello iniuſto exiſtente, ideſt ſi quis eſt in bello iniuſto, irregularis fit, ſi quem occidat, vel mutilet. Item*

2 *Si re opem ferat.*

3 *Præſens, qui eſt in bello iniuſto, vel vt opem ferat, ne ſocij impediantur, vel vt ſubſidio ſint, terrorēve hoſtibus incutiant, irregularis fit, ſi mors, mutilatiove ſequatur.*

4 *Bello iniuſto qui conſilio opem fert, irregularis fit, ſi mors ob id ſequatur, vel mutilatio.*

5 *Bello iniuſto ſi quis ſuadeat iactum machinę, uel bombardę in aliquam arcem, irregularis fit, ſi ob id, qui in arce ſunt, occidantur.*

QVANDO irregularis quis fieret ex homicidio, mutilationeve voluntariis in bello iuſto factis uidimus; modò in bello iniuſto ſi hęc contingant, ân irregularis quis fiat, uideamus; id quod ut dilucidius fiat, primò de occidentibus, & mutilantibus agemus; deinde de opem re ad occidēdum, vel mutilandū: tertio ad opē ferentib. conſilio, & hortatu; quartò de iis, quorum culpa alia ſecuta ſunt.

1 Quoad primum† igitur pro certo habendū eſt irregulares eos fieri, qui in bello iniuſto quempiam occidunt, aut mutilant. c. ſi quis uiduam. d. 50. in uerb. Aut facto. iunct. ibi Gloſſ. etenim ſi irregulares fiunt homicidæ, ac mutilatores in bello iuſto, multo magis in bello iniuſto irregulares hos fieri dicendum eſt. Vel duces igitur, uel milites mutilent, occidantue in bello iniuſto, irregulares fiunt.

2 Quoad ſecundum† pro certo etiam habendum eſt irregulares eos fieri, qui re ipſa auxilium ferunt. Et hoc ob hanc rationem, quòd

3 cauſa homicidii, ac mutilationis etiam ſunt. † Quare, ſi qui huic bello interſunt, non ut feriant, ſed ut pugnantibus ſubſidio ſint, ſi forte ab aduerſariis urgerentur, hi irregulares ſunt. argum. c. ſicut dignum. §. illi etiam. iunct. §. fi. de homici. ibi enim imputatum homicidium illius ſancti uiri, qui non ut ferirent, aderant, ſed ut percuſſoribus opem ferrent, ſi fortè per aliorum uiolentiam impedirentur, ergo idem hic dicendum eſt. Hinc Innocen. in cap. pe. de homicid. ait in bello iniuſto, quandocunque quis auxilium, uel conſilium dederit in mortē alterius, uel ſi culpabilis, negligenſve fuerit, irregularem fieri, ubi ex hoc ſecuta mors eſt, unde infert ſi euntes ad bellum iniuſtum fauorē præſtent ſuis, quia ſecurius inimicos lædant ſiue terrorem incutiant aduerſariis, ut fugiant, defendereve ſe non audeant, uel ſocii, & amici ſui eos deſerant, irregulares hos eſſe ait, ſi ob id mors ſecuta eſt, & ſequitur eum Abba. ibi. Hinc quoque Coua. in Clem. unic. p. 2. §. 3. numer. 2. in fine ait, qui pugnat in bello iniuſto, aut auxilium, opemue dat, irregularem fieri, ſi hoſtis mors, membrive mutilatio ſequatur, & hoc communiter receptum eſſe teſtatur. Idem inquit Mar. Socin. Sen. in cap. ad audientiam. numer. 275. de homicid. Ex his apparet, ſi dū prælium committitur, choors aliqua in ſubſidio ſtet, ut ſuis opem ferat, ſi neceſsè ſit, & hoſtes ipſa uideant, quamobrem timore affecti in fugam ſe dedunt, & in fuga plures occiduntur, eius choortis milites irregulares fieri. Qui ergo præſentes tantùm ſunt in fauorem ſuorū, timoremve hoſtium, irregularitatis notam nō euadunt. Excipit tamen Innocen. vbi quis bello iniuſto intereſſet pacis conciliandæ gratia, uel alterius iuſtę cauſæ; tunc enim irregularis hic non fiet, ſi ob eius pręſentiam ſuis animus addatur, aduerſariis uerò diminuatur; modò abſit dolus, & lata culpa, ita Innoce. ibid. & ſequuntur Abb. ac DD.

Qui itidem delectus militum habet ad bellum iniuſtum ideſt pro iis, qui bellum iniuſtum gerunt, qui arma, ut bombardas, haſtas, ſclopetos, equos, naues, & huiuſmodi; q. commeatus etiam præbent; hi omnes irregulares fiūt, ſi homicidia, mutilationeſve deinceps ob ea auxilia data ſequantur, modò bellum iniuſtum eſſe non ignorent; non enim culpa carent, ex quo exiſtimare poterant homicidia, ac mutilationes fieri poſſe, argum. c. fin. de homicid. lib. 6.

4 Quoad tertium, †qui conſilio opem ferunt, irregulares etiam ſunt, vt in citat. cap. ſicut dignum. §. fi. Qui ergo ſuaſit, vt bellum iniuſtum moueretur, ob homicidia deinceps ſecuta, vel mutilationes, irregulares ſunt ob citat. c. ſicut dignum. §. qui verò ſe afferunt, ubi qui animū Regis inflamarūt ad odium contra Sanctum illum virum, vnde homicidium ſecutum eſt, puniuntur, quia cauſa fuerunt homicidii, & ſi nō

5 proxima, vnde facti ſunt etiam irregulares. † Qui itidem ſuaſit iactum machinæ, vel baliſtæ, ſeu bombardę in locum, vbi homines ſunt, quamobrem facilè cōtingere poteſt mors, vel mutilatio, irregularis fit homicidio ſecuto, vel mutilatione, ita dixit Innocent. in capi. ad audientiam. ibi: Sed & qui non conſuluit homicidium. de homicid. & ſequitur Felin. in cit. cap. ſicut dignum. num. 8. verſic. Secunda concluſio ſi ex conſilio, & in ca. 1. num. 8. verſic. Vtrū autem ratione conſilii, ibi: Amplia etiam nedum in homicidio. de off. deleg. & Mar. Soci. Sen. in cap. ad audientiam. q. 79. num. 319. Idque iure meritò, nam cauſa propinqua homicidii hic eſt, quo caſu quis fit irregularis, ut tradidit Gloſſ. communiter recept. in cap. de cætero.

tero.de homicid.Qui etiam admonuit, ut cuniculi fierent;qui in inſidiis milites poſuit;qui hortatur milites dum prælium committitur, vt fortiter pugnent:hi omnes irregulares ſunt; id quod locum habet, eſto homicidium nō intenderent:in bello enim iniuſto id non intenditur,ut colligitur ex capitu.penul.& ibi DD. de homicid.

Verùm an dux exercitus, qui iniuſtum bellum gerit,toties irregularis fiat,quoties homicidium,uel mutilatio interuenit? Itē quid de iis,qui ad ſarcinas morantur, & in caſtris manent,dum alii ad pugnam eunt?Quid ſi hoſtibus inſidiæ parentur, & pars militum una uia, pars altera eat,ſed una tantùm pars,quæ hoſtibus obuia facta eſt,hoſtes fugauit,& occidit,altera parte id ignorante, an irregularis fiat hæc pars.Poſtremò,quid ſi prælium committatur, & ex hoſtibus aliqui occidantur ab aliquibus tantùm militibus, an omnes milites irregulares euadant? Has quæſtiones in ſequent. explicabimus.

S V M M A.

1 *Bellum iniuſtum quis ſuſcipiens irregularis fit ob homicidia,& mutilationes in eo facta,& toties, quoties ea fiunt.*

2 *Bello illicito qui intereſt, ſi dum prælium ab alijs militibus committitur,ipſe ſarcinas cuſtodit,irregularis fit.*

3 *Bello illicito ſi pars exercitus ſine alia parte homicidium committit,alia pars, quę in inſidijs erat, irregularis non fit,ſi neque re,neque verbis alteri parti opem tulit.*

4 *Bello illicito qui interſunt, irregulares fiunt omnes,qui in prælium eunt,eſto ab vno tantum committatur homicidium.*

§. I.

§. Quatuor quæſtiones explicandas nobis propoſuimus, iam igitur rem aggrediamur.Prima quæſtio igitur hæc eſt, an prīceps, qui bellum iniuſtum mouit,irregularis fiat toties,quoties homicidia,ac mutilationes committuntur; quæ quidem quæſtio duo ponit.Primò an irregularis fiat; deinde alterum, quod diximus.

1 Quoad primum igitur † teneo irregularem hunc fieri; tum quòd ipſe fuit cauſa principalis,ut homicidia committantur, ut per ſe patet, ergo homicidia ei tribuuntur: tum quod mandando militibus ut pugnarent, mandatū illicitum fecit,ergo quicquid inde ſequitur, & idcirco etiam homicidia ipſi tribuuntur.argu. cap.fin.de homicid.libr.6.ubi, qui mandauit quempiam tantùm uerberari,irregularis tamē efficitur,ſi mors ſequatur; & hoc ob id, quia cogitare poterat ipſum mandatarium occidere poſſe;ergo & hic princeps, qui bellum iniuſtū mouit cogitare poterat homicidia interuenire poſſe. Irregularis igitur & hic efficietur. arg.cit.ca.fin. Immò,quot homicidia,& mutilationes fient, tot irregularitatibus ſe obligabit;non enim plura delicta immunitatem præbent,ut probatur in l.nunquam plura.ff.de priuat.delict.Nec ratio vlla ſuadet, quamobrem potiùs in primo homicidio,quàm in altero irregularitatem contrahat.

2 Secunda quæſtio eſt, † an irregulares fiant milites,qui ſarcinas cuſtodiunt, dum alii in prælio ſunt,ſi mors ſequatur. In qua quæſtione cōcludo itidem hos irregulares fieri. Primò,quoniam culpa non uacant homicidiorum, quæ fiunt.c.ſicut dignum.§.hi quoque.de homici. ubi quoad homicidium illius ſancti uiri à culpa, & pœna eos liberos non eſſe ait Romanus Pō,qui licet fuerint illius machinationis ignari,tamen eis,quos ſciebant eſſe ſicarios,in ſarcinis cuſtodiendis miniſterium præbuerunt. Si ergo ob id tantùm,quòd ſicariis operā præſtabant ad ſarcinas, peccant, eſto ignorarent iuiſſe ad ſanctum illum uirum occidendum, multo magis hi,qui ſciebant ſuos commilitones in prælium iuiſſe.Accedit,quòd ſ itē fuerunt cauſa,ut promptiores eſſent ad bellandū, & non curarent de ſuis rebus, quas in tuto eſſe exiſtimabant. Cōcludo igitur irregulares hos etiam fieri;nam & prędę participes fiunt, ubi uictoria parta eſt,ut habetur lib.Reg.

3 Tertia quæſtio eſt,† an ſi exercitus diuidatur,& vna pars huc,altera illuc eat, quò hoſtes adoriantur,contingat uerò unam partem tantum obuiam fieri hoſtibus, & ex illis aliquos occidi,an altera pars exercitus irregularis fiat, quæ pugnę non interficit,nec ullam opem pręſtitit. In hac quæſtione breuiter ſentio milites eius partis irregulares non fieri; quandoquidem neque uerbis, neque factis opem ullā tulerunt; id quod requiritur ad irregularitatē contrahendum.arg.c.ſi quis uiduam. di.50.& c.fin.de homicid.

4 Poſtrema quæſtio eſt† an,ſi prælium cōmittatur,& homicidia ab aliquibus fiant, omnes milites exercitus irregulares fiant.In qua quæſtione breuiter concludo irregulares omnes fieri,ex quo bellum iniuſtum gerunt; & hoc ob plures rationes.Primò,quoniam omnes pugnando mutuò ſibi animum faciunt,mutuò ſibi opem ferunt,mutuò parati ſunt ad ſibi ſubueniendum,& idcirco etiam ipſis, qui homicidia committunt; ac tales irregulares fiunt,ut habetur in citat.capit. ſicut dignum.§.1.cùm duobus ſequentib.& §.fi.ubi puniuntur,qui in occidendo eo uiro ſancto iuerunt cum illis homicidis,uel armati ſtabant, ne impedirentur ab homicidio,uel inflamarunt regem, unde homicidium eſt ortum, ergo idem hic concludendum eſt, ex quo mutuas operas ſibi præſtant,atque ſic aſſeruit quoque Naua. in Rub. de iudi.numer.107.uerſicu.Octauò, ibi Certū eſt;Certum eſt,ait enim ibi, quod omnis bellans,& fauens bello iniuſto ſit irregularis, ſi quis occidatur in eo,etiam ab alio, & etiam ſi

ipſe

ipſe non percuſſerit,& generatim de mandante,conſulente,miniſtrante arma, adhortante, incitante,aſſiſtente,fauente, aſſeruit Maiol.de Irregular.lib.5.cap.49.num.5.& Abba. in ca. ſignificaſti.2.nume.6.de homi.qui hoc inquit de clerico adhibente præſentiam auxiliando, licet non interfecerit. Sed de irregularitate hac ſatis,ad eam tranſeamus,quæ oritur ex homicidio uoluntario, mutilationeve huiuſmodi auctoritate priuata factis.

De Irregularitate,quæ oritur ex homicidio voluntario,mutilationeve huiuſmodi auctoritate priuata factis, & ſic iniuſtè habito reſpectu ad occidentem, vel mutilantem. Cap. XIV.

S V M M A.

1 *Occidens,vel mutilans quempiam priuata auctoritate,ideſt ut priuata perſona,irregularis fit,quæ regula,quouſque pateat,declaratur.*

2 *Occidens,uel mutilans, quò ſe tueatur, & ſic pro ſua defenſione non ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ,irregularis fit.*

3 *Occidens, uel mutilans de mandato alterius irregularis fit.*

4 *Occidens alium,quem alius uolebat interficere,uel qui pro certo moriturus erat,irregularis fit.*

5 *Plures ſi aggrediantur aliquem, & ex ipſis aliqui mortiferè uulnerent,alij non mortiferè,irregulares tamen omnes fiunt,ſi moriatur.*

DE Irregularitate, quæ oritur ex homicidio uoluntario, mutilationeve huiuſmodi auctoritate publica factis in iudicio,& in bello, egimus; iam de irregularitate agamus, quæ ex eiſdem cauſis oritur, ubi priuata auctoritate, & ſic iniuſtè mors,mutilatiove fit. Verùm,ut eius cognitionem dilucidiorem habeamus, ipſam contemplabimur primo in eo,qui per ſe homicidium mutilationemve committit;deinde in eo, qui ea facienda mandat:tertio in eo, qui ea conſulit,ut fiant:poſtremò in eo, qui ad ea facienda re opem fert: his enim explicatis materiam hanc optimè,ni fallor,cognitam habebimus.

Prima quæſtio igitur eſt de eo, qui homicidium uoluntarium, aut mutilationem huiuſmodi priuata auctoritate committit (priuata auctoritate autem homicidium, mutilationéve committi accipio, ubi homo priuatus ſua auctoritate,& nõ aut iuris,aut iudicis,& ſic iniuſtè quempiam occidit,aut mutilat, de quo homicidio agitur in titu.ff.ad leg. Iul. de ſicar.& in titu.de homicid.)

1 † Quoad quæſtionem hanc igitur pro certo pono eum,qui propria auctoritate nullo iure,nulloque iudice id legitimè permittente, quempiam occidit,uel mutilat,hunc irregularem fieri. Nam primò id habetur in capit.1.de homicid.ubi mandatur,ut ab altari euellatur,qui per inſidias, & induſtriam proximum occiderit.Si ergo ab altari euelli debet, ideſt à functionibus ordinum, ergo irregularis eſt; hunc enim effectum irregularitas affert. Facit quoque ca. ſuſcepimus. eod.ubi mandat Romanus Pont. ut quidam ſacerdos abſtineat ſe ab altaris miniſterio,qui quoſdam fures ligatos,& cuſtodiæ ſuæ mandatos occidit, ueritus ne ipſe ab eis occideretur, cũ ipſi fures ſoluere ſe niterentur;potuit enim ſine occiſione mortem uitare, exemplo Chriſti fugiendo,ut ſenſit Gloſſ. ibi in uerb.Interimeretur.Si ergo ab altaris miniſterio ſe abſtinere ille debet, ex quo illicitè eos fures occiderat,ut ſenſit ead.Gloſſ.in uerb. Detinere; ergo qui illicitè homicidium committit,irregularis fit, ex quo per irregularitatem ab altari, quis remouetur. Præterea,qui hominem occidit in iudicio,in belloue iuſto,& ſic auctoritate publica,irregularis fit,ut habetur in c.penu. de homicid.& ut ſuo loco antea probauimus, ergo multo magis, qui illicitum homicidium cõmittit propria auctoritate. Poſtremò DD. omnes hoc ſentiunt. Non eſt igitur quod hac de re dubitemus.

2 Hæc autem irregularitas contrahitur etiã,† ſi quis occidat quempiam, quò ſe tueatur, ſed non ſeruato moderamine inculpatæ tutelę, ſic enim habetur in capi.ſignificaſti.2.ubi ſacerdos ab homicidii pœna non omnino excuſatur,qui à quodam ſacrilego percuſſus,eundem mox cum ligone in capite percuſſit; & hoc ob eam rationem, quia cũ moderamine inculpatæ tutelæ id non fecit, ut ait Romanus Pont. ibi.Si ergo ab homicidii pœna non excuſatur, ergo nec ab irregularitate. Irregularis ergo quis fit,ubi etiam,ut ſe tueatur,quempiam interficit,uel mutilat,ubi hęc non agit cum moderamine inculpatæ tutelę.Idem dixit Nauar. in conſil.36.num.2.de homicid.lib.5. Quare, qui mortem euadere poterat fugiendo, irregularis fit,ſi ut dedecus uitet, quod ex fuga conſequeretur,maluit ſuum aggreſſorem occidere,quàm fugere,atque ſic ſenſit Gloſſ.in cita.c. ſuſcepimus.

3 Secundò irregularitas hæc contrahitur† uel de mandato alterius quempiam quis interficiat,uel mutilet; ſi enim irregularis fit carnifex,qui de mandato iudicis quempiam occidit;ſi miles,qui de mandato ducis in bello iuſto interficit;multo magis, qui ex mandato iniuſto homicidium committit, quamobrem etiam mortiferè peccat,irregularis efficitur.

Tertiò contrahitur irregularitas, uel poſt multum tẽporis mors ſequatur. Quare,& qui uenenũ ad tempus dedit,ſi mors ſequatur,etiã poſt multum temporis,irregularis fiet.

Quartò

4 Quarto contrahitur irregularitas, † uel is, quem quis interficit,aliàs eſſet moriturus; nã non idcirco homicida eſſe deſinit, qui, cùm multi uellent quempiam occidere, ipſe percurrens occidit.argumen.le.item Mella.§.Celſus.ff.ad le.Aquil.nam ibi dicitur ſi alius mortifero uulnere percuſſerit,alius poſtea exanimauerit,priorem quidem non teneri quaſi occiderit,ſed quaſi uulnerauerit,quia ex alio uulnere periit;poſteriorem teneri, quia occidit. Ecce hic eum pro homicida non haberi, qui mortiferum uulnus inflixit, unde uulneratus mortuus fuiſſet,ſed eum pro homicida haberi,qui mortem accelerauit. Si ergo homicida eſt,ergo & irregularis. Hinc,ut habetur libr. Reg. Amalacitam Dauid interficiendum curauit,qui Saüli mortem accelerauit.

Quintò contrahitur irregularitas, uel uolenti quis mortem inferat; nam nihilominus homicida eſt,nec excuſatur, ꝙ de uoluntate occiſi id fecerit, ꝙ cõtigit illi Amalacitæ.

Sextò contrahitur irregularitas; uel plures eundem hominem occiderint, ut pote, quia omnes mortifera uulnera intulerunt.Hinc omnes lege Aquilia tenentur, qui ſimul trabem deiecerunt,& hominem oppreſſerunt.le.item Mela.§.ſi plures.ff.ad leg.Aquil.

5 Verùm, † quid ſi plures homines quem aggrediantur,& alius mortiferè, alius leuiter ipſum uulneret, unde mors tamen eius ſecuta eſt, an omnes irregulares ſunt? Videbatur dicendum eum tantùm irregularem eſſe, cuius uulnere ille interiit,argument.cita. l.item Mela.§.ſed ſi plures, ubi ſi plures ſeruum percuſſerint,& appareat cuius ictu perierit, ille quaſi occiderit,tenetur,& non alii; ergo idem in caſu noſtro. Præterea in capitu. penul.de homicid.ubi clericus tantùm percuſſit, & nõ occidit,irregularis factus non fuit, eſto plures alii occidiſſent,ergo idem in caſu noſtro dicẽdum uidetur.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet omnes hos irregulares factos eſſe;& de eo,qui mortiferum uulnus accepit nõ eſt dubitandum,ipſe enim occidit.Non etiam de aliis;tum quòd adiuuarunt occiſorem uulnerando, tum quòd animum ei addiderunt ſua præſentia,& armis; tum quòd occiſo terrorem incuſſerunt, quibus caſibus, ubi mors ſequitur ab aliis inflicta, irregularis quis efficitur,ut habetur in capitu.ſicut dignum.§.ille autem,cum ſequen.& §.fin.de homicid.& ſenſit Innocent.quem Abba.ac DD.ſequuntur in capitu.penul. eod. de homicid.& ita de communi ſententia teſtatur Couar.in Clem. unic. 2.par.§. 2.num. 3.uerſicu.Primus caſus, ibi, & Sane hic primus caſus;nam & omnes homicidii pœna tenentur, ut dixit Bart. communiter receptus.in l.ſi in rixa.ff.de ſicar.Non obſtat. §.ſed ſi plures;nam etſi quoad pœnam ordinariam homicidii non tenentur, tenentur tamẽ quoad aliam pœnam,ut ii,qui aſſiſtendo auxilium præſtiterint homicidæ,ut dixit Bart.in citat.l.ſi in rixa.nume. 10.& colligitur etiam ex citat.§.nu.10.quod ad irregularitatem ſubeũdam ſat eſt,ut ſcilicet ſi non occiderint, opem tamẽ ad occiſionem præſtiterint,ob cit.c.ſicut dignum.Non obſtat etiam cit.c.pen.quandoquidem canon ille loquitur de percutiente in bello iuſto,nos autẽ in bello priuato iniuſto, & ita Innocen.Abba.ac DD.ibi inquiunt. In hoc igitur caſu omnes irregulares ſunt. Idem ſentio,ſi ſubito rixa exorta inter plures quidã ex una parte alium alterius partis occiderunt; nam,ſi rixa mota eſt ab ea parte, quę occidit, omnes eius partis irregulares facti ſunt,ut,qui re,aut uerbis,aut præſentia opem tulerint in re illicita,ob cit.c.ſicut dignum. Nec repugnat, quod Couar.eod.nu. 3.uerſ.Secundus caſus,tenet eum tantùm irregularem eſſe,qui homicidium commiſſit,ubi conſtat quis læthale uulnus intulit,ſi in rixa ſubito contingenti nõ præmiſſo conſilio hoc interuenerit,& hoc per l.itẽ Mela.ff.ad le.aqui.nam lex ea loquitur quoad pœnam ordinariam homicidii,non autẽ quoad pœnam extraordinariam, ut proximè dixi, quamobrem quis ab irregularitate non liberatur,ob cit.c.ſicut dignum.Non obſtat etiam c. ſignificaſti.2.de homici. unde colligi dictum ſuum ait Couar. nam loquitur canon ille ubi ex parte uulnerãtium, & percutientium iuſta pugna eſt ob rerum defenſionem, quo caſu irregularitas tantùm ab eo contrahitur,qui occidit,aut mutilauit,ut habetur in cit.c.pen.& ibi not.de homicid.Locum igitur habebit opinio Couar.ut ſcilicet is tantùm irregularis ſit, qui homicidium commiſſit,ubi ex ea parte quæ iuſtam cãm fouebat, homicidium commiſſum eſt,ob cit.c.ſignificaſti,& cit.c.pen.

Verùm,quid ſi quis mortiferum uulnus intulit cuipiam,qui deinceps ab alio occiſus eſt, an uterq.irregularis erit,& qui uulnus mortiferũ intulit, & qui occidit? Secũdò, quid ſi dubitetur an uulnus mortiferum ſit nec ne, an irregularis nihilominus erit, ſi ab alio deinceps uulneratus fuerit occiſus? Tertiò,quid ſi quis à pluribus percuſſus moriatur,& dubitetur,cuius percuſſione mortuus ſit,an omnes irregulares erunt? Quartò,quid ſi à pluribus fuit quis uulneratus,ſed à nemine mortiferè,an irregulares omnes ſint, ſi nihilominus uulneratus moriatur? Quintò,quid ſi uno læthali uulnere tantùm percuſſus fuerit,nec apparet à quo, cũ tamen plures eum percuſſiſſent, ac uulneraſſent,an omnes irregulares erunt?Sextò,quid ſi præsbyter percutiat furem exportantem extra eccleſiam euchariſtiam,& altariũ ornamẽta,iuxta c.ſignificaſti.2.de homi. non quidem mortiferè,ſed tamẽ ita, ut fugere nõ potuerit, unde parochiani eum furem occiderunt,an irregularis præsbyter hic erit? Septimò, quid ſi quis inuento fure domi clamauit, *Alli ladri, Alli ladri*, unde uicini currentes furem occiderunt,an, qui clamauit irregularis ſit?

Octauò, quid ſi quis uulnerauit quempiam, ſed non mortiferè, uulneratus tamen moritur, aut medici imperitia, aut ob malam curationem, ex aliave cauſa, an qui eum uulnerauit irregularis fiet? Poſtremò, an ignorantia ab irregularitate excuſet? Hæ ſunt quæſtiones omnes hic nobis explicandæ, & prius prima; id quod in ſeq. præſtabimus.

SVMMA.

1 *Vulnus mortale, qui cuipiam intulit, an irregularis fiat, ſi ab alio deinceps occiſus eſt.*

2 *Vulnus qui cuipiam intulit, qui ab alio deinceps occiſus eſt, an irregularis fiat, ſi dubitetur an uulnus mortiferum fuerit necne.*

3 *Percuſſus ſeu uulneratus à pluribus vbi quis fuit, & dubitatur cuius ictu interierit, an omnes irregulares ſint.*

4 *Percuſſus ſeu uulneratus à pluribus ubi quis fuit, ſed nullum uulnus per ſe fuit mortale, mortuus tamen eſt uulneratus, an omnes irregulares ſint.*

5 *Vulneratus à pluribus, ſed uno tantum læthali uulnere ubi eſt, an omnes irregulares ſint, qui uulnerarunt, ex quo non apparet quis lęthale illud uulnus intulerit.*

6 *Præsbyter, qui percuſſit non tamen mortiferè furem exportantē res Eccleſiæ, unde aufugere non potuit, & idcirco à parochianis fuit occiſus, an irregularis fiat.*

7 *Fure inuento domi à domino, ſi clamet,* Alli ladri, Alli ladri, *& uicini curentes furem occidant, an dominus irregularis ſit.*

8 *Vulneratus à quopiam, ſed non mortiferè, moritur culpa medici, uel mala curatione, an qui eum uulnerauit irregularis fiat.*

9 *Ignorantia, an excuſet ab irregularitate.*

10 *Conatus occidere aliquem an irregularis ſit, ſi eum non occidat, uel mutilet.*

§. I.

§. Quæſtiones plures explicandæ nobis propoſitæ ſunt; iam igitur ipſas explicemus, & prius primam, † quæ eſt, an qui
1 uulnus mortiferum cuipiam intulit irregularis fiat, ſi antequam eo uulnere moriatur, ab alio occiſus ſit. In qua quæſtione, de eo, qui uulneratum occidit nemo dubitat ipſum irregularem eſſe; nam & homicidii tenetur, ut dicitur in le. item Mela. §. Celſus. ff. ad le. aquil. & re uera eſt homicida, omnis autem homicida irregularis eſt. argument. toto titu. de homicid. Poſtremò mortem hic accelerauit, ut per ſe patet, at talis irregularis fit, ut ſuo loco abundè probauimus. Quoad alium uerò, qui mortiferè priùs eum uulnerauit, dubitari fortaſſe poſſet, concludendum tamen eſt breuiter & irregularem ipſum fieri; nam ſic habetur in capitu. ſignificaſti. 2. de homicid. ibi enim Romanus Pont. conſultus, an præsbyter quidam irregularis factus eſſet, quoniam furem aſportantem res eccleſiæ percuſſerat, quem deinceps parochiani occiderunt, Reſpondit, ſi conſtare poſſet præfatum præsbyterum non inflixiſſe percuſſionem læthalem, unde non eſſet mortuus, ſi à parochianis non fuiſſet occiſus, irregularem eum non eſſe. Ecce hic ſacerdos irregularis non exiſtimatur, quamuis percuſſerit, & percuſſus ab alio fuerit occiſus, ſi percuſſio læthalis non fuit; ergo ſi conſtaret percuſſionem læthalem fuiſſe, ut in caſu noſtro, irregularis fuiſſet; ualet enim argumentum à contrario ſenſu. le. 1. & ibi not. ff. de off. eius. Pro certo igitur habebimus & qui uulnerauit irregularem fieri, atque ſic DD. omnes concludunt in citat. capitu. ſignificaſti, ubi quoque Abba. numero 2. & Couar. in Clemen. unic. 2. p. §. 2. numero 4. uerſicu. Tertia ſubiicitur ſpecies. de homicid. & facit. lex ita uulneratus. ff. ad leg. Aquil. Et de quæſtione hac prima ſatis.

2 Secunda quæſtio eſt, † an qui uulnus cuipiam intulit, ſed ignoratur an mortiferum fuerit, irregularis fiat, ſi deinceps ab alio occidatur uulneratus. Gloſſ. & Ioann. Andr. & Abba. quos ſequitur Gonſ. à Villa. in Tract. de irregular. cap. de percuſſore, irregularem hunc fieri inquiunt, & opinionem hanc tutiorem inquit Couar. ibidem. numero 4. & communiter eam receptam eſſe teſtatur Ioan. Ignius, quem refert, ac ſequitur Couar. eodem num. Probaturque per capitu. ſignificaſti. 2. vbi ſacerdos ille pro irregulari non habetur, ſi conſtet percuſſionem lęthalem non intuliſſe furi, quem parochiani occiderunt; ergo ſecus, ſi diſcerni non poteſt, an lęthale uulnus intulerit, ut in caſu noſtro. A communi opinione igitur diſcedendum non cenſeo.

3 Tertia quæſtio eſt, † ubi à pluribus quis percuſſus, ac uulneratus eſt, & interiit, ſed cuius uulnere interierit, ignoratur, an omnes irregulares ſint. In qua quæſtione concluditur irregulares omnes eſſe. Primùm ob cit. c. ſignificaſti. uerſ. Quod ſi diſcerni non poteſt, ubi habetur pro irregulari eum haberi, qui uulnus intulit, ubi diſcerni nō pōt, ſi ipſius an alterius, ictu uulneratus interierit, ergo idē in caſu noſtro. Secundò facit c. fin. 23. q. 8. ubi ſi plures homines quem uulnerauerint, & idcirco uulneratus mortuus fuerit, ut homicidæ omnes habentur, ergo omnes ſunt irregulares, atque ſic dixit Mar. Socin. Sen. in cap. ad audientiam. nume. 221. uerſic. Secus ſi eſſet dubium. de homicid. & Couar. eod. §. 2. num. 4. uerſicu. Quarta conſtituitur ſpecies.

4 Quare ob eaſdem rationes † ſi à pluribus quis uulneratus fuerit, ſed à nemine mortifero uulnere, qui tamen ob plura illa uulnera mortuus eſt, irregulares omnes ſunt, ita not. Innocent. in cit. cap. ſignificaſti, & Abba. in fine, & Socin. eod. nume. 221. Et hæc omnia locum habent non ſolùm, ubi iniuſtè uulnera illata ſunt, uerùm etiam & ubi iuſtè. Et ex his quarta quæſtio ſoluta eſt.

Quinta

5 Quinta quæſtio eſt † ubi à pluribus quis uulneratus eſt, ſed uno uulnere tantùm mortali, quod ignoratur à quo fuerit illatum, quis in hoc caſu irregularis ſit, ſi moriatur. Nonnulli exiſtimarunt ſuæ conſcientię quemcumque relinquendum eſſe, ut Hoſtien.& Speculat. & nonnulli, quos refert Couar.eod.§.2.nume. 5. uerſic. Quoad irregularitatem. Alii verò exiſtimarunt omnes irregulares eſſe in vtroque foro, & hanc opinionem tutiorem dixit Bartho. Brix.in quęſt.ueneral.15. ubi quęſtionem hâc diſputauit; & hoc per cita.capi.ſignificaſti. de homicid.& cir.capit.fin. 23.quæſtio.8. hanc ſequūtur DD.plures, quos refert, ac ſequitur Couar.ibid. eandem magis communiter receptā eſſe Albert.Trot.relatus à Couar.eod. in loco. Quid igitur concludendum ? Ego à communi opinione diſcedendum non cenſeo; nā, ſi iniuſtè uulnera intulerunt, ex quo mutuum auxilium ſibi præſtitere, omnes irregulares ſunt, eſto unus tantum mortale uulnus intulerit; & hoc ob capitu. ſicut dignum. de homici. ubi ob præſentiam ſolùm pręſtitam in homicidio irregularitas contrahitur, atque ſic in ſimili conſuluit Nauarr.conſil. 13.de homicid. vbi clericum irregularem factum inquit, qui ad occidendum iniuſtè quempiam iuit, eſto ipſe non occiderit, & hoc ob id, quòd cooperator, & auxiliator fuit. Idem conſuluit in conſi. 14. de clericis qui iuerunt cum laicis ad extrahendum quem è carcere, unde unus aparitorū occiſus fuit, ſi uerò iuſtè uulnerarunt, ex quo diſcerni non poteſt quis mortiferum uulnus intulerit, omnes pro irregularibus ſe habere debent ob citat.cap.ſignificaſti. uerſic. Quod ſi diſcerni non poſſit; ſecus autem ſi diſcerni poſſit; nam ille tantùm irregularis erit, qui mortiferum uulnus intulit. ob cap.pen. de homicid. ubi habetur in pugna iuſta eum tantùm irregularem fieri, qui occidit, non autem, qui uulnerauit.

Ex his apparet quid dicendum ſit, ſi plures in huiuſmodi conflictu in aliquem contenderent, & mortiferum vulnus tātùm illatum eſt, nullo alio uulnere etiam non mortifero illato, & ignoratur à quo uulnus prædictum illatum ſit; nam ſi illicitæ rei operam dabant, omnes irregulares ſunt, eſto etiam ſciretur, qui uulnus intulerit. ob citat.capit. ſicut dignum. ſi verò licitę rei, & nemo prædictorum ſcit an ipſe uulnus intulerit nec ne, quiſque pro irregulari ſe habebit. ob citat.capitul.ſignificaſti. uerſicu. Quod ſi diſcerni non poſſit. Secus autem ſi diſcerni poſſit; tunc enim ille tantùm irregularis erit, qui uulnus intulit, non alii, ob cit.c.pen.de homicid.

Verùm quid ſi aliqui ex prædictis pro certo ſciunt ſe uulnus non intuliſſe, ſed probare id nequeunt, an irregulares hi erunt ? Planè irregulares hos non eſſe cenſeo, ex quo rei licitæ operam dabant, & neminem deformarunt. Nec repugnat citat.capitu.ſignificaſti; nam diſpoſitio eius canonis locum habet, non ſolum, ubi diſcerni non poteſt quis mortale uulnus intulit, uerùm etiam & ubi, qui uulnus intulerunt, neſciunt an lethale uulnus intulerint nec ne, & idcirco conſulitur ibi, ex quo res dubia eſt, ut ſe pro irregularibus habeant: at nos loquimur de iis, qui pro certo ſciunt ſe vulnus non intuliſſe.

6 Sexta quæſtio eſt, † an præsbyter irregularis ſit, qui percuſſit non quidem mortiferè, ſed tamen ita, ut fugere non potuerit, furem exportantem extra eccleſiam eucharistiam, & ornamenta, quem parochiani deinceps occiderunt. In hac quęſtione Hoſtien. quo cum communiter tranſeunt DD. ut teſtatur Abba. in eodem capitul.ſignificaſti. numero 10. uerſi. Ex Gloſſ. irregularem hunc factum eſſe inquit. Et hoc ob hanc rationem, quod, ex quo eum inhabilem ad fugiendum reddidit, fuit cauſa homicidii, quòd ad irregularitatem contrahendam ſat eſt. argumen. capitu. de cętero. de homicid. Ego autem contrariam opinionem ueriorem cenſeo, ut ſcilicet hic præsbyter irregularis non ſit, ex quo rei licitæ operam dabat; defendendo ſua; nam irregularitas pendet omnino à iure poſitiuo pontificio. capitu. is, qui. de ſentent.excommun.libr.6. at hoc iure, ubi licitè quis bellum gerit, uel priuatum, irregularis non ſit, eſto uulneret, modò non interficiat, ut habetur in capitu. penul. de homicid. ergo, ex quo hic pręsbyter iuſtè in furem bellum gerebat, irregularis non efficietur, niſi furem ipſe occiderit. Hinc Abba in eodem capi. ſignificaſti, eſto opinionem Hoſtien. tutiorem dicat, eam tamen ipſe non omnino ſequitur. Quæ tamen opinio locum habere poſſet, & ratio, ubi hoc animo eum debilitauit, quò parochiani eum conſecuti occiderent. argumen. citat.cap.ſignificaſti; nam & in bello iuſto, qui hac ratione quidpiā in aliquem molitur, quò interficiatur, irregularis ſit. Et de quæſtione hac ſatis.

7 Septima quæſtio eſt, † an, qui inuento fure domi clamauit: *Alli ladri, Alli ladri*, unde uicini currentes furem occiderunt, irregularis hic fiat. Planè cenſeo irregularem hunc non fieri; nam ſi irregularis non efficitur, ubi furem quis uulnerat in caſu licito, modo mortiferè eum non uulneret, ut dicitur in citat.capitu.ſignificaſti, & in eod.c.fin.de homicid. minus irregularis fiet ſolum clamando, atque ſic ſenſit Abba. quamuis dubius in eod.c. ſignificaſti. num. 12. Idem ſi dixiſſet *Piglia, Piglia*. Excipio tamen, ubi dixiſſet *Amazza, Amazza*; uel hoc animo clamaret, ut uenientes eum occiderent.

At quid ſi clamando caperetur fur, & iudex eum morti traderet, an irregularis fiet, qui clamauit ? Planè cenſeo, ſi proteſtetur ſe non animo uindictę id feciſſe, ſed ut ſuum haberet, irregularem hunc non futurum, ut habetur in capitul. penultim. de homicid. lib.6.

lib. 6. abſurdum enim eſſet, et iniquum non poſſe etiam uerbis ſe contra furem tueri. capi. poſtulaſti. de homicid. in antiqu. Nec repugnat, ſi dicatur; ergo in ſuperiori caſu, ubi præsbyter furem debilitauit, quamobrem parochiani eum occiderunt, irregularis fiet, quia proteſtatus non eſt; nam, ex quo priuatis non licet quempiam occidere, non erat, quod proteſtaretur, ſecus autem ubi in manibus iudicis eſt. In hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſeo.

8 Octaua quæſtio eſt, † an ſi quis vulnerauit quempiam, non mortifere quidem, qui tamen aut medici imperitia, aut mala gubernatione, aliave cauſa moritur, irregularis fiat, qui eum vulnerauit. In hac quæſtione duæ DD. ſententiæ ſunt. Nauarr. in Man. capitu. 27. numero 223. uerſicu. Octauò. inquit hunc irregularem eſſe: idem Couar. in Clement. unic. 2. p. §. 2. numero 9. de homicid. ubi & alios quoſdam idem ſentientes refert. Probatur autem primò ſententia hæc per capitu. præsbyterum de homicid. ubi, cùm præsbyter intuitu diſciplinæ puerum quendam in capite percuſſiſſet, & poſt paucos dies mortuus eſſet, Romanus Pont. reſpondit eum præsbyterum remouendum eſſe ab omni officio ſacerdotali, ſi ex ipſa percuſſione interierit, uel aliam infirmitatem incurrerit, de qua noſcitur expiraſſe. Ecce hic prçsbyter pro irregulari habetur non ſolùm ſi à ſe percuſſus ex ea percuſſione interiit, uerum etiam, ſi ob infirmitatem interierit, in quam ob percuſſionem inciderat; ergo idem in caſu noſtro dicendum uidetur, ut hic, qui uulnerauit, irregularis factus ſit, quamuis non ex uulnere, ſed ob imperitiam, malumve regimen, aliamve ob cauſam mortuus ſit. Secundò citatur capit. tua nos. eodem. de homi. ubi monacus ille irregularis habetur, qui tumorem quendam mulieri aperuit, quamobrem mulier illa mortua eſt, non ob culpam monaci, ſed quia uento ſe expoſuit. Si ergo monacus ille irregularis euaſit, qui illicitæ rei non per ſe, ſed per accidens operam dedit, quamuis ob alterius cauſam mors interuenerit, multo magis irregularis hic erit, qui illicitæ rei per ſe operam dedit, ut, qui illicitè uulnerauit. Poſtremò, ſi hic uulnus non intuliſſet, ſine dubitatione mortuus non eſſet, ergo, ex quo ob eius uulnus mors eſt ſecuta, irregularis effectus dicendus eſt, ut, qui mortis cauſa fuerit. argument. capitu. de cætero de homicid.

Contrariam opinionem nihilominus ſequitur Caietan. 2. 2. quæſtio. 64. articul. 8. & hoc ob hanc rationem, quoniam, ut ipſe inquit, mors non ſequitur ex eius intentione; non enim intendebat eum occidere, neque etiam ex opere, ex quo uulnus mortiferum non erat. Hæc tamen ratio nulla eſt; ex quo enim illicitæ rei operam dabat, id euenire poſſe cogitare debebat, eſto id ipſe non intenderet, nec opus tale eſſet; nam in hoc caſu quicquid inde euenit, id ei tribuitur, ut tradidit Gloſſ. in capitul. ſicut dignum. §. fin. in uerb. Conſilium. de homicid. & facit capitul. fin. eodem libro 6.

Quid igitur concludendum? Ego pro certo primum pono irregularem eum non fieri, qui iuſtè quem percuſſit, ſed non mortifere, ſed aut moritur culpa medici, aut malo regimine, aut morbo ſuperueniente, & multo minus, ſi ab alio occiſus ſit; nam ſic aſſeruit Nauar. in Man. capitu. 27. numero 223. uerſicul. Octauò. & facit citat. capitul. ſignificaſti. de homicid.

Secundò pro certo etiam pono, ubi etiam iniuſtè quempiam quis uulnerauit, ſed adeo leuiter, ut ſine cura alia conualuiſſet, ſed ob uenenum infuſum uulneri mortuus eſt, neque in hoc caſu irregularem hunc fieri; nam non ex uulnere mortuus eſt, ſed ob uenenum, atque ſic aſſeruit Couar. eodem uerſicu. Quid ſi uulnus illatum adeo leue. His præmiſſis tanquam certis, quoad quæſtionem propoſitam opinionem Couar. & Nauar. uti ueriſſimam ſequor, ſcilicet irregularem hunc fieri; nam, ut dixi ſupra, mortuus hic non eſſet, ſi uulneratus non fuiſſet, alias tamen pœnas euitabit, ut aſſeruit Couar. ibidem uerſicul. His tamen addendum.

Hoc autem locum habet uel poſt multum temporis ob illud uulnus interiret.

9 Poſtremo quæſtio eſt, † an ignorantia excuſet ab irregularitate. Hæc quæſtio diſputari poteſt ſolum in irregularitate, quæ proficiſcitur ex uitio animi: nam quoad irregularitatẽ, quæ naſcitur ex defectu rei, ex infamia, uitiove corporis, fruſtra quæſtio hæc proponitur; quòd enim inuitis nobis etiam irregularitas ex his orta contrahitur, multo magis nobis ignorantibus id contingit. argumen. l. qui poteſt inuitis. ff. de regul. iur. Quare rebus carens, unde ſe ſuſtentari non poteſt, ad ordines non admittetur, quamuis defectum hunc impedire ordinum ſuſceptionem ipſe ignoret. Infamis etiam, necnon illegitimus, & bigamus irregulares ſunt, eſto eos lateat infamiam, illegitimationem, bigamiamve, & huiuſmodi corporis uitia quem irregularem reddere.

Diſputatur igitur, vt dixi quæſtio hæc in irregularitate, quæ ex animi uitio naſcitur. An igitur ignorantia excuſet ab hac irregularitate? In hac quæſtione ſic breuiter diſtinguendum eſt. Aut irregularitas contrahitur ſine peccato; & in hoc caſu pro regula habebimus irregularitatem, & ab ignorante contrahi; nam ignorantia, & ſcientia conſideratur in primis ut uideatur, an culpa adſit necne. argument. cap. Apoſtolicæ. de cler. excomm. min. Eſto igitur Neophyti, Illiterati, defectum perfectæ lenitatis patientes ignorent ſe irregulares eſſe, irregulares tamen ſunt. argument. tot. titu. de fil. præsbyter. & facit capitu. cum illorum. de ſenten. excommu. & capitu. 1. & 2. de ordin.

ordin.ab Epiſcop.qui renunc.epiſcop. nam in cap.cum illorum excommunicatus ordines ſuſcipiens irregularis fit,uel ignorantia iuris,factive laboret:id quod ob eam rem fit, quoniã excommunicatus iure inhabilis eſt ad ordinũ ſuſceptionem,ac functionem , & idcirco uel ignorans eos ſuſcipiat,executionem non recipit.Qui ſuſcepit etiam ordinem ſacrum ab eo, qui renunciauit dignitati epiſcopali,uel ab excommunicato notorio, denunciatove, quòd prędicti ordines conferendi poteſtatem non habent, irregulares ſunt, eſto excommunicationem,renunciationemve prędictam ignorẽt, ut habetur in citat. cap.1.& 2. Quod ignorantia etiam iuris non excuſet dixit Nauar.in cõſil.17.num.1.de homicid.lib.5.de præsbytero rurali,qui exiſtimans ſe opus bonum facere nomine alterius ſcripſit iudici,eum, quem in carcere detinebat homicidam eſſe,& læſę maieſtatis reum, unde fuit morte affectus.

Aut non contrahitur ſine peccato,& in hoc caſu ignorantia facti excuſat, & etiam iuris,niſi aliter cautum habeatur.argum.citat.c. apoſtolicę.de cler.excommun.min.nam,qui probabiliter ignorat ſe excommunicatum, cenſurave alia irretitum eſſe,irregularis non fit,ſi diuina faciat,ut ibi habetur; & hoc ob eam rationem,quod irregularitas in eo caſu non contrahitur niſi ubi peccat;at,qui ignorat probabiliter ſe actum illicitum facere,non peccat, ut in prędicto caſu,ergo nec irregularis fit. In hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſeo.

10 Verùm quid †ſi quis animo occidendi quẽ uulneret,homicidium autem ſecutum non ſit, an irregularis nihilominus hic erit? Hanc quęſtionem diſputauit Maiol. de Irregular.li.5.capitu.48.numero 3.& in ipſa tres ſunt DD. ſententiæ, quarum altera fuit hunc irregularẽ eſſe;hanc ſequitur Specula.in titu. de Irregular.verſicu.Sed quid de iudice, ibi. Et ſimiliter.nam ait eum,qui ex odio operam dedit, & fecit quod potuit,ut occideret,non tamen occidit,nec mutilauit,indigere diſpenſatione,ergo ſentit irregularem hunc factum eſſe,ex quo indiget diſpenſatione; irregularitas enim diſpenſatione tollitur;ſentit quoque Thom. Faſtol.in ſuis deciſ.caul.14.& nonnulli alii,quos refert Maiol.ibid.Hæc tamen opinio reiicienda eſt;nulla enim ratione ſolidiori nititur; nã capitu.ſi cui.de pœniten.diſt.1. quod pro hac ſententia citatur, nihil facit;&ſi enim uerum eſt quoad peccatum committendum ſat eſſe uoluntatem,de quo ibi agitur,ſecus autẽ quoad irregularitatem,de qua ibi non agitur;nam ad irregularitatem hanc contrahendam factũ requiritur, ſcilicet uel mutilatio,uel homicidium.cap.2.de cler.pugn.in duel. & cap.pen. de homicid.& Clem.unic.eod.Non etiam facit,quod in atrociſſimis etiam non ſecuto effectu pœna infertur,ut dixit Bald.in leg.ſi fugitiui.C.de ſeruo fugit.& latiſſimè Couar.in Clemen.unic.2.p.in initio.num.5.cum multis ſequent.de homicid.nam locum habet in aliis pœnis,non autem in irregularitate, in qua actu deformatio interueniſſe debet iuribus ſupra citatis.

Quare,cum nullis rationibus opinio hæc nitatur,contrariam ſequitur Ancharan. ut ſcilicet irregularis hic non fiat,ut refert Maiol.ibidem.nume.4.Hanc eandem opinionem tenet Couar.in citat.Clemen.unic.eod. num.5.ubi & communem opinionem hanc eſſe teſtatur. Probatur autem primo per ca.fin.15. quęſt.1. ibi enim dicitur, quantum ad legem promotionis requiri opera,ideſt,quò quis remoueatur à promotione ad ordines,requiri, ut opere adimpleuerit id, quod eum remouet ab ordine,ergo non ſat eſt conatus . Ad hoc tamen reſpõderi poſſet ſatis opus interueniſſe,ex quo fecit quantum potuit.Secundò pro hac ſentẽtia citantur iura ſupra allegata,ſcilicet capit.1. de cler.pugn.in duel.& Clemen.unic.de homicid.ubi habetur irregularitatem hanc contrahi per mutilationem,& homicidium,ergo conatus non ſat eſt. Tertiò facit,quoniam ſi contrarium diceremus,uulnerãdo quempiam, etiamſi mortem non inferret, irregularis fieret; at hoc eſt contra capitu.penu.de homicid.ubi clericus,qui in bello iuſto vulnerauerat,pro irregulari non habetur,niſi conſcientia eum remordeat,quod occiderit.Facit quoque c.ſignificaſti.2.eod.

Vnde tertia fuit opinio Maiol. qui ſic diſtinguebat.Aut quis ſe præparauit tantùm ad homicidium,ſed nihil præterea fecit;& in hoc caſu irregularitatem non contrahi dixit,quandoquidem,ut ipſe dixit,homicidium mentale eſt. Aut non ſolùm ſe pręparauit,ſed ad actus proximos uenit,ſcilicet ad uulnerandum; & in hoc caſu inquit ipſe irregularem hunc fieri. Hęc diſtinctio quoad primam partem uerißima eſt;quoad ſecundam falſa;nam in cit.c.pe. de homicid. uentum erat ad actus proximos, ſcilicet ad vulnera,& tamen irregularis non iudicatur ibi à Romano Pont. niſi conſcientia eum remorderet de homicid.

Quid igitur concludendum? Ego à communi opinione diſcedendum non cenſeo, ut ſcilicet irregularis non fiat,qui conatur quem occidere,vel mutilare,eſto eum uulneret, uel clericus,uel laicus ſit; nã pręter rationes ſupra pro opinione hac allegatas, ego confirmo , quoniam irregularitatis pœna ipſo iure contrahitur,ut notiſſimum id eſt, non enim iudicis ſententia requiritur,at nulla pœna ipſo iure illata cõtrahitur niſi delictum perfectum ſit,ut DD. communiter concludunt relati à Felin. in Tracta.ſuo quando conat.pun.num.8.uerſi. Fallit quarto , ergo uel ſexcenties quis conatus ſit quem occidere, irregularis non erit, ſi mors, membrive mutilatio ſecuta non ſit, eſto uulnera plura inflixerit. In hac quęſtione igitur ſic concludendum cenſeo.

De Irregularitate, quæ oritur ex homicidio voluntario, mutilationeve huiuſmodi auctoritate priuata factis, & ſic iniuſtè, habito reſpectu ad mandantem. Cap. XV.

S V M M A.

1 *Mandans homicidium, mutilationemve fieri, irregularis fit: quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Mandato patris vel domini quem deformans irregularis eſt.*

3 *Mandans occidi aliquem fit irregularis, eſto non ſeruetur mandatum omnino.*

De Irregularitate eius, qui ipſemet homicidium committit, vel mutilat, egimus; iam de irregularitate eius agamus, qui mandauit quē occidi, vel mutilari, & ſic p alium, & iniuſtè. Verùm, ut materiam hāc ordinatam habeamus, has quæſtiones contemplabimur. Primò, an irregularis ſit ipſe mandans. Deinde, quid ſi non expreſsè mandauit, ſed tacitò. Tertiò, quid ſi mādatarius iuratus depoſuit ſe non ob mandatū, ſed ſua ſponte homicidium commiſiſſe, uel mutilaſſe, an mandans irregularis fiat. Quartò, quid ſi is, qui mandatum dedit, illud reuocet pœnitentia ductus: mandatarius autem nihilominus mandatum exequatur, an mandās irregularis fiat. Quintò, quid ſi mandans uidet mandatarium exequi uelle mandatum reuocatum, an patefacere id debeat. Sextò quid ſi tacitò mandans mandatum reuocet. Septimò, quid ſi iudex eccleſiaſticus præcipiat iudici ſeculari, ut quempiam malefactorē puniat. Poſtremò, quid ſi princeps ſubdito, pater filio, dominus ſeruo hæc præcipiat, an omnes irregulares fiant. Has queſtiones igitur explicemus, & prius primam.

1 Quoad primam quæſtionē igitur † pro certo habendum eſt, mandantem homicidiū, uel mutilationem fieri irregularem euadere, ſi homcidium, mutilatiove ſequatur. Id quod probatur primò per cap. ſignificaſti. 2. in uerſ. Mādato, de homicid. ubi, cùm ſacerdos ſacrilegū quendam percuſſiſſet, quem deinceps alii occiderunt, dubitaretque, an eſſet irregularis, Romanus Pont. de hoc conſultus reſpondit, ſi cōſtare poſſet uel lethale uulnus non inflixiſſe, neque ipſius ſtudio, conſilio, uel mandato proceſſiſſe alios contra illum, in ſacerdotali officio miniſtrare poſſe. Si ergo ſuo mandato alii contra eum non proceſſerint, in miniſterio ſacerdotali manere poteſt, & idcirco irregularis non eſt factus; ergo ſumpto argumento à contrario ſenſu. iux. le. 1. ff. de off. eius, ſi mandato ſuo reliqui contra illum ſacrilegum proceſſerunt, & eum occiderunt, in ſacerdotali officio miniſtrare non poterit, & idcirco irregularis erit. Ob mandatum igitur irregularis quis efficitur, ſi mors, mutilatiove ſequatur. Secundò facit, quoniam, qui mandat quempiam uerberari, eſto expreſſe prohibeat, ne mandatarius occidat, uel mutilet, irregularis tamen mādās efficitur, ſi mandatarius occidat, uel mutilet, vt dicitur in c. fin. de homicid. lib. 6. Et hoc ob eam rationem, q uoniam id euenire poſſe exiſtimare debebat, ut ibi dicitur, & ſic culpa non uacat; ergo multo magis irregularis erit, qui in dolo eſt, ex quo id expreſſe mandauit. Tertiò facit cap. ſi quis uiduam, ibi. Præcepto. di. 50. Poſtremò DD. omnes ſic concludunt. Innoc. in cap. ad audientiam. numer. 1. de homicid. Mar. Socin. Sen. num. 280. verſic. Sed redeundo ad principalem materiam. eod. Felin. in c. ſicut dignum. numer. 2. uerſicu. Not. ex §. illi autem. eod. de hom. & Couar. in Clem. unic. 2. p. §. 1. num. 2. eod. Naua. in Man. cap. 27. num. 233. ac denique reliqui omnes. Non eſt igitur quod hac de re dubitemus. Multo minus de ipſo mandatario.

2 Hæc † quæ diximus, locum habent, uel mandatum à patre filio fiat, uel à domino ſeruo; nō enim in hoc ipſis parendum eſt: & quoad irregularitatem nihil intereſt an iuſſus, uel præceptum, uel mandatum ſit, & ita ſenſit Socin. in citat. cap. ad audientiam. num. 286. uerſic. Sed redeundo, & ſic expedita eſt quæſtio ultimo loco propoſita.

3 Quæ locum habet † etiam ſi mandatarius tēpore mandati recuſauit, ſed poſtea mutata uoluntate executus eſt mandatum, ita Maiol. de irregular. lib. 5. cap. 48. §. 2. numero 2. uerſicu. Quartò, quod uerum cenſeo, ubi mandans nō reuocaſſet tunc mandatum, ut ſi dixiſſet; Nolo id facias. Item locum habet, uel mandauerit, ut occideret de nocte, & mandatarius occidit de die, uel mandauerit, ut occideret poſt magiſtratum depoſitum, & ipſe occidit ante, ita dixit Mar. Socin. Sen. in cap. ad audientiā. num. 290. cum ſequ. q. 72. de homicid. & facit, quod dixit Bart. in l. is qui opem. prope finem. ff. de furt. Sed de queſtione hac ſatis; ad alterā tranſeamus.

S V M M A.

1 *Mandatum tacitum quodnam ſit.*

2 *Mandans tacitò homicidium, uel mutilationem irregularis ſit, ſi quid eorum ſequatur.*

3 *Iniuria affectus ab aliquo, ſi dicat filio, uel ſeruo, ne reuertaris domum, donec aliquid noui audiam de illo, qui eum iniuria affecit, an irregularis fiat, ſi à filio, uel ſeruo ille mutiletur, uel occidatur.*

§. I.

Secunda quæſtio eſt, an irregularis fiat, q tacitò mandatum dedit ad homicidium,

vel

vel mutilationem, quam quęſtionem ut diluci diorem habeamus, præmittendum eſt, quid mandatum tacitum ſit.

1 Mandatum tacitum igitur, † quod ad rem noſtram pertinet, eſt mandatum, quo homicidium, uel mutilatio non propriis uerbis mandantur, ſed aliis perobſcuris, vt videbimus.

2 Quoad quæſtionem autem † breuiter cōcludendum eſt, uel tacitò quis mandet homicidium, mutilationemve committi, ſi ſequantur irregularem hunc fieri, ut aſſeruit Couar. in Clem. unic. 2. p. §. 1. num. 3. de homicid. Probatur id quoque ratione, quoniam par uirtus taciti, & expreſſi eſt, arg. l. cùm quid, & ibi not. ff. ſi cert. pet.

3 Quare † qui iniuria affectus ab aliquo dixit filio, uel ſeruo, ne reuertaris domum, donec noui aliquid audiam, planè irregularis hic erit, ſi filius, aut ſeruus mortem, mutilationemve ei inferat; etenim in hoc caſu id mandaſſe exiſtimatur, ac pręſumitur, & ſic mandatum tacitū, ut tenet Bartol. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandauit. ff. de acq. hæredit. quem communiter receptum teſtantur Iaſ. in citat. §. & Clar. in Pract. crim. lib. 5. recept. ſenten. §. fin. q. 89. uerſicu. Sed hic incidenter, & Abba. in cap. ſententiam. num. 20. ne cler. uel monac. & in c. ex literis. num. 3. uerſicu. Et facit ad quæſtionem, & ibi Addit. de exceſſ. prælat. & Couar. ibid. in cit. loco, ubi quamplures idem ſentientes refert, ac ſequitur. & Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 2. num. 8. uerſic. Ampl. nou.

4 Hæc autem concluſio locum habet, uel offenſa facta ſit domino, vel patri alapa, uel pugno, etſi enim contrarium ſentit citat. Addit. eius tamen opinionem veram eſſe cenſeo quo ad pœnam ordinariam mandātis homicidiū, quæ eſt eadem cum eo, qui mandatum executus eſt, ut de communi ſententia teſtatur Clar. ead. q. in principio: ſecus autem quoad extraordinariam, & ſic quoad irregularitatem; nam ex quo rei illicitæ operam dabat, quicquid inde contingit, id ei tribuitur, vt in ca. fin. de homicid. habetur. Idem, ſi cauiſſet expreſſe mandans, ne mortem, mutilationemve inferrent, ita Couar. ibidem ob cit. c. fin. de hom. lib. 6.

Idem, ſi dixiſſet ſume, ut ait Addit. ibi, unum baſtonum, ob eaſdem rationes, ob quas idem dicendum eſt de exceptionibus aliis traditis ibi ab ea uiden.

Excipitur tamen, ſi dixiſſet ſuo aduocato, uel procuratori, eadem uerba; tunc enim exiſtimatur, ut in iudicio reum cōueniat, non autem, ut extra eum lędat. Verùm quid de ratum habente homicidium, uel mutilationem, an irregularis hic fiet? Hanc quæſtionem in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Ratum habens homicidium, vel mutilationem an irregularis fiat.*

§. II.

1 † Quæſtio nobis hæc explicanda proximè propoſita eſt, an, qui homicidium ab aliquo factum ratum habet, vel mutilationem, irregularis hic fiat. In qua quæſtione Gloſſ. in c. ſi quis uiduam. in uerb. Conſilio. di. 50. ſenſit irregularem non fieri eum, qui ante homicidium uellet illud factum eſſe, uel poſt factum gratum habet. Hęc Gloſſ. ſi ergo irregularis non fit, qui poſt homicidium factum gratum id habet, & ſic ratum habet, ergo ratihabitio irregularem quem non reddit. Ad hanc Gloſſ. reſponderi poteſt eā locum habere, ubi non ſuo nomine homicidium factum eſt; hoc enim caſu, quamuis gratum habeat homicidium factum eſſe, tamen irregularis non efficitur, cùm ſuo nomine factum non ſit; nam nec qui percuſſionem clerici factam non ſuo nomine ratam habet, in excommunicationem incidit, eſto peccet, ut dicitur in capi. cum aliquis. de ſentent. excommun. lib. 6. Hanc opinionē tamen, ut irregularis non fiat, etiam ſi nomine ſuo homicidium factum ſit, & ſic ſimpliciter ſequitur Couar. in cit. Clem. in 2. p. §. 1. nume. 4. uerſic. Quartò ex præmiſſis. Probatur autē primò hac ratione, quoniam irregularitas non contrahitur niſi in caſibus in iure expreſſis. c. is qui. de ſenten. excommun. lib. 6. at iure Pontificio cautum non reperitur, ut quis irregularis fiat pro homicidio facto nomine meo, ergo per ratihabitionem irregularis quis non efficitur. Ad hanc rationem reſponderi poſſet, immò iure id expreſſum eſſe; ex quo enim ratihabitio mandato comparatur, ut dicitur in ca. ratihabitionem. de regu. iur. lib. 6. & de mandato cautum habeamus, ut antea uidimus, ergo idem & de ratihabitione. Vnde ſecundò probatur hæc ſententia, quoniam, ut irregularitas hęc contrahatur, uel iuſtè, uel iniuſtè homicidium fiat, neceſſario requiritur, vt ratione quapiam cooperati ſimus ad ipſum homicidium ante, uel in ipſo actu, ut colligitur ex cita. ca. ſi quis uiduam, & tot. titu. de homicid. at, qui ratum habuit, nulla ratione cooperatus eſt, ut in facto proponitur, ergo irregularis non fit. Contrariam ſententiam nihilominus ſequi uidetur Speculator de Irregularitate. nume. 51. uerſicu. Sed quid ſi agenti; nam inquit ipſe; Ego ſimpliciter credo ſolam ratihabitionem, ſiue complacentiam, ut ita dixerim, non inducere irregularitatem, ubi nullus conſenſus, uel cooperatio, uel exhortatio præceſſit, nec eius nomine factum eſt. Ecce hic Speculator ſentire uidetur, ubi ſimpliciter homicidium cuipiā placuit, non fieri irregularem, ubi eius nomine factum non eſt, ergo contrarium ſentit eſſe, ubi eius nomine factum eſt, & idcirco hunc fieri irregularem, atque ſic eum interpretatur Felin. in cap. ſicut dignum. numer. 8. uerſicu. Et ideo dicit ſingulariter Specula. quamuis aliter eum interpretetur Cou. in allegato loco, & nō recte mea ſentētia. Hanc opinionem ſequitur quoque

quoque Nauar.in Man.cap.27.num.233.uer. Idem de ratificatione, modò nomine noſtro factum ſit,& eo tempore, quo mandare id poteramus.idem ſentit Mar.Socin. Sen. in ca.ad audientiam.num.360 q. 100.de hom. Probatur autem horum ſententia hac ratione, quoniam ratihabitio mandato comparatur, ut dicitur in cita.cap. ratihabitionē; at per mandatum quis fit irregularis,ut probauimus, ergo & per ratihabitionem. Hanc opinionem ſequitur quoque Maiol.de Irregular.cap.48.§.6.n. 5.uerſic.Tertius caſus eſt.

Quid igitur concludendum? Vt abſolutam quæſtionem hanc habeamus. Propono primū id,quod nemo inficiatur,immò omnes liberè fatentur,irregularem eum nō eſſe,cui ante homicidium illud fieri placebat,modò neq.uerbis,neque re ad illud opem tulerit, uel ſuaſerit.Et in hanc ſententiam accipienda eſt Glo. in cit.cap.ſi quis uiduam.di.50.in verb.Conſilio.illis uerbis,qui ante homicidium uellet illud factum eſſe.

Item pro certo pono id, quod etiam communiter receptum eſt, nec irregularem eum eſſe,qui homicidium ratū habuit, poſteaquā factum eſt,ubi ſuo nomine non eſt factum; allegati enim D D.omnes id ſentiunt:idque merito,nam mandatum uerum, & expreſſum nō eſt;non etiam fictum per ratihabitionem, ex quo ratum habere nequeo id,quod meo nomine factum non eſt.per c.ratum de reg. iur.li.6.

Tertiò pro certo pono in duobus illis caſibus ſemper mortiferè hunc peccare, ut qui optet tam graue malum proximo,uel ubi euenit, eo oblectatur; nam & qui habet ratam percuſſionem clerici, non ſuo nomine factam,grauiter peccat,ut habetur in cit.capi. cùm quis.de ſenten.excomm.His præmiſſis, de quibus nulla dubitatio eſt.

Quoad quæſtionem propoſitam ego ſequor opinionem Couar. ut ſcilicet quis irregularis non fiat,eſto ratum habeat homicidium, uel mutilationem ſuo nomine factam. Et hoc ob rationem ſecundam ſupra allatam,quod ſcilicet ad irregularitatem ſuſcipiendam in hoc caſu neceſſariò requiritur,ut mediatè, uel immediatè ad homicidium ante,uel in ipſo actu aliquid cooperatus ſit,ut colligitur ex tot. titul. de homicid.at poſt factum homicidium nulla ratione,nec animo nec facto cooperari poteſt, ut per ſe patet,ergo irregularis quis non efficitur.Nec repugnat in excommunicationem eū incidere,qui clerici percuſſionem ſuo nomine factam,ratam habet,ut dicitur in cit.cap. cùm quis; nam primò reſpondeo illud idcirco eſſe,quoniam id expreſſè Eccleſia cauit, quod in caſu noſtro non eſt; & fortaſſe ſi id non cauiſſet,contrarium dicendum uidebatur etiam in excommunicatione,ex quo in pęnis ſumus. l.interpretatione.ff.de pœn.& cap.odia.de regul.iur.lib.6. Poſtremò per percuſſionem clerici iniuria fit clerico, & ordini eccleſiaſtico: & hæc iniuria fieri etiam poteſt per ratihabitionem iactando ſe de illa;at hoc non contingit in irregularitate quoad homicidium; non enim per ratihabitionem homicidium iteratur,uel augetur,alioquin dicendum eſſet multo magis irregularem eum eſſe,qui hominem mortuum mutilauit, quod tamen uerum non eſſe antea probauimus. In hac quæſtione igitur opinionem hanc uti benigniorem, ac ueriorem ſequendam cenſeo;ſed iam tertiam aggrediamur.

S V M M A.

1 *Mandans occidi, mutilari ve aliquem, an irregularis ſit , ſi mandatarius iuratus depoſuit non ob mandatum occidiſſe,mutilaſſe ve, ſed ſua voluntate.*

§. III.

1 Tertia quæſtio eſt,†an qui mandauit quē occidi,uel mutilari,irregularis ſit, ſi mandatarius iureiurando examinatus, & requiſitus depoſuit ſe non ob mandatum, ſed ꝓpria uoluntate homicidium, mutilationemue commiſiſſe. Hanc quęſtionem poſuit Ioann. Andr.in cap.ad audientiam,ut refert Mar.Socin.Sen.ibi,q. 75.num. 296.in ea autem ſic idē Ioan.Andr.diſtinguit.Aut eſt famoſum adeo, ut ſcandalum ex eo mandato excitatum ſit; & in hoc caſu mandatario credendum non eſſe ait,ob cap.ex literis.de homicid.ubi,cùm presbyter fœnum de curru deponens perticam ſuper currū alligatam in terram proieciſſet, & deinceps puerum ſemiuiuum reperiſſet, qui poſtea mortuus eſt,Romanus Pont. hac de re conſultus reſpondit,eum pręsbyterum liberè poſſe ſacerdotis officium exequi, niſi contra eum graue ſcandalum ortum ſit, uel tāta laboret infamia,quòd deficiente accuſatore oporteat eidem canonicam purgationem indici. Ecce hic dubitabatur,an puer ille ex facto ſacerdotis mortuus eſſet, & niſi ſcandalum ortum ſit,uel infamia,eum non prohiberi à miniſterio altaris;ergo ſecus,ubi ſcandalum ortum eſt;& idcirco idem in caſu noſtro eſt dicēdum,ut mandatario credendum non ſit. Ad hoc tamen reſponderi poſſet nos non agere hic de irregularitate, quæ oritur ex ſcandalo, & infamia,ſed de ea,quæ oritur ex defectu perfectę lenitatis.Aut,inquit ipſe,ideſt occultum, & tunc mandantem ſuam ſequi conſcientiam debere ait,& ſi dubitet,potius ſe abſtinere debere,per cap.penul.de homicid. ubi Summus Pont.cuidam pręsbytero conſulit,ut ſi conſciētia eum remordeat de interfectione alicuius, à miniſterio altaris ſe abſtineat. Hæc Ioann. Andr.

Quid igitur concludendum? Ego pro certo pono primùm, qui mandatum hoc dedit mortiferè peccaſſe:id quod per ſe notiſſimum eſt. Secundò præmitto etiam pro certo,ubi man-

mandatarius tam ex mandato ſuo, quàm propria uoluntate,& ob proprium intereſſe homicidium,mutilationemve commiſſit, irregularem ipſum mandantem factum eſſe; & hoc ob id,quod & ipſe cauſa fuit, ut ea committerentur,quo caſu quis irregularis efficitur. argum. c.ſicut dignum.§.qui verò.de homici. Tertiò præmitto irregularem etiam mandantem eſſe,ubi, etſi mandatarius ea commiſſit in primis propter ſuum intereſſe, multo magis etiã ob mandatum ad id animum appulit;nam magis,magiſque eius animum mandans inflamauit,argum.cit.§.qui uerò. Quartò pręmitto, ubi eo mandato nulla ratione mandatarius homicidium fecit,uel mutilationem, mandantem irregularem non eſſe, quippe quia de ſuo mãdato ſecuta ea non ſunt. Quintò pręmitto, quamuis de ſuo mandato ſecuta ea non ſint,ſi tamen ſcandalum ortum ſit ob illud mandatum,& ille infamatus,irregularem eſſe,quouſque ſcandalum,& infamia ceſſet ob ſcandalũ ipſum,& infamiam,ob cit.c.ex literis.non autem ob defectum perfectę lenitatis.

His præmiſſis,reſtat quæſtio,ubi ignoratur, an ſuo,alienove nomine mandatarius homicidium commiſſit,uel mutilationem; & in hoc caſu concludo hunc ſe irregularem exiſtimare debere,cùm ob mandatum,quod ſcit ſe dediſſe;tum ob executionem factam;in huiuſmodi enim caſu,eſto contrarium eſſet,pro tali tamen ſe haberi debet.argum.cap.ſignificaſti.2. uerſic.Quid ſi diſcerni. tum quòd communiter concluditur in mandato non conſiderari, an mandatarius aliàs id eſſet facturus,ut teſtatur Couar.in Clemen.unic.2.p.§.2.num.1.uerſicu.Sed ſi quis,ibi.Hæc uerò diſtinctio de homicid.& nos infra in titu.de conſilium dante. In hac quæſtione igitur ſic concludendum cẽſeo;iam ad aliam veniamus.

SVMMA.

1 *Mandatum qui dedit ad homicidium, uel mutilationem,ſi illud reuocet re integra, mãdatarius autem nihilominus ipſum exequatur, an irregularis fiat.*

2 *Mandatarius ſi exequatur mandatum, quod tacitò reuocatum eſt,an mandans irregularis nihilominus fiat.*

§. IV.

1 Quarta quæſtio eſt,†an qui mandauit homicidium,mutilationemve fieri, irregularis fiat, ſi re integra mandatum reuocet, & mandatarius nihilominus mandatum exequatur.Et uidebatur dicendum nihilominus mandantem irregularem fieri; nam & qui conſilium dedit ad idem,non ſat eſt, ut reuocet,quò irregularitatem effugiat, ut ſimpliciter dixit Bart.communiter recept.in l.non ſolum.§.ſi mandato meo.num.21.ff.de iniur. Atqui cõtrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet hunc irregularem non fieri. Primùm, quoniam mandatum conſenſu contrahitur, ergo cõtrario ſenſu tolli poſſe debet;unumquodque enim eo modo tollitur,quo inductum eſt, ut dicitur in c.1.de regu.iur.& l.nihil tam naturale.ff.eo. Præterea natura mandati hæc eſt, ut re integra ſi reuocetur,reuocatio ualeat, & obligatio deinceps non naſcatur,ut habetur in §.recte quoque.in Inſtitu.de mandat. ergo ſi reuocauit, eſto deinceps homicidium ſequatur,irregularis tamen mandans nõ erit,ex quo ui mandati,quod ſublatum eſt reuocatione,factum dici non poteſt.Poſtremò,ita aſſernit Innocen.in cap.ad audientiam.num.3.uerſic.In eo autem,de homi. quem communiter receptum teſtatur Nauar.in Man.cap.27.num.233. & Speculat.De Irregularitate.num.39.uerſic. Sed ſi inſiſteret conſilio,ibi;In eo autem, qui mandauit pro ſe fieri homicidium,& Mar.Socin.Sen.in cita.cap.ad audientiam.num.293. quæſt.73.

Nõ repugnat modò, quod ſupradictum eſt de conſilio;nam idcirco non ſat eſt conſilium reuocare,quoniam conſilium datur ſemper in gratiam eius,cui datur,& per ſimplicem reuocationem non tollitur; is enim qui conſilium accepit,ductus rationibus, quibus ſibi fuerat perſuaſum homicidium,ab eo non ſe abſtinebit,niſi contrariis rationibus id ei probetur. Non igitur ſat eſt ſimplex reuocatio; at mandatum mandantis gratia fit, & mandatarii nõ intereſt,& idcirco ſimplici reuocatione tollitur,ita tradidit Innocen.quem reliqui ſequuntur in cita.cap.ad audientiam.uerſic. In eo autem,qui mandaſſet,& Bart.in cit.§. ſi mandato meo.nume.21.Non repugnat etiam opinio Maiol.de Irregular.lib.5.cap.48.§.2.nume.3. ampl.5.qui exiſtimauit hanc ſententiam periculoſam eſſe;nã ſi irregularitas euitatur à mandante,ubi affinitas orta eſt inter ipſum, & eũ, quem occidendum mandarat,ut ait ibi, & ſic ubi tacitò mandatum eſt reuocatum, multo magis,ubi expreſsè.In hac quęſtione igitur ſic concludendum eſt.

2 Verùm quid† ſi tacitò mandatum reuocetur,exempli gratia mandans cum eo,quem occidendum,mutilandumve mãdauerat, in amicitiam rediit,cum eo ve pacem iniit, uel affinitate coniunctus eſt, uel alia ratione mandati eum pœnituit,an irregularis fiet mandator, ſi nihilominus mandatum mandatarius executus ſit?In hac quæſtione ſic DD. communiter diſtinguunt.Innoc.in cap. ad audientiam.nu. 3.uerſic.In eo autem,qui mandauit de homicid.& Speculator in Tit.de Irregularitate.nume.39.uerſic.In eo autem, qui mandauit homicidium pro ſe fieri,& Nauar.in Man.ca.27. num.233.qui opinionem Innocen.communiter receptam teſtatur,& Mar.Socin.Sen.in eo. cap.ad audientiam.q.72.num.293.cum ſequ. & in cap.peruenit.num.43.de ſenten.excom. communiter inquam,ſic DD.diſtinguũt. Aut mandatarius

mandatarius ſcit amicitiam, pacemque initã, affinitatemve contractam, uel aliàs mandantẽ mandati pœnituiſſe; & in hoc caſu irregularem mandãtem non fieri aſſerunt, ſi homicidium nihilominus committat, quamuis de prędictis mandatarius certior factus non ſit; nam, ex quo certum id habet, certior fieri non poteſt. le. 1. ff. de act. empt. & capitu. cùm inter uniuerſas. de elect. Aut mandatarius id non nouit, & tunc mandantem irregularem fieri concludunt. Idque meritò, quamuis enim eum mandati pœnituerit, non tamen culpa uacat, ex quo certiorem mandatarium non fecit, eſto etiam certiorem eum facere non potuerit; nam & in hoc caſu eum irregularem fieri ob culpam ſentio. Quod diximus autem irregularem non fieri, ubi amicitia interuenit, locum habet, ubi re uera, & ex animo facta eſt; aliàs enim ſi dolo malo finxiſſet ſe amicitiam contrahere, quò inimicus incautior eſſet, ſi homicidium ſequatur, irregularem fore ſentio; mandatum enim re uera reuocatum nõ eſt. Simulatæ autem amicitiæ exemplo nobis eſſe poteſt raptus Dynę filiæ Iacob. Et de hac quęſtione ſatis; iam quintam aggrediamur.

SVMMA.

1 *Mandatum qui reuocauit de homicidio faciendo an obligatus ſit patefacere ei, quem occidendum mandarat, vt caueat ab ipſo mandatario, quem uidet nihilominus mandatum reuocatum exequi velle.*

§. V.

1 §. † Quinta quęſtio eſt, an, qui mandatum de homicidio reuocauit certiorem facere eum debeat. quem occidendum mandauit, ſi uidet mandatarium exequi nihilominus mandatum uelle. In qua quæſtione ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quæritur, an ipſum certiorem non faciendo peccet, & in hoc caſu ſentio ipſum peccare, ſi uidet ſine ſuo periculo id facere poſſe. Aut quęritur, an fiat irregularis, & in hoc caſu dummodo re uera mandatum reuocauerit, irregularem non fieri hunc cenſeo; ſuo enim officio functus eſt, ex quo mãdatum reuocauit; ad certiorem autem eum faciendũ obligatus eſt officio charitatis, non autem iuſtitiæ ſpecialis. In hac igitur quæſtione ſic breuiter concludendum cenſeo; iam ſextam aggrediamur.

SVMMA.

1 *Iudex eccleſiaſticus præcipiens iudici ſeculari, vt puniat malefactorem, an irregularis fiat, ſi mors, membrive mutilatio interueniat.*

§. VI.

1 §. † Sexta quæſtio eſt, an iudex eccleſiaſticus, qui præcipit iudici ſeculari, ut puniat malefactorem, irregularis fiat, ſi mors, mutilatiove interueniat. Hanc quæſtionem diſputauit Gloſſ. in cap. 2. 15. q. 6. & Mar. Socin. Sen. in ca. ad audientiam. q. 75. nume. 298. In qua quæſtione tres DD. ſententiæ ſunt; quarum prima fuit Gloſſ. in citat. cap. 2. quę ait iudicem eccleſiaſticum præcipere poſſe iudici ſeculari, ut puniat maleficos. Hanc opinionem nonnulli alii ſequuntur, quos refert Socin. ibid. Probatur autem ſententia hæc primò per cita. cap. 2. 15. q. 6. nam ibi mandat Romanus Pont. quibuſdam ut ſpirituali ſimul, & materiali gladio quoſdam malignos inſequantur, quouſque bona quędam Eccleſię recuperent. Ecce hic Romanus Pont. mandat uti materiali gladio etiã, ergo etiam & ſanguinis uindicta. Hoc tamen canone opinio Glo. non probatur. Primò, quoniam non mandat ſimpliciter, ut puniantur, ut in caſu noſtro, ſed ut reuocentur bona Eccleſię tam ſpirituali gladio, ſcilicet cenſuris, quã materiali, ſcilicet bello ea proſequendo, & ſic quodammodo hortatur, & mandat, quòd in bello iuſto licet ſine irregularitatis metu, ut antea probauimus; licitè enim in bello iuſte præcipitur, ut hoſtes quis proſequatur, quouſque ſua bona quis recuperet ſine irregularitatis metu. Poſtremò Romanus Pont. id ibi pręcipit, qui irregularitati ſubiectus non eſt. arg. cap. propoſuit de conceſſ. pręben. at non ualet argumentum ſumptum ab eo ad alios inferiores, ſicut non ualet à maiori ad minus affirmatiuè. Secundò facit cap. ſi quis igitur. 23. quęſtio. 4. ubi generatim iubetur, ut mali corrigantur. Hic canon etiam nihil facit; generatim enim mandari poteſt, ut iuſtitia fiat, ſicut habetur in cap. pen. ne cler. uel monac. lib. 6. Deinde facit quod generatim per leges etiam id caueri poſſe antea concluſimus, eiſdem rationibus reſpondetur ad cap. relegentes. 23. q. 5. & ad cap. ut pridem. ead. quęſtio. 8. Poſtremò Deus ſic mandauit Moyſi; Malefactores ne p̄mittas uiuere ſuper terram, ergo etiam id nũc licere in caſu noſtro dicendum uidetur. Hæc ratio etiam nihil facit; tum quòd Deus erat, q̃ id pręcepit; tum quod per modum legis id iubebat, quo caſu irregularis quis non efficitur, ut antea uidimus; tum quòd irregularitas tũc non aderat.

Quare, ut irregularis iudex hic fiat, ſuadere uidetur capit. is, à quibus. 23. quęſ. 8. ibi enim Concilium Toletanum prohibet, ut hi, quibus domini ſacramenta tractanda ſunt, ne præcipiant, ut inferantur trũcationes membrorum. Ecce id clericis prohiberi, ne id mandent, ergo idem prohibitum dici debet, ne præcipiant quem puniendum. Hęc ratio nihil facit; nam intelligitur, ubi ſpeciatim mandarent truncationes membrorum fieri, ſecus autem, ubi ſimpliciter.

Tertia fuit opinio Socin. ibid. qui ſic diſtinguit. Aut generatim mandatur, ut malefactores puniantur, & tunc primam ſententiam Gl.

veram

veram inquit, ut ſcilicet irregularis non fiat. Aut ſpeciatim,ut ſcilicet puniat hūc, uel illū, & in hoc caſu etſi dubius ſecundam opinionē ſequitur,ut ſcilicet irregularis fiat:dubitat autem ob id,quoniam non mandatur,ut mors inferatur,ſed ſimpliciter,ut puniatur.

Quid igitur concludendum? Ego præmitto primùm,ubi generatim mandatur à iudice eccleſiaſtico,ut malefactores puniat, irregularē quem non fieri;id enim per legem, & ſtatutū poſſe antea probauimus. Secundò præmitto,ubi iudex hic de auctoritate Romani Pont. mandat,ut hunc,uel illum morte afficiat, uel mutilet,irregularem in hoc caſu etiam non fieri;ex quo enim iuſſu Romani Pon.id facit,qui poteſt eum ab irregularitate eximere,ne eccleſiaſticus iudex irregularis fiat, eximere eum uoluiſſe præſumitur, cùm aliàs ſine irregularitate id mandare non poſſet.argum. l. quidam conſulebant,& ibi not.ff. de re iudic. Tertiò præmitto,ubi non de auctoritate Summi Pontificis mandat ſpeciatim iudici laico, ut quem aut interficiendum,aut mutilandum curet,irregularem euadere.ob cap.ſententiam.ne cle. uel monac.& c.ſi quis uiduam.d.50.

His præmiſſis, quæ nullam dubitationem habent,reſtat,ut uideamus,ubi mandatum ſpeciatim eſt,ut quem puniat,ut Titium, ſed non dixit,nec expreſſit,ut morte,mutilationeve afficiat,an irregularis fiat,ſi contingat alterum horum conſequi.Et in hoc caſu ſic diſtinguendum cenſeo.Aut delictum mortem, mutilationemve meretur,& in hoc caſu,ſi hæc ſequātur, irregularem fieri mandantem concludo ; ex quo enim pro eo delicto mortis,mutilationiſve pęna inferenda erat,perinde eſt, atque ſi de ea expreſsè mandaſſet, ex quo de alia propriè intelligi non poterat.argumen. l. nominatim. ff.de lib.& poſthu.& l.certum.ff.ſi cert.pet.at, qui mandat mutilationem,mortemve inferri, irregularitatis notam non effugere antea probauimus,ergo & in hoc caſu locum habebit ſecunda opinio. Quę locum habet uel non expreſsè id mandet,ut habetur in cap. ex literis. de exceſſ.prælat.ubi cùm quidam fur de furto infamaretur,& per ferrum candens uolens fur probare ſe innocentem eſſe, in ea probatione defeciſſet, iudexque conſuluiſſet Epiſcopum, ad quem iuriſdictio eius uillæ ſpectabat, ubi fur captus fuit,quid agendum eſſet, quoniam reſpondit ſi fur ſic euaderet, malum eſſet,uel audiris,Quantus eſt clamor populi,omnes dicunt malum eſt ſi ſic euaſerit impunitus; & idcirco laqueo fuit ſuſpenſus, irregularis factus ibi habetur; ergo uel nō expreſsè pœnam quis mandet,ſed tacitò eam innuat, irregularis efficitur.

Aut delictum eſt tale,ut nec mortē, nec mutilationem mereatur, & in hoc caſu irregularis mandans non fit,ſi iudex laicus iuris terminos egrediens morte,mutilationeve reum afficiat odio,gratia,pecunia,aliave re ductus, ut ſupra de accuſatore concluſimus, ut ſenſit Gl. in cap.fin.in uerb.Iuſtitia mediante.ne cleri. uel monac.lib.6.quam & DD.communiter ſequuntur,& in hoc caſu prior opinio locum habebit. In hac igitur quęſtione ſic concludendum cenſeo,& concluſionem uerisſimam eſſe pro certo habeo;diſtinctio enim Socin.manca eſt,& dubia ab eo propoſita, & etiam ex parte confuſa.

Quę diximus aūt in hac qōne locū habere etiam cenſeo ſi quis mandaſſet quem corporaliter puniri,ut diſtinguatur ea ratione, qua ſupra diſtinximus; non enim pœnę corporales tantùm ſunt mors,& mutilatio, uerùm etiam & aliæ,ut ictus funium,fuſtibus ceſſiones, exilia,& huiuſmodi:ſed de irregularitate, quę ex mandato uenit ſatis; ad irregularitatem, quæ ex conſilio oritur,tranſeamus.

De Irregularitate,quæ oritur ex homicidio voluntario,mutilationeve huiuſmodi auctoritate priuata factis, & ſic iniuſtè habito reſpectu ad conſilium de facto dantē. Cap. XVI.

SVMMA.

1 *Conſilium dare quis dicatur.*

2 *Conſilium dans ad homicidium, mutilationemve ei,qui aliàs hęc facturus non erat,irregularis eſt.*

3 *Conſulens iactum machinę eo,ubi homines ſunt,irregularis fit,ſi mors ſequatur.*

4 *Conſulens ut furtim arx capiatur, an irregularis fiat ſi mors ſequatur.*

5 *Suadens cuipiam dolò,ut tranſeat,ubi ſunt ſui inimici,irregularis fit,ſi mors ſequatur, ſicut ſi per alium locum periculoſum,ſecus ſi non dolo malo.*

6 *Conſulens delictum,vnde mors ſequatur,irregularis efficitur.*

7 *Dicens multa mala hic faciet,ſi viuet,vel utile eſſet ſi occidatur,irregularis fit,ſi quis, hac re ductus id faciat.*

8 *Suadens cuipiam,ut ſe pręcipitem det, irregularis fit,ſi mors ſequatur.*

9 *Suadens aliquid,unde mors ſequatur,uel dicens aliquid tale,irregularis fit.*

10 *Conſilium dans,ut quid periculoſum agat,quò mortem uitet,an irregularis fiat,ſi mors ſequatur.*

11 *Concionator ſuadens mortem contemnendam non fit irregularis,ſi quis ob id ſe interimat.*

12 *Confeſſarius ſuadens reo, ut delictum confiteatur, unde mors eius interuenit,an irregularis fiat.*

QVI etiam cōſilium ad homicidiū, mutilationēve faciendam tribuit, irregularis fit,ut uidebimus. Verùm,ut hanc materiam nō minus dilucidam, quàm abſolutam habeamus,de ipſa hæc contemplanda ſunt. Pri-

mùm

Primùm conſilium dare quis dicatur, quoad rem noſtram pertinet. Deinde id, quod diximus in initio, an conſulens homicidium, mutilationemve irregularis fiat. Tertiò, quid ſi quis ſuadeat homicidium eius, qui nondum natus eſt. Quartò, quid ſi ſuadeat homicidium cuipiam, quò ſe à morte liberet. Quintò, quid ſi ſuaſit cuipiam, ne à morte quem liberet. Sextò, quid ſi tacitò id ſuadeat. Septimò, quid ſi quis ſuadeat cuipiam, ut ſe morti obiiciat pro Chriſti fide, uel pro patria, amicis, & huiuſmodi. Octauò, quid de eo, qui ſuaſit homicidium ei, qui aliàs uolebat illud committere. Nonò, quid ſi quis conſulit alicui aliquod licitum, ſed conſultor fines mandati egreſſus quempiã occidit. Decimò, quid ſi uolenti cuipiam ſuos inimicos fugere ſuadeat, ne fugiat, unde occiſus eſt. Vndecimò, quid ſi occidatur is, ab eo, quem ut occideret, mandatum habebat, an irregularis fiat, qui conſilium dedit. Poſtremò, quid ſi conſilium à ſe datum reuocauit, ſed tamen is, cui conſilium datum eſt, homicidium commiſſit, uel mutilationem? Hę ſunt quæſtiones, quas explicandas hic nobis propoſuimus, iam igitur primam aggrediamur.

1 Prima quæſtio igitur hæc eſt, † quod ad rem noſtram pertinet, quiſnam conſilium dare dicatur. In qua quæſtione breuiter cõcludimus, conſilium dare eum dici, qui uerbis mouere nititur aliquem ad homicidium, mutilationẽve faciendam. Vel igitur rationibus conetur ſuadere homicidium, mutilationemve facere quem debere uel poſſe; uel conetur admonere, inſtruere, docereque, quomodo ſe gerere ad hęc facienda debeat; uel ſuggerere quibus rationibus ea commodè fieri poſſint, uel ad ea inſtigare; hi omnes modi ſunt, quibus quis conſilium dare exiſtimatur, ut ſenſit Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato meo. in fine. ff. de iniur. & in re noſtra id apertiſſimè dixit Mar. Soci. Sen. in cap. ad audientiam. num. 305. iunct. nume. 315. uerſic. Tamen quantum ad caſum noſtrũ. de homici. Qui ergo alterum horum agit, hic conſilium dare dicitur. Et de quæſtione hac ſatis.

2 Secunda quęſtio eſt, † an irregularis fiat, qui conſilium cuipiam dat, ut quem occidat, uel mutilet, cùm aliàs id facturus non eſſet. Et uidebatur dicendum irregularem hunc non fieri; & hoc ob eam rationem, quòd non cogit, qui conſilium dat, ut quis ſuum conſilium ſequatur, ut habetur in c. fin. 14. q. 1. & capi. cum olim. de arb. & notat Gl. in ca. nullus ex conſilio. de reg. iur. libr. 6. & Dec. in l. cõſilii. ff. eo

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet eum irregularem fieri, qui alteri conſuluit, ut quempiam occideret, uel mutilaret, cùm aliàs id facturus non eſſet. Id quod probatur primò per capitu. 2. de cler. pugn. in duc. nam ibi dicitur: Homicidium autem tam facto, quàm pręcepto, ſiue conſilio, aut defenſione non eſt dubium perpetrari. Hęc ibi. Si homicidium ergo perpetratur & conſilio, qui conſilium dat, irregularis fit; nam, qui facto, aut præcepto homicidium committunt, irregulares fiunt. Idem habetur in capitu. ſicut dignum. §. clericos. de homicid. nam ibi dicitur clericos deponendos eſſe, qui conſilium dederunt, ut ſanctus uir caperetur, unde occiſus eſt; ſi ergo deponendi ſunt, ergo ad ordines admitti non debent; facilius enim permittuntur eſſe, quæ iam facta ſunt, quàm ut denuò fiant. argum. l. patre furioſo. ff. de iis, qui ſunt ſui, uel alien. iur. c. quemadmodum. de iureiur. Facit quoq. §. qui uerò. eod. ubi dicitur eos, qui animum Regis prouocarunt ſuis ſuggeſtionibus, ſcilicet, cùm aliàs id facturus nõ eſſet, ad illud homicidium, puniendos eſſe, ut qui occiderũt; at, qui occiderunt, irregulares ſunt, ergo & hi, qui conſilium dederunt. Facit etiam ca. ſi quis uiduam. d. 50. Poſtremò. ita DD. inquiunt, ſcilicet irregularem eum eſſe, qui ſuo conſilio operatus eſt, ut quis homicidium faceret, cùm aliàs facturus id non eſſet; ſic enim inquit Abba. in capitu. ex literis. nume. 5. uerſicu. Ex his infertur. de exceſſ. prælat. ubi ait ſi clericus interrogatus dicat, pro tali caſu debetur mors, eſto caſus pendeat, irregularem non fieri, ſi iudex omnino erat diſpoſitus ad illud decapitãdum, & hoc ob id, quoniam non ex ſuo conſilio id fit, ergo ſecus, ubi ex ſuo conſilio. Idem Felin. in cita. capitu. ſicut dignum. num. 8. uerſicu. Secunda concluſio; nam ait ibi ſi ſequatur homicidium ex cõſilio clerici irregularem eũ eſſe; ergo aliàs non erat facturus, ſi ex conſilio ſequitur homicidium: idem inquit in capit. 1. num 8. uerſicu. Vtrum autem conſilii ratione. De communi quoque ſententia teſtatur Cou. in Clem. unic. 2. p. §. 1. in principio. & in uerſi. Eſt igitur in hoc tractatu obſeruand. de homicid. & Mar. Socin. Sen. in capi. ad audientiam. q. 78. num. 316. iunct. num. 337. uerſic. Vnum diſtinguamus circa conſilium. de homic. Non eſt igitur quod hac de re dubitemus; etenim ipſe cauſa eſt primaria homicidii, qui ei illud ſuaſit, qui aliàs id facturus non erat. Non obſtat modò ratio contraria; etſi enim conſilium non cogit ad faciendum id, quod conſulitur, ex quo tamen in delictis datur, obligatus remanet ipſum conſilium dans, ut habetur in l. 1. §. perſuadere. ff. de ſeruo corrupt. cum ſimil. cita. à Couar. in eo. §. in principio. Pręterea eſto cõſilium nõ cogat, mouet tamen ad homicidiũ, & idcirco eius cauſa eſt, & ob id fit irregularis. A propoſita ſententia igitur non diſcedemus.

Quę concluſio locum habet, eſto poſt multum temporis is, cui conſilium datum eſt, homicidium commiſſerit; nam nihilominus irregularis efficitur, qui conſilium dedit, ut dixit Innocen. in cit. cap. ad audientiam. uerſ. Item non intereſt. de homicid. & ſequitur Abb. ibi. in fine & Mar. Socin. Sen. quęſt. 78. nume. 316. & Bart. in l. non ſolum. §. si mandato meo. nu. 12. uerſ. Quæro mandaui tibi. ff. de iniur. & Ic.

Tabien.

Tabi.in verb.Irregularitas.2.q.13.& Naua.in Man.c.27.nu.233.Idq; merito; eſto.n.tardius homicidium fiat, adhuc tamen eius cauſa ipſe eſt.idem de mandante dixit Maiol.de irregu. lib.5.c.48.§.2.nu.2.uerſ. Amplia tertio.

Itē locū hēt propoſita cōcluſio nō ſolū, ubi quis homicidiū, mutilationēve immediatè cōſuluit,uerū ēt & id,unde ſæpiùs homicidiū ſeq ſolet,ut dixit Inn.in cit.c.ad audiētiā, ibi. Sed & qui nō cōſuluit homicidiū,ſed conſuluit id, unde ſequitur homicidiū; etſi .n. cā proxima nō eſt,ſed paululū remota, tñ in delictis id nō inſpic:t.& in re illicita, ut tradidit Speculator de Irregularitate.n.39.ibi.In talib.n. ita punitur,qui remotā cām homicidio præbet, ſicut qui propinquā,& Naua.in Man.c.27.nu.216. uerſ. Tertiò urget,& antea ſuo loco id declarauimus.

3 Quare†qui iactum machinę,uel baliſtæ,vel bōbardæ in locū ſuaſit,ubi hoies ſunt,q̄obrem facilè contingere pōt mors,vel mutilatio,irregularis hic fiet,ſi mors, mutilatiove ſequatur, ut inqt Inn.in eo.c.ad audiētiā.nu.8.& ſeqtur Feli.in cit.c.ſicut dignū.n.8.uerſ.Scd̄a concluſio,& in c.pen.n.8.uerſ. Verū aūt rōne conſilii, ibi Amplia etiam nedum in homicidio. eo.& Soc.in cit.c.ad audientiam. quæſtio. 79. numero 219.

4 Verū quid†ſi conſuluit,ut ꝑ proditionē, & furtim arcē qs aggrediatur, an irregularis fiet, ſi mors interueniat? Nōnulli,ut refert Inno.in c.ad audientiā.de homi.ſic diſtinguebāt. Aut ueriſimile eſt id fieri non poſſe ſine hominum mutilatione,uel morte;& in hoc caſu, qui cōſiliū dedit,ſi mors cuiuſpiā ſequatur, irregularē fore ſentiūt. Aut ueriſimile eſt mortē nō interuenturā,& tūc ſecus;nā dediſſe cām morti ipſe nō uī,ſed caſu,quāobrē quis irregularis nō efficitur.Hāc opinionē nō ſequitur Inn.& rectè; nā,ubi rei illicitæ qs operā dat, quicquid inde euenit,cōſulēti tribuitur.arg.c.Ioānes, & c.fi. de homic.à cōtrario ſenſu.Quare alia rōne diſtinguit,& diſtinctio uerissima eſt; nā ſic inqt. Aut quis conſulit id in caſu licito, ut in bello iuſto,& tūc,eſto mors ſequatur,irregularis hic nō fiet,mō directò in mortē alicuius cōſilium nō dederit,& pro hac ſnīa facit c.pe.de homi. Aut id cōſulit in caſu illicito,& tūc ſecus;irregularis.n.tunc fit,ex quo illicitę rei operā dat. Hāc opinionem ſequitur Inn.& Soc.& Feli.in allegat.locis.Hāc ego quoq. uti ueriſſimam ſequor,nā licita ſuadere poſſunt, eſto contingat quid aduerſi cōtingere;id.n.nō natura rei,nec cōſilio,ſed caſu cōtingit,& iō culpę loco nobis nō tribuitur,ut hr̄ in c.dilectus.cū trib. ſeq.de hom.at in ſcd̄o caſu,qñ rē illicitā ſuaſit,ſemꝑ in culpa eſt,& iō fit irregularis,eſto id nō intēderit,immò uel prohibuiſſet.arg.ca.fin.de homicid.lib.6.In hanc quæſtione igitur ſic concludendum cenſeo.

Qui itidē† dolo ſuaſit cuipiā,ut per quædā loca trāſiret,ubi in inſidiis ſui inimici aderāt, irregularis fit,ſi illac trāſiens interfectus ſit,uel mutilatus;idem,qui ſuaſit cuipiā,ut per pontē tranſiret,quem ruiturum pro certo ſciebat,uel per flumen,q̄ pedib.tranari nō pōt,ubi mors ipſius interuenit;quod fortaſſe locum non habet, ubi per ea loca tranſire omnino deliberauerat, qui conſilium accepit ob dicta in ſuperioribus.

Secus etiam,ubi bona fide,& nō dolo malo, vt pote,quia ignorabat ſuos hoſtes in inſidiis, uel pontē nō ruiturum,uel flumen tranari poſſe;nā per ſe licita res eſt ſuaſio hæc,& non dolo malo facta. Quare irregularē eū factū nō eſſe dixit Specul.in tit.de Irregul.nu.40.uer.Sed ſi aliquis alicui conſuluit, ut proiiciat ſe in mare,& ſequitur eū Soc.in cita.c.ad audientiam. nu.335.q.92.& Maiol.de Irreg.li.5.ca.48.§.2. nu.9.uer.eadē rōne,qui,cum ruſticus quidam aſino inſidens flumen tranſire uellet,& in medio flumine poſitus nollet aſinus ulterius, uel retrò ire,conſuluit,ex quo aqua augebatur, ut de aſino deſcēderet,ne periret,exiſtimās uериſimiliter mortē euadere pedib.poſſe,qui tamē poſtquā deſcendit,ſubmerſus eſt; etenim,quæ ad bonū finē fiūt,ubi mala non ſunt, tribui culpæ loco non debent,ut habetur in c.de occidēdis.23.q.5.In his igitur caſibus irregularis qs non efficitur.

6 Qui ēt cōſuluit†rē illicitam,ut pote furtum clandeſtinū,uel rapinā, irregularis efficitur,ſi ob id mors,mutilatiove ſequatur, ut dixit Speculator,quē refert,ac ſequitur Fel.in c.ſicut dignū.n.8.uerſ.ſcd̄a concluſio ſi ex conſilio, ibi. Et idem ſi conſuluit rem illicitā,& in c.1. n.8. uerſ.Verū aūt rōne conſilii.uerſ.Scd̄ò amplia, de off.deleg.eſto.n.ueriſimile ſit ea inde non ſecutura,q̄ tñ rē illicitā conſuluit, ob eā rē irregularis efficitur,ut allegati DD.inquiunt.

7 Item†ſi quis conſuleret dicendo utile fore, ſi talis occideretur,uel ſi diceret, multa mala hic faciet ſi uiuet,ita Feli.in eiſdem locis.

8 Multo magis irregularis eſt,†qui ſuaſit cuipiā,ut ſe in mare proiiciat, uel pręcipitem det per feneſtram,uel alias ſe occidat, ut dixit Innocen.in eod.cap.ad audientiam.num.4.uerſ. Si autem aliquis conſuleret alicui, & ſequitur Socin.ibid.q.92.num.334.

9 Idem de eo ſentimus,† qui dixit, ac retulit iniurias illatas in aliquem, quamobrē iniuria affectus occidit,abſciditve membrum ei, qui iniuriam intulit;rei illicitæ enim operā dedit, & id euenire poſſe cogitare debebat.

Idem de eo,qui ſuaſit, ut iret ad uxorem alicuius, quamobrem à marito repertus occiſus eſt.

Idem de eo,qui ſuaſit cuipiam,qui ad hoc tenebatur,ne ſubueniret fame pereunti. Idem de eo,qui uerbis aſperis ęgrotū irritauit, quāobrem celerius mortuus eſt.

Idem de eo, qui ſuadet alteri ad aſcendendam feneſtram,uel arborem, quò quid furetur,& è feneſtra,arboreve cadit,& moritur,cui id ſuaſerat.

Idem de eo,qui ſuadet mulieri,ut ad ſe per

tecta veniat,uel per feneſtram, quò eius copula utatur,ſi mulier cadendo moriatur.

Idem ſi ut flumen periculoſum tranſiret,& ob id obruatur,quod Leandro contigit.Idem de eo,qui ſuis amicis inqt,uolo inferamus me tum Titio fingendo eũ occidere uelle; nam ſi Titius ſeriò id fieri exiſtimans,aliquem ſociũ eius,qui hoc conſilium dedit,occidat,irregularis conſiliarius ille fit.

10 Verùm†quid ſi is,qui conſilia hæc dat, quò is,qui conſilium accepit, liberet ſe à morte,vt pote quia eũ ſequuntur ſui inimici, & non põt eorũ manus euadere,an irregularis fiet,ex quo non dolo malo id ſuadet,ſed ut uideat,ſi poſſit eũ à morte liberare? Ego ſentio ſi veriſimile eſt ea rõne mortẽ non euaſurum,quia.ſ.in medio mari eſt,uel feneſtra altior,hunc irregularẽ fieri,ex quo illicitum ſuadet; & culpa non caret; hoc.n.conſilium non mortẽ, ſed genus mortis mutat;ſecus aũt ſi propè litus eſſet, & qui cõſilium accipit natare ſciret, uel feneſtra minus altior eſſet;in hoc.n.caſu,ſi mors contingat,irregularem hunc non fieri cenſeo; dat.n. operã rei licitæ,& in qua non ueriſimilis mors eſt ꝓpoſita:non ſic aũt in ſuperiori caſu,ubi põt facilimè credere conſilium accipientem moriturũ,uel ſaltẽ dubitare,unde ſicut medicus dubitãs,an medicina ꝓfutura ſit nec ne,irregularis fit,ſi ægrotus moriatur,ea tributa,ita & hic.

11 Quid itidem†ſi concionator publicè in cõcione mortem contemnendam eſſe ſuaderet, & non metuẽdã,ex quo per ipſam tot miſeriis liberamur,& ad Deũ proficiſcimur,an,ſi ruſticus huius concionatoris uerbis ductus ſe interimat,concionator irregularis erit? Hoc.n.contigiſſe legimus apud Marcum Ciceronẽ in qõnibus Tuſculanis de morte contemnenda: cũ .n.Philoſophus quidã mortẽ contẽnendã pluribus rõnib.probaſſet,felicitatemq. alterius uitæ ipſis propoſuiſſet,miſeri illi diſcipuli ſe plures interfecerunt. Planè ſi hoc aĩo id ſuaderet, ut ſe quis interimeret,irregularis eſſet. Si uerò id fieret,quò,ubi mors aduenit,eã ęquo aĩo tolerarent,ꝙ opera rei licitæ datur (id quod in concionatorib.Chriſtianis exiſtimandũ eſt)irregularis nõ fiet;abſit.n.ut ea, quæ ꝓp bonũ ſinẽ ac licitum facimus,aut habemus, ſi quid ꝑ ſe præter nr̃am uolũtatẽ cuipiã mali acciderit, nobis imputẽtur,ut dixit S.Aug. relat.in c.de occidendis.23.q.5.Quare pater,qui filio interminatus eſt ſe uelle eũ uerberare, irregularis non fit,ſi filius timens patris pia uerbera præcipitio pereat,ut dr̃ in c.cũ hõ.23.q.5.quãuis ſecus ſit,ſi pater nouiſſet filium tanto timore affici,ut ſibi mortem conſciſſeret.

12 At quid†ſi confeſſarius reo in carcerẽ cõiecto ſuadeat,ut delictum cõfiteatur, unde ob eã confeſſionẽ morte afficitur,an confeſſarius irregularis fiet? Quoad hanc qõnẽ ego ſic diſtinguẽdum cẽſeo. Aut reus ad ſuũ delictũ fatẽdũ tenetur:id ꝙ contigit,ubi delictũ ſemiplenè ꝓbatũ eſt corã iudice competente,& de hoc certior ipſe factus eſt,ut inquiunt DD.& Nau.in Man.c.& in hoc caſu irregularis non fit. Tũ ꝙ ſe hẽt ſicut is,qui cõmittit cãm criminalẽ cuipiã,ut eã cognoſcat,& iuſtitiã faciat, quo caſu irregularis nõ fit,ſi mors deinceps ſequatur.c.ſi.ne cler.uel mon.li.6.ergo neque hic;eſto.n. ſuadeat,ut delictũ confiteatur,nõ tñ ſpeciatim id ſuadet,quò morti ſe obiiciat,ſed ut ſacramẽtũ pœnitẽtiæ valeat. Tum ꝙ ſi cõtrariũ diceremus,pęnitẽtię ſacramẽtũ quis adminiſtrare ob irregularitatis periculũ ei nollet,unde cõtingere poſſet,ut reus ſine pnĩa remaneret,quod ab Eccleſiæ pietate alieniſſimũ eſt,& ob id nõ dicendũ;etenim neq̃ unq̃ auditum eſt quempiã in hoc caſu,qui hmõi reos audiuit in pœnitentię foro,diſpenſationem ab irregularitate contractã petiiſſe. Aut nõ eſt delictũ ſemiplenè ꝓbatum,nec apud cõpetentẽ iudicẽ, nec de hoc ipſe edoctus, & in hoc caſu confeſſariũ irregularẽ fieri cenſeo,ſi ſuadeat,ut delictũ confiteatur,qñquidẽ rẽ illicitã ſuadet;non.n.in hoc caſu reus ad id obligatus eſt,ut DD. cõcludunt, & idcirco tanquã rei illicitę operã dederit,irregularitatẽ nõ effugit,quamuis non hoc animo ſuaſerit,quò mors interueniret;quod.n.cogitare poterat id euenturum eſſe, ob eam rem culpa ei tribuitur.arg.c.ſi.de homicid.li.6. In hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſeo; iã ad tertiam propoſitam tranſeamus.

SVMMA.

1 *Conſilium dans alicui ad homicidium,mutilationẽ ve faciendam,ubi aliàs is,cui conſilium datur,ea eſſet facturus,an irregularis ſit,et an præſumatur nec ne facturus.*

2 *Mãdato in ipſo,ideſt in mandato,non diſtinguitur, an mandatarius aliàs eſſet facturus nec ne,quoad irregularitatem.*

§. I.

1 †Tertia qõ eſt,an irregularis fiat, qui cõſiliũ homicidij,mutilationiſue ei dedit,qui aliàs ea eſſet facturus. Et uidebatur dicẽdũ hunc irregularẽ fieri. Primò, qm̃ mortiferè peccat,ex quo rẽ illicitã conſulit. Deinde,qm̃ magis,magiſq.cõfirmat animũ eius,qui fortaſſe dubitabat,an id faceret,nec ne,uel ſaltẽ animum addit. Poſtremò, quoniam celerius fortaſſe hæc exequetur.

Atqui cõtrariã opinionẽ DD.cõiter ſequũtur,ut.ſ.hic irregularis non fiat. Abb. in c.ex literis.n.5.uer.ſecus dic.de exceſſ.pla.& Feli. in c.1.n.8.uer.Vtrũ aũt,ibi,limita niſi ille,cui clericus,cõſuluit eſſet aliàs facturus.de off.dele.& in c.ſicut dignũ.n.8.uer.Secũda concluſio,ibi fallit ſcđõ;nã ibi ait irregularẽ nõ fieri clericũ, q cõſuluit homicidiũ ei,qui aliàs eſſet oĩno homicidiũ facturus,ita Mar.Soci.Sen.in c.ad audientiam.q.78.num.316.ibi.Dicit tamen. de homicid.& Couar.in Clem.unic. p.2.§.2.nu.1.uer.Eſt igitur in hoc tractatu,ibi,Quod ſi qs conſilium dederit.de homic.Et ratione id probatur,quoniam communiter DD. concludũt, ut teſtatur Dec.in l.conſilij.nu.4.ff.de reg.iur.& Couar.eo.§. 2.in principio, non teneri eum de conſilio,qui illud ei dedit de delicto, quod

alias

alias eſſet facturus.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut is, cui conſilium de homicidio datũ eſt, deliberauerat omnino illud committere,& ex conſilio ipſi dato, nec dubitatio ulla eſt ei adempta,nec timor, nec mora, q̃a nec timebat,nec morari uolebat; & in hoc caſu communem opinionem ueriſſimam cenſeo,ut ſcilicet hic irregularis non fiat. Idq; meritò,primùm,quoniã homicidiũ,ac mutilatio ex ſuo conſilio non ſequitur; id quod requiritur,ut ex conſilio quis irregularis fiat. Poſtremò,quoniam hic ſe habet,ſicut is,qui conatus eſt quempiam interficere,uel mutilare,ſed nõ potuit,qui ob id irregularis factus nõ eſt. arg. c.pen.de homic.& ut id antea nos ſuo loco ꝓbauimus; ergo neque hic, qui conſilium dedit irregularis fiet,ex quo per ſuum conſilium homicidium ſecutum non eſt,eſto id conatus ſit, atque ſic ſenſit Abb.in eod.c.ex literis,ubi ait, qui conſilium dedit ad mortem,irregularẽ nõ fieri,ubi ex eo homicidium ſecutum nõ eſt,vtpote,quia,ut ait ibi,omnino iudex erat diſpoſitus ad illum decapitandum, dictio enim illa Omnino,ſignificat per conſilium nihil ei adiectum,neque animum eius mutatum: idem ſenſit Feli.in cit.c.ſicut dignum.nu.8.uerſ.Secunda concluſio,ibi,fallit ſecundò,ubi ait irregularem non fieri clericum,ſi recipiens cõſilium à clerico eſſet omninò aliàs homicidium facturus.Ecce ipſe quoque ob dictionem illam omnino,ſentit irregularem tunc non fieri,qui conſilium dedit,ubi nihil operatum eſt in eo,qui illud recepit.

Aut is,cui conſilium datum eſt,animũ prõptiorem habuit,accelerare mortem curauit, timorem,dubitationemve abiecit,& ad ſummã rationem quapiam conſilium profecit; & in hoc caſu irregularem hunc fore cenſeo; nam adiuuat ipſum homicidam, ex quo dubitationem, timoremque leuat,& mortem accelerat, quo caſu irregularis quis fit,ut antea probauimus, & facit c.ſicut dignum.§.illi etiam, & §.qui verò,& §.fin.atque ſic ſenſit Couar.ibid. in uerſ. Eſt igitur;nam ait ibi, quod ſi quis conſilium dederit alicui facturo,ita tamen, ut ex iniquo ſit factus deterior,tunc fortaſſe hunc irregularem eſſe propter homicidium inde ſecutũ.Senſit igitur hoc Couar. &ſi dubius; & dubitatio eius per prædicta facilè tollitur. Idem ſenſit Dec.in cit.l.conſilii.n.5.uerſ.Non obſtat tex. nam poſtquam dixit non obligari quem ex cõſilio,ubi aliàs eſſet facturus is, qui conſiliũ accepit;ſecus,inquit,accideret in conſilio,quod augeret malitiã,licet aliàs eſſet facturus. Quotieſcunque igitur per conſilium aliquod adiectum eſt,irregularis quis fit, qui conſilium dedit,eſto is,qui illud accepit,aliàs id eſſet facturus.In hac igitur quęſtione ſic concludendum cenſeo.

Verùm an is,qui conſilium accepit,pręſumatur ſeu exiſtimetur aliàs fuiſſe facturus? Communiter cõcluditur re dubia id non pręſumi, nec exiſtimari,ſic.n.dixit Dec.in l. conſilii. n. 9.ff.de reg.iur.nam ait in dubio pręſumi motum eſſe ex conſilio,& non fuiſſe aliàs facturũ, & Felin.in c.1.nu.10.uerſ. Vtrum autem pręſumatur in dubio.de off. deleg. & in c.ſicut dignum.nu.9.uerſ.Tertia concluſio,& Couar.in Clem.unic.p.2.§.2.nu.1.uerſ.Sed ſi quis conſilium dederit,ibi.In eo uero dubio,vbi alios q̃ plures idem ſentientes refert,de homici.Cõis deniq.DD.ſententia hęc eſt,ut dixi.Idq.meritò,nã in dubio delictum cõmmittere quis uelle non præſumitur.argu.l.merito.ff.pro ſoc.& c.1.de ſcrutin.

Si tamen contrarium probetur,uel ex cõiecturis,præſumptio ceſſabit, utpote ſi probetur eum,cui conſilium datum eſt, ante conſilium paraſſe,quæ ad homicidium faciendum pertinent,iux.Gl.in l.apud Celſum in uer.Cauſa. ff. de dol.except.uel ſi ante cõſiliũ occiſo mortẽ minatus eſſet,& ipſe minas exequi cõſueuiſſet, atq.ſic inquiunt Felin. ac DD.in alleg. locis.

2 Hæc autem diſtinctio,†an,qui conſilium habuit,eſſet aliàs homicidium commiſſurus necne,in mandato locum non habet:nã,eſto mandatarius aliàs id eſſet facturus, tamen mandãs irregularis efficitur,quoniam ex mandato ſuo facit,& mandantis gratia atque ſic dixit Cou. ibid.& Bar.in cit.§.ſi mandato,quem communiter recept.teſtatur Iaſ.in l. 1.nu.22.uerſ. Nõ omitto tamen tres,ibi,ſed tu aduerte.C.de ſerui.fugit. Atqui ad quartam quæſtionem iam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Abortus quid ſit.*

2 *Conſulens mulieri pręgnanti abortum,an irregularis fiat.*

3 *Abortum conſulens an irregularis fiat, ſi dubitetur,an animatus ſit.*

§. II.

Quarta quæſtio eſt, an, qui cõſulit mortẽ eius,qui nondum natus eſt,ideſt pręgnanti mulieri abortũ,an irregularis fiat,ſi abortus ſequatur;quam q̃onem ut dilucidiorem habeamus pręmittendum prius eſt quid abor-
1 tus ſit†Abortus igitur eſt fętus,ſiue partus,qui ante tempus debitũ eiicitur, uel animatus ſit, uel non animatus.

2 Hoc præmiſſo quoad q̃onem pertinet†ſic diſtinguẽdũ eſt.Aut quæritur,an hic peccet,& in hoc caſu pro certo habendũ eſt ipſum mortiferè peccare,ut qui in re graui offendat,ut per ſe patet.

Aut quæritur,an irregularis fiat,& in hoc caſu rurſus ſic diſtinguendum eſt. Aut fœtus eſt animatus(quod fit in maſculo poſt quadraginta dies, in fœmina poſt octuaginta, ut dixit Gloſſ.in principio.di.5.& ſequitur Abb.in c.ſi aliquis.de homicid.& Couarr. in Clem.unic. 2.p.§.3.nu.1.uer.Fœtus autem dicitur animatus,vbi & opinionem hanc communiter recept.teſtatur,& ſi dubitetur an maſculus,fœmi-

nave ſit,poſt dies 50.ut dixit Nauar.in conſi. 46.num.2.de hom.lib.5.qui & ſacram Pœnitẽtiariam ita tenere ait. Aut inquam fœtus eſt animatus; & in hoc caſu pro certo habendum eſt hunc irregularem fieri,ubi abortus ſecutus eſt; nam ſuo conſilio hominis mors interuenit,ut in facto proponitur, & ſic homicidium; at,qui ſuo conſilio mortis cauſam dat,irregularis efficitur.c.ſi quis uiduam.d.50.& c. ſententiam.ne cler.ſecul.neg.ſe immiſc.ergo iure irregularis hic efficitur. Poſtremò id habetur in c.ſicut ex literarum.de homici. ubi in eo,qui abortus cauſam dederat etiam non dolo malo,ſed ludi gratia Romanus Pō.ſic diſtinguit, ut ſi fœtus conceptus uiuificatus erat, ab altaris officio ſe abſtineat qui ei cauſam dedit ludendo;ſecus autem ſi nō erat uiuificatus,ut ibi habetur. Quare ſi ſalus prægnantis periclitetur,niſi abortio fiat,tamen id procurari nō debet,ubi fœtus animatus eſt,uel dubitatur, an ſit animatus;nam & grauiſſimè peccatur,& irregularitas contrahitur,ita ſenſit Coua. eod.§. 3.num. 1.in fine contra quoſdam.

Aut non eſt animatus,ſeu uiuificatus,& tūc irregularem hunc non fieri aſſerendum eſt, ut habetur in cit.c.ſicut ex literarum. Idque meritò,nam irregularitas non contrahitur,niſi hominem quis interficiat,aut mutilet,ut alibi ſupra probauimus,& Gloſſ.ac DD.tradunt in c. ſi aliquis.de homicid.at,qui conceptum nondum animatum interficit,uel cauſam dedit,ut interficeretur, homicidium non commiſſit, quippe qui hominem non interficiat, ex quo conceptus ille anima caret,ſine qua homo eſſe nō poteſt,ut dicitur in c.in quadam. de celeb. miſſ.& in c.cùm Chriſtum de hæret.ergo irregularis hic non efficitur.Nec repugnat cit.c.ſi aliquis,ubi dicitur,ut homicidam eum teneri, qui aliquid fecerit, uel ad potandum dederit mulieri,uel homini,ut nō poſſit generare, aut concipere,uel naſci ſoboles;nam,ut homicida tenetur habito reſpectu ad pœnam legalem.l. ſi quis aliquid.2.§.qui abortionis.ff.de pœ.nō autem quoad irregularitatem,ut dixit Gl. ibi, & ſequuntur DD.communiter,& Couar.eod. uerſ.Non oberit.Accedit cit.c.ſicut ex literarum,quod dubitationem omnem tollit, ut ſuprà uidimus,ex qua diſtinctio hæc elicitur, & apertiſſimè probatur,& DD.communiter ſequuntur Abb.Feli.ac Soci. in c. ad audientiā. q.94.n.336.de homic. qui & de communi ſententia teſtatur. Nec nos ab hac diſcedimus. Quare opinio Maiol.reiicienda eſt, qui tenuit irregularem hunc eſſe, quamuis fœtus nōdum animatus occiſus ſit in lib. 5.de Irregula.c.48. §.2.nu.4.nulla enim ratione nititur.

3 At quid † ſi dubitetur,an fœtus animatus ſit, an qui abortui cauſam dedit, pro irregulari ſe habebit? In hoc idem cōcludimus,quod antea concluſimus c.4.§.1.nu.3. Quæ igitur huc pertinent,illinc ſummantur. Et de quæſtione hac ſatis,ad alteram tranſeamus.

SVMMA.

1 *Conſilium dans,ſeu ſuadens mulieri prægnanti, ut abortum curet,quò ſe à morte liberet, ubi nulla ratione alia eam uitare poteſt,an irregularis fiat, ſi abortus ſequatur.*

2 *Suadens alicui,ut ſuum aggreſſorem occidat,an irregularis fiat.*

§. III.

1 †Quinta quæſtio eſt,an,ſi immineat mors mulieri prægnanti,& nulla ratione alia ei ſubueniri poſſit, niſi abortionē faciat, an irregularis fiat, qui id ei cōſuluit,uel ſuaſit. In hac qōne duæ DD. ſniæ ſunt,quarū alterā ſequitur Mar.Soci.Sen.in c.ad audiētiā.q.94.n. 336. de ho. qui ſimpliciter inquit medicum, qui id ſuaſit,uel,ut fieret,curauit,nō teneri, idque multis rationibus,& hac potiſſimum,quoniam ex quo & fœtui,& matri mors impēdet, de duobus malis minus eligendum eſt,ut ſcilicet unus tantùm moriatur,& ſic fętus. Hæc tū ratio mihi non ſatisfacit; tum quod de duob. malis regula locum habet, ubi minus eligēdo in altero non offenditur,ut DD.inquiūt;at hic mortiferè offenditur, & ſi fœtus animatus ſit, homicidium committitur, tum quòd ſi id detur,malum ſit,ut bonū inde eueniat;at nō ſunt facienda mala,ut bona eueniant,quod hic cōtingeret.c.denique.14.q.5.

Quare altera fuit opinio Io.à Neapoli,& Archiep Flor.quos refert, ac ſequitur Couarr.in Clem.unic.2.p.§.3.nu.1.uerſ. Hinc eſt omnino,qui ſic diſtinguūt.Aut fœtus animatus eſt, & tunc nec per potationes, nec per aliud remedium abortio,ut fiat,curare quis debet,& hoc ob id,quòd nunquàm innocentem interficere licet,ut tradidit S.Thom.2.2.q.64.

Aut pro certo ſcitur, exiſtimaturue eū nō eſſe animatum;& in hoc caſu licere abortionem concludunt;Et hoc ob hanc rōnem,ut,quæ eſt animata,ideſt mater,uiuat, fętus aūt perfectio impediatur.Hanc diſtinctionem ego ēt quoad irregularitatē ſequor;nā, ſi irregularis quis nō efficitur,ubi dolo quis abortum curat,quando fętus non eſt animatus,ut ſupra uidimus,& habetur in c.ſicut ex literarum.de homici.multò minus irregularis hic fiet, q pietate ductus id ſuadet. Opinionem igitur hāc uti ueriſſimam in utroque caſu ſequor, etiam quoad peccatū, ut dixit quoq.Syl.in uerb.Medicus.q.4.uer.2. At quid ſi dubitetur,an fętus animatus ſit nec ne,an irregularis fiet id ſuadēs? Planè,ſi ea dubitatio remanet,pro irregulari ſe habebit arg. c.ad audientiā.de hom.& c.ſignificaſti.2.eod.

2 Quid itidem † ſi quis ſuadeat cuipiam,ut aggreſſorem ſuum interficiat,uel mutilet,ex quo uidet eius manus aliter eum euadere non poſſe,an ſi deinceps mors ſequatur,uel mutilatio, irregularis fiet,qui illud conſilium dedit? Breuiter concludendum eſt eum , qui ſuum aggreſſorem interfecit,irregularem quidem nō fieri,ubi ratione alia mortem euadere non po

terat,

terat,ut habetur in Clem.unic.de homicid.at, qui id ſuaſit irregularitatem non effugiet;ſubuenitur enim per cit.Clem.un.ei,qui ſuum aggreſſorem tantùm interficit,non autem alteri, ut ait Gloſſ.ibi,quam DD.communiter ſequũtur:ſed iam ſextam quæſtionẽ aggrediamur.

SVMMA.

1 *Conſulens, ſeu ſuadens cuipiam volenti liberare quem à morte,ne id faciat, an irregularis conſulens ſit.*

§. IV.

1 S†Sexta quæſtio eſt, an irregularis fiat is, qui uolenti quem à morte liberare conſulit,ac ſuadet,ne id faciat.Specul.in tit.de Irregular.num.48.uer.Quid ſi cùm uelles hominem liberare,inquit,irregularem eũ eſſe, ſi te volentem hominem iniuſtè à morte liberare ab hoc reuocat,eũdem ſequitur Mar.Soc.Sen. in c.ad audientiam.num.324.q.84. & hoc ob eam rationem,quoniam indirectè homicidiũ hic committit,quod ad irregularitatem ſat eſſe ſentiunt.ca.ſi quis uiduam.d.50.& c.periculosè.de pœnit. d. 1. ubi habetur homicidium non ſolùm committi,ubi manibus hominem quis occidit, uerùm etiam & ubi conſilio, & fraude. Hæc opinio ſimpliciter ſic poſita uera non eſt,ut uidebimus.

Ego igitur ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quis ſuadet ei,qui poteſt, & debet defendere ab iniuſta morte ; & in hoc caſu irregularem hunc fieri cenſeo;nam & is,qui defenſionẽ huius prętermiſſit,irregularis fit;ſicut etiam medicus,ad quem ægroti cura pertinet,ſi eius incuria moriatur, ut DD. communiter concludunt.Quare,quod ad iudices pertinet defenſio ſuorum ſubditorum,ſi quis eis ſuadeat, ne à morte iniuſta ſuorum quempiam liberent, ut pote à prędonibus, irregularis fiet, qui id conſilium dedit,nec non ipſi, qui conſiliũ hoc acceperunt.

Aut ſuaſit ei,qui nec potuit,nec debuit iure iuſtitiæ ſpecialis, & tunc neuter irregularis erit,ex quo iuſtitia ſpeciali ad id non obligabatur.

Aut ſuaſit ei,qui potuit defendere , ſed ex officio ad id non tenebatur ; & hic etiam irregularis neuter fiet ob rationem proxime dictam, quamuis in omnibus his caſibus conſilium dans peccet.argum.cit.c.periculosè.Qui autem ſint ii,ad quos aliorum defenſio ſpectet infra id explicabimus, ubi de irregularitate, quę oritur ex omiſſione,agemus.

Quę diximus autem de ſuadẽte ei, qui uult quẽpiam à morte iniuſta liberare , ne liberet, multo magis locum habent in ſuadente ne liberetur quis à iuſta morte;in nullo enim ex dictis caſibus irregularis hic fiet.Et præſertim, ſi quis ſuaderet ei,qui per uim uolebat è iudicis manibus reum liberare. Quare mea ſententia irregularis factus non eſſet is, qui ſuaſiſſet ei, ne quendam ſuorum è morte liberaret magna pecunia ſoluta,ne eius familia inops redderetur,ex quo iuſtè ad mortem damnatus erat.Sed de quæſtione hac ſatis; ad alteram ueniamus.

SVMMA.

1 *Conſulens cuipiam,vt pro Chriſti fide tuenda martyrium ſubeat,an irregularis fiat.*

2 *Conſulens cuipiam,ut pro patria moriatur,an irregularis fiat.*

§. V.

1 S†Septima quęſtio eſt an ſi quis cuipiam conſulat,ut pro Chriſti fide tuenda martyrium ſubeat,irregularis efficiatur. Inn. in ca.ad audientiam.nu.6.uerſ.ſi autem ſuaderet aliquis.de homic.inquit hunc ſic conſulentem irregularem non fieri;nam ait ſi quis cõſulat cuipiã, quòd ſe exponat indubitatę morti pro honore Chriſti,uel ꝑ fide,uel pro ſtatu Eccleſiæ,irregularem non fieri,ẽt ſi ſequatᷓ mors, & hoc ob hanc rationem,quòd Chriſtus mortem pro nobis ſubiit,& ſancti martyres pro Eccleſia ſanguinem ſuum fuderũt. Hæc Inn. quẽ ſequitur Abb.ibi.nu.5.uerſ.Et hoc intellige,& Mar.Soc.Sen.q.90.nu. 331.& Feli.nu. 8.uerſ. Secunda concluſio,& Cou.qui & alios quoſdã idem ſentientes refert in Clem.unic. 2.pa.§.5. nu.6.uerſ. Nec quicquam ad hanc rem pertinet.Communis denique DD. ſentẽtia hæc eſt. Quæ tamẽ ratione ab Inn. allata probari mihi non uidetur;nam &,qui ligna ad hæreticũ cõburẽdum deferunt,irregulares fiunt, & tamen propter zelum fidei id faciunt.

Quid igitur concludendum? Ego pro certo primũ pono irregularem eum fieri, qui conſuluit cuipiã,ut ſe ꝓpter Chriſti fidẽ interficiat; hic.n.directè ad mortẽ conſulit, & ut dixit Couar.ibid.irregularis efficitur.Secundò præmitto eum,qui propter zelum fidei ſuadet,ut eius aduerſarios,quis occidat,nec hunc irregularitatem euaſurũ,ſicut nec qui in bello iuſto hortatur ad interficiendum; eſto enim mereãtur, tamen irregularitatem non effugiunt.

His pręmiſſis,reſtat,ut uideamus,quid dicẽdũ ſit ubi quis hortatur ſolũ quẽpiã, ut Chriſti fidem conſtanter tueatur, pro eaque tuẽda quoduis tormentorum genus, immò & mortẽ patiatur,an irregularis hic fiat . In qua qõne breuiter concludo cum communi ſententia irregularem hunc non fieri.Primò,quia hic non conſulit,ut ſibi mortẽ conciſcat,neq; alteri,ut ei mortem inferat,ſed ut pro Chriſti nomine mortem patiatur:at qui ſuadet cuipiã,vt mortem fortiter toleret, ubi ab aliis infertur,irregularis non efficitur:alioquin conſolãtes reos, qui ad mortẽ ducuntur,ut æquo animo mortẽ tolerẽt,irregulares fierẽt,quod abſurdũ eſt, & à ueritate alienum,ut antea probauimus, ergo

neque hic irregularis fiet. Præterea, qui ſuadet hoc, mortem certam nõ ſuadet in primis, ſed id, ut tueatur Chriſtianam fidem, & in ea vſque ad mortem perſeueret; fieri enim poteſt ut aduerſarii reſcipiſcant, ergo irregularis hic non fiet, eſto mors contingat; in unaquaque enim diſpoſitione inſpici illud ſemper debet, quod principaliter agitur, non autem id, quod per accidens conſequitur. arg. c. cùm uoluntate. de ſentent. excommun. & l. non omnis. ff. ſi cert. pet. Poſtremò, qui hoc ſuadet, facit id, qđ Chriſtus Dominus præcepit, dum dixit: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, ſed eum, q. cùm corpus occiderit, & animam poteſt mittere in gehennam. Ex quo igitur hic nec mortem infert, nec inferendam curat, nec eam accelerat, ſed ſolum hortatur, ut patienter eam toleret, ſi eueniat, irregularis hic nõ efficitur, ut ex dictis conſtat. Ab opinione communi ergo non diſcedemus. Quare irregulares non fieri antea ſacerdotes concluſimus, qui chriſtianos in bello contra Turchas ad fortiter dimicandum pro Chriſti fide hortantur; multo minus, qui à Turcis captos hortantur, ut in fide perſeuerent, uel mortes proponantur.

2 Verùm † quid ſi quis conſulat, hortetur, ſuadeat, inſtigetve quempiam, ut pro patria arma ſummat &, ſi neceſſe ſit, moriatur etiam, an irregularis hic fiet, ſi contingat eum ob id mori. Innocen. in cap. ad audientiam. num. 6. uerſ. Si autem aliquis ſuaderet, quem ſequitur Socin. ibid. q. 89. num. 330. de homi. ſic diſtinguit. Aut is, qui hoc conſulit, ſcit eum, cui cõſilium dat, moriturum eſſe, & tunc conſiliarium irregularem fore ait; nam ordinata charitas eſt, ut quis plus corpus ſuum diligat, quàm alterius. Aut ignorat eum moriturum, & tunc contrarium ſentit, & hoc per c. pro membris, & c. ſeq. 23. qu. 3. quibus iuribus dicitur fortitudinem eam iuſtitiæ plenam eſſe, quæ tuetur patriam à latronibus. Hoc tamen nihil facit; nam & iudex curando, ut latrones laqueo ſuſpẽdantur, iuſtitiæ actus exercet, & tamen irregularis efficitur, ut antea probauimus.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut iuſtè hoc fit, ut in bello iuſto, utpote, quia patria iniuſtè oppugnatur, uel à latronibus, uel ab aliis, iux. ca. pen. de homicid. & in hoc caſu ſuadet id, quod ſine morte fieri nõ poteſt, utpote, ut cuniculos effodiat, & eo tempore ipſos emittat, unde tã ipſe, quã hoſtes occidantur, & in hoc caſu ſentẽtiam Innocen. quoad primam partem ueram cenſeo, ſcilicet, ut irregularis fiat; quippe quia ei apertam mortem conſulat. Quare & qui actionem ſimilem ei, quam Sanſon fecit, occidendo ſe. & Philiſteos, ſuaderet, irregularis fieret. Aut ſuadet, ut ſimpliciter pro patria arma ſummat, fortiter pugnet, & moriatur etiã ſi neceſſe ſit; & in hoc caſu contrarium ſentio; licet enim in bello iuſto hortari ad pugnãdum, ut ſupra ſuo loco probauimus, & etiam pugnare per cita. c. pen. de homicid. Nec repugnat ſi dicatur irregularem fieri, ex quo hortatur, ſi neceſſe ſit, ut moriatur, nam principale propoſitum, & intentio eſt, ut patriam tueatur, & ſi contingat deinceps ob id mori, eam mortem fortiter ferat. Ex quo igitur principale propoſitum id non eſt, ſed patriæ defenſio, quicquid deinceps ſequitur curandum non eſt, ut in antecedenti quæſtione concluſimus.

Aut iniuſtè pro patria pugnatur; & in hoc caſu, uel certo quis ſciat eum moriturum quẽ pro patria ad pugnandum hortatur; uel ignoret, ex quo rei illicitæ operam dat, irregularis efficitur, ut antea de iniuſto bello diximus; cogitare enim poterat id euenire poſſe. argumẽ. cap. fin. de homicid. lib. 6. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo; iam alteram aggrediamur.

SVMMA.

1 *Conſulens quidpiam, quod licitum eſt, nec mortem mutilationemve affert, an irregularis fiat, ſi is, cui conſilium datum eſt, cõſilij terminos egreſſus quem deformet.*

§. VI.

1 § † Octaua quæſtio eſt, an irregularis fiat, qui conſuluit id, quod licitum eſt, quodque mortem, nec mutilationem affert, ſi conſultor conſilii terminos egreſſus quem aut occidit, aut mutilauit. In qua quæſtione breuiter concludendum cenſeo irregularem hunc non fieri. Tum quòd rem licitam conſulit, & q̃ mortem, mutilationemve non affert, quo caſu irregularis quis non efficitur. argum. cap. dilectus filius. de homicid. Tum quòd, ubi quis aliquid licitum mãdat, irregularis efficitur, eſto mandatarius fines mandati egreſſus ſit, ut dicitur in ca. fin. de homicid. lib. 6. ergo ſecus, ubi rem licitam quis conſuluit, ut ſcilicet irregularis conſiliarius non fiat, ſi is, qui conſilium accepit, terminos egreſſus quem occidit, aut mutilauit; quod enim operatur propoſitum in ꝓpoſito, operatur oppoſitum in oppoſito. arg. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. atque ſic ſenſit Gloſſ. in citat. c. fin. in verb. Culpa; nam ibi ſic ait. Et per hanc literam patet Decretal. locum non habere in illo, qui licitè uerberari mandat. Hoc idẽ ſentit ibid. Anchara. de mandante rem licitã, uerſ. Tertiò not. nam, ſi caſtrum Epiſcopi plures egrediantur, & Epiſcopus dicat, ut arma capiant, & ſe fortiter defendant, ait ipſum Epiſcopum irregularem non eſſe, eſto homicidiũ interuenerit, nam licitè mandatum dedit, & non ſpeciatim, ut mortem inferrẽt: idem Gemin. ibi in uerb. Culpæ, & Philipp. Franc. in fine. Quare, qui conſuluit patri, ut filium mediocriter uerberaret ob delictum commiſſum, ne deinceps illud amplius committeret. Qui itidem domino in ſeruum idem conſuleret, uel magiſtro in diſcipulum, uel marito in uxorem

ob

ob huiuſmodi rationem, irregularis hic non fiet, ex quo rem licitam conſuluit, ſi is, cui cõſilium dedit, aut mortem, aut mutilationem intulit, modò tamen ab initio ueriſimile non eſſet ob illud conſilium conſilii terminum prædictos egreſſuros, & mortem, mutilationemve laturos. Quare mea ſentẽtia irregularis fieret, qui marito conſuleret, ut uxorem de adulterio ſuſpectam caſtigaret, ſi maritus eſſet in caſtigando conſilii terminos egreſſurus. Et de quæſtione hac itidem ſatis; iam ad aliam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Conſulens cuipiam volenti ſuos hoſtes fugere, ne fugiat promittens ei ſecuritatẽ, an irregularis fiat, ſi inimici venientes eum interfecerunt, aut mutilarunt.*

§. VII.

1 †Decima quæſtio eſt, an ſi quis inimicos ſuos timens uult aufugere ne ab ipſis occidatur, remaneat, ꝓpterea quòd aliquis ei conſuluit, ne fugeret, promittens ei ſecuritatem, & idcirco occidatur, uel mutiletur, an inquam irregularis fiat, qui hoc ei conſilium dedit. In hac quæſtione ſic DD. diſtinguunt, ſcilicet Specula. in titu. De Irregularitate. nume. 6. uerſ. Quid ſi aliquis mori timens, & Mar. Socin. Sen. in ca. ad audientiam. q. 87. num. 327. Aut, qui promiſſit ſecuritatẽ, pro certo habet ſe poſſe eum tueri, ut pote, quia ius habet in eos, qui eum perſequuntur; uel quòd eius ſerui, uel filii ſunt; uel quòd amicitia, neceſſitudineve aliqua ei deuinciuntur; & in hoc caſu, ꝙ hoc ei conſuluit, irregularem ipſum non fore inquiũt. Aut pro certo habebat ſe tueri ipſum non poſſe, & in hoc caſu irregularem hunc ſentiunt.

Hæc diſtinctio etſi uera eſt, non tamen perfectè explicata mihi uidetur. Non quoad primam partem, exempla enim propoſita nõ mihi ſatisfaciunt, niſi aliàs de facto tueri ipſum poſſet, ut pote, quia ſecum armatos habebat, vel aliquo in loco includere ipſum poterat, quò inimici peruenire non valerent, aliàs autẽ irregularem eum fieri cenſerem; ex quo enim ira affecti ſunt & indignatione inflamati eũ ꝑſequuntur, non facile in officio continebũtur, ut experientia rerum magiſtra docet. Quoad ſecundam partem itidem abſoluta non eſt; qd enim ſi dubitaret, an tueri eum poſſet? In hoc caſu igitur hic quoque irregularis fiet. Et de quęſtione hac itidem ſatis.

S V M M A.

1 *Conſilium dans alicui, vt quempiam occidat, vel mutilet, an irregularis fiat, ſi contingat eum occidi, vel mutilari, cui conſilium hoc dedit.*

§. VIII.

1 †Vndecima quæſtio eſt, an irregularis fiat qui conſuluit alicui, vt quempiam occideret, aut mutilaret, ſed contrarium tamen accidit, quoniam, qui cõſilium accepit, aut occiſus, aut mutilatus eſt. In hac quęſtione pro certo pono primùm irregularem fieri, vbi hoc animo conſilium dedit, quò id ei accideret. Item pro certo pono conſilium hoc dantem irregularem fieri, vbi probabiliter ſciebat, ſcireve poterat ipſum, cui conſilium hoc dedit, interfectum iri, quoniam fortior, & validior, & magis armatus is erat, quem occidendum cõſuluerat, atque ſic ſentiũt non nulli, vt ait Inn. in cap. ad audientiam. num. 4. uerſ. Sed ſi conſuleret alicui, quos & tacitò ſequitur, & DD. communiter. de hom.

His præmiſſis, de quibus nemo dubitat, reſtat, vt diſputemus, quid in iure ſit, vbi nõ hoc animo id conſuluit, & vbi non exiſtimauit ab ipſo interfectum iri probabiliter. In quo caſu duæ ſunt DD. ſententiæ; quarum prima fuit eorum, qui exiſtimarunt hunc irregularem eſſe. Et hoc ob eam rationem, quoniam conſilium de re illicita eſt, ut per ſe patet; ergo, uel culpa, vel caſu malum contingat, conſiliario tribuitur, ut habetur in cap. continebatur. de homicid.

Altera fuit opinio Specul. in Tit. De Irregular. num. 43. verſ. Quid ſi aliquis, qui exiſtimauit hunc irregularem non eſſe, & eum ſequi videtur Innocen. in eod. cap. ad audientiam; & hoc ob eam rationem, quoniam conſilium ad id datum non eſt. Eſto igitur illicitum conſilium ſit, quod tamen culpa vacat, ob eam rem ſibi tribuat, qui conſilium cępit, qui non benè ſibi proſpexit, nec ſibi id euenire poſſe cogitauit.

Quid igitur concludendum? Ego priorem ſententiam ſequor, vt ſcilicet irregularis hic fiat, nam eam ſequitur Abb. in eod. capitul. ad audientiam. numer. 6. verſ. Secundò quæritur, & Ioan. Andr. in Addit. ad Specul. & Mar. Soc. Sen. in eod. c. ad audientiam. q. 91. & Felin. in cap. 1. num. 8. verſ. Vtrum autem ratione conſilii. in vltim. amplia. de off. delega. qui & alios idem ſentientes réfert, ſequitur eam quoque Couar. in Clem. vnic. 2. pa. §. 2. verſ. Quid ſi ex prauo ad homicidium conſilio, vbi quamplures alios idem ſentientes refert. de hom. Communis denique DD. ſententia hęc eſt. Probatur autem hac potiſſimum ratione, quoniã cõſilium hoc de re illicita fuit, vt per ſe patet; at vbi quis illicitum conſilium tribuit, ei tribuitur, quicquid inde deinceps ſequitur. argumẽ. cap. fin. de homicid. lib. 6. vbi qui mandauit quempiam verberari, eſto expreſsè prohibeat, ne occidat, mutiletve, tamen irregularis efficitur, qui mandatum dedit, ſi occiſio, mutilatiove interueniat; & hoc ob id, quia in mandato fuit culpa, ergo & ĩ caſu noſtro irregularis hic erit, ex quo nec ipſe culpa vacat, vt per ſe patet; vbi

ubi enim eadem ratio eſt, ibi eadem diſpoſitio eſſe debet.c.cum dilecta.de confirm. util. uel inutil.& l.illud.ff.ad le.aqui. Quibus rationibus contraria ratio ſublata eſt, & idcirco ab hac communi opinione diſcedendum nõ cenſeo. Quare & idem concludendum eſt in mandante,ut irregularis fiat, ſi mandatarius occidatur,ut aſſeruit Maiol.de Irregular.lib.5.ca.48.§.2.nume.4. quæ concluſio in utroque caſu locum habet,etiam ſi hic,qui mandatum ſuſcepit,conſiliumve,à iudice morte mutilationeve affectus eſt,ita Maiol.ibidem; fuit enim cauſa horum,& hęc euenire poſſe cogitare debebat;iam ad duodecimam quęſtionem tranſeamus.

SVMMA.

1 *Conſilium reuocans,quod dederat ad homicidium, mutilationemve committendam, an irregularis fiat,ſi nihilominus is,qui conſilium habuit, homicidium,mutilationemve committit.*

2 *Conſilium qui dedit ad homicidium, mutilationẽve faciendam,irregularis non efficitur, ſi neutrũ prædictorum ſequatur.*

§. IX.

1 §. †Poſtrema quęſtio eſt,an irregularis fiat, qui conſilium dedit ad homicidium, mutilationemue,ſi illud re integra reuocauit; ſed tamen,qui conſilium accepit,aut homicidiũ, aut mutilationem cõmiſſit. In qua quęſtione breuiter concludimus irregularem hunc non fieri, ſi conſilium reuocauit non ſimpliciter, ſed contrariis rationibus etiam ſuaſit nullo modo debere eum talia committere; nõ enim ſat eſt conſilium ſimpliciter reuocare, ſed neceſſariò requiritur,ſicut dixi alibi, ſcilicet ut contrarium rationibus ſuadeat;nam,cùm conſilium detur eius cauſa,cui conſilium datũ eſt, non facilè à conſilio dato auocabitur, niſi contrarium ei probetur,ita dixit Innocen.in cap. ad audientiam.uerſ.Item non intereſt. de homicid.& Mar.Socin.Sen.q.78.num.316. cum ſequen.qui hoc communiter receptum eſſe teſtatur.ſequitur quoque Felin.in capi. ſicut dignum.num.11.uerſ.Vltima concluſio.eod. & Bart.in l.non ſolùm.§.ſi mandato meo. nume. 21.ff.de iniur. Simplex igitur reuocatio non ſat eſt.Quare,qui abortum mulieri ſuaſit, poſtea uerò eum pœnituit, & ſimpliciter conſilium reuocauit,irregularitatem non euadet, ſi mulier ſibi timens abortum fecit,cùm iam fętus animatus eſſet, atque ſic in ſimili cõſuluit Nauar.in conſil.46.de homicid.lib.5.

Verùm quid ſi is,qui conſilium dedit neqt à propoſito eum remouere, qui conſilium dedit? In hoc caſu certiorem faciat eum, contra quem conſilium datum eſt,ut ſibi caueat,modò tamen cautè id faciat, ne prodat eum, qui delictum committere uult,argum.c. clericis. di.46.& c.ſi peccauerit.2.q.1. & ita DD. allegati eiſdem in locis inquiunt. Faciat igitur quantum in ſe erit,ne delictum committatur; hac enim ratione irregularitatem euadet. Et de quęſtione hac itidem ſatis.

2 In omnibus autem caſibus † ubi conſilium dantem irregularem fieri cõcluſimus, ſi mors, mutilatioue ſequatur,in eiſdem cõtrarium aſſerimus,ſcilicet irregularem eum non fieri, ſi neutrum prędictorum ſequatur; tum quòd nõ ſat eſt conatus ad irregularitatem ſubeũdam; tum quòd non contrahitur niſi ex morte,mutilationeue,ut ſæpè diximus,& habetur in Clemen.unic.de homicid.& c.1.de cler. pugn. in duel. Quamuis igitur, qui conſilium habuit, conatus eſſet illud exequi,ſed nihil perfecit,irregularis tamen conſiliarius non fiet,ita Arch. & alii inquiunt,quos refert, ac ſequitur Felin. in cit.cap.ſicut dignum.num.8.uerſ. Fallit tertiò.dũmodo conſilio fuit paritum,& in c.1.numer.8.uerſic.Limita etiam dummodo. de off. delega.Sed iam de conſiliũ dãte hactenus, ad alios tranſeamus.

De Irregularitate,quæ oritur ex homicidio voluntario, mutilationeve huiuſmodi auctoritate priuata factis,& ſic iniuſtè, habito reſpectu ad eum,qui re ipſa opem tulit ad ea committenda. Cap. XVII.

SVMMA.

1 *Arma prębens ad homicidium,mutilationemue cõmittendam,irregularis fit.Item & qui ſocios,& pecuniam tribuit.*

2 *Arma ſi quis præſtitit ei,qui ad homicidium cõmittendum ibat,an irregularis fiat,ſi aliis armis deinceps homicidium committatur.*

3 *Panem,aliaque ad uictum pertinentia, æquos prębens iis,qui ad homicidium committẽdum eunt, an irregulares fiant.*

DE Irregularitate, quæ cõtrahitur ex homicidio, uel mutilatione à priuata perſona factis per ſe,uel per aliũ,aut ui mandati,aut conſilii, egimus;reſtat, ut agamus de iis,qui opem re ipſa ferunt ad prædicta committẽda. Verùm, quòd id fieri poteſt tribus tẽporibus, ſcilicet ante ipſum homicidium, & mutilationem, & dum fiunt, & poſtquam facta ſunt:ideo prius de ipſis agamus,qui ad homicidium committendum opẽ ferunt,antequam committatur.

1 Primùm † igitur irregulares fiunt,qui ſtudioſè,& dedita opera ad homicidium,mutilationemve committendam arma præbent:nam primò id habetur in cap.ſi quis uiduam. diſt.

50.ibi

ſo.ubi enim dicitur,ſi quis conſcius fuerit homicidii,aut facto,aut præcepto, aut conſilio,à clero deiiciatur.Si ergo à clero deiicitur, qui præcepto,aut conſilio homicidii ſibi conſcius eſt,ergo & qui facto,quia ſcilicet uel ipſe illud commiſſit,uel alius eius ope,& ſic facto à clero deiici debet,& idcirco eſt irregularis. Poſtremò ſi is,qui hortatur ad homicidium, irregularis fit,ut ſupra probauimus, multo magis,& qui re ipſa ad homicidium opem tulit.

Qui itidem milites,ſocioſque præbuit, qui pecuniam,uel alia huiuſmodi,ut equos,ob eaſdem rationes,hi quoque irregulares erunt, eſto eorum opera uſus non ſit;nam audacior factus eſt ob ipſorum præſentiam.c.ſicut dignū. §.illi etiam.de homicid.

2 Verùm quia †ſi armis,quæ quis ad homicidium committendum pręſtitit, uſus non eſt homicida,an præſtans irregularis fiet? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut arma ſecum tulit, qui ea habuit,quamobrem audacior factus eſt ad homicidium committendum,& inimicus timidior,eſto illis uſus non ſit; & in hoc caſu hunc irregularem factum concludo; nam illis animus additus eſt,quamobrem homicidium commodius,& celerius commiſit. Præterea ſe habet hic per hęc arma, ſicut is iudex, qui, dū uindicta ſanguinis fit,præſens adeſt, & ſua præſentia auctoritatem præbet, terretque, ne impediatur pœna ſanguinis: itē ſicut milites, qui aſtant ob eandem rationem,ergo irregularis hic efficitur; nam & iudex, & milites ſuam præſentiam præſtantes,irregulares fiunt,ut de iudice habetur in c.ex literis.de exceſſ.prælat. & ibi not.& de militibus in c.ſicut dignum.§. illi etiam.de homicid.Aut illis armis nihil ꝓfuit,& in hoc caſu irregularis non fiet, qui ea dedit,ſicut irregularis non efficitur is,qui conſilium ad homicidium dedit, ſed ex eo tamen conſilio homicidium conſecutum non eſt. In hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſeo.

3 Quid itidem de iis,†qui panem prębēt,aliaque ad uictum neceſſaria. In hoc caſu etiā ſic diſtinguendum cenſeo.Aut,qui hęc prębet ad hunc finem id facit,quò homicidium fiat;& in hoc caſu hunc irregularem fore cenſeo, adiuuat enim quantum in ipſo eſt. Quare irregulares erunt,qui domi alunt ſicarios, quouſque occaſio ei offeratur homicidii committendi; ſtabularii quoque, qui equos ad homicidium committendum eis accommodant, necnon nautæ,qui eos ducunt eo,ubi homicidium eſt committendum. Qui item exercet ſicarios in armis ad hunc finem . Hi omnes irregulares ſunt, ex quo omnes ad homicidium opem ferunt,ut per ſe patet.Aut non ad hunc finē, ſed ſimpliciter quis dat panem ad ueſcendum,ſtabularius equum ignorans,quid facturi ſint, & in hoc caſu irregulares non fiunt: ignorantia enim quæ adeſt,& dolus,qui abeſt ab irregularitate hos liberat.argu.c.Apoſtolicæ. de cler. excomm.min.& c.cum uoluntate. de ſenten. excomm.atque ſic ſenſit Felin.in cap. ſicut dignum.num.5.uer.Quartò limi.ibi.vbi limita. de homicid.nam ait non teneri, qui præſtitit arma,& equum dicenti ſe uelle ire rus,ſi deinceps quem occidat,ergo idem hic de præſtante opem dicendum eſt.& de his hactenus;iam de iis agamus,qui in ipſo actu re ipſa opem ferunt;id quod in ſeq.pręſtabimus.

SVMMA.

1 *Adiuuantes eos,qui homicidium committunt,irregulares fiunt.*

2 *Aſtantes,dum homicidium fit,ne homicidium impediatur,homicidæue offendantur, irregulares ſunt.*

3 *Hortantes etiam, & incitantes homicidas in ipſo actu irregulares ſunt.*

§. I.

1 §. †Qui opem ferunt, antequam homicidiū committatur,uidimus; modò quando opem ferunt in ipſo homicidio,ubi irregulares fiant,uideamus. Primùm igitur adiuuantes ipſum homicidium,ſine dubitatione irregulares ſunt;eo enim modo & puniuntur, quo & ipſi principales;nam potius auctores criminis,quàm auxiliatores dicendi ſunt;ita inquit Couar.in Clem.unic.p.2.§.2.num.2.nam potius auctores.

2 Qui aſtant ēt armati,†ne homicidiū prohibeatur,hi quoque irregularitatis notā nō euadūt,ut habetur in c.ſicut dignum.§.illi etiam. de homicid. ibi enim Summus Pont. ait eos quoque puniendos,qui aſtabant, ut percuſſoribus opem ferrent,ſi fortè per aliorum uiolentiam impedirentur;ac planè,ſi iudex irregularis efficitur ob ſuam preſentiam, dum uindicta ſanguinis exercetur, qui tamen nō peccat. argum.c.ex literis. de exceſſ.pręlat.& ibi not.
3 multo magis,qui iniuſto homicidio aſtant. † Sicut etiam, qui hortantur ipſos percuſſores, ut fortiter ſe præbeant;nam audaciores delinquētes redduntur ex eorum præſentia, & ideo irregulares fiunt,ita Feli.in cit.c.ſicut dignū. num.6.uerſ.Septimò,& ultimò lim.ibi.Et adde,ubi hanc rem pluribus probauit,uiden. Id quod uerum eſt,ut irregulares fiant,eſto ſuaſiſſent,ne delictum committeretur , ſed tamen amicus noluit acquieſcere, & idcirco eum aſſociati ſunt,ne ab aduerſario offendatur,ita Felin.ibid.Idem,quod irregulares fiant, qui opē ferunt,unde audacia augetur,aſſeruit Couarr. ibid.uerſ.Quamuis.Sed de hoc itidem ſatis,iā ubi poſt homicidium factum homicidis opē quis fert,uideamus.

SVMMA.

1 *Opem ferens homicidis poſt homicidium,an irregularis fiat.*

§.† Reſtat

§. II.

1 §†Reſtat ut uideamus, an qui opem fert homicidis,uel mutilatoribus poſt homicidium mutilationéve factã irregularis fiat.In qua qõne breuiter concludimus irregularem hunc non fieri;nam ad irregularitatẽ hac ratione contrahendam neceſſariò requiritur,ut ad homicidium,mutilationemve operatus ſit,ut ſæpè uidimus;at in hoc caſu opem ferendo homicidis poſt homicidium nullam opem fert ad homicidium.

Excipio tamen, ubi ante homicidium quis conueniſſet cum ipſis homicidis, vt poſt homicidium paratos haberet equos ad portã, quò fugerent,uel ſocios, qui eos committarentur, uel domum,quò tutò ſe reciperent; etſi enim hæc poſt homicidiũ fiunt,tamen ad ipſum homicidium committendum adiuuant;promptiores enim & alacriores homicidę fiunt ob facilitatem,quam vident impunitatis conſequẽdæ.Ob hoc igitur auxilium irregularis hic efficitur,& ita ſenſit Felin.eod. c. ſicut dignum. num. 5.uerſ.quartò limit.ibi.Eſt uerum,quod contra,& Couar.eod.uerſ.quatenus uerò. Et de irregularitate hac ſatis,de ea agamus, quæ oritur ex homicidio uoluntario,& non neceſſario ob culpam commiſſam in faciẽdo quod quis non debet:id quod in ſequenti præſtabimus.

De Irregularitate,quæ oritur ex homicidio non quidem voluntario, nec neceſſario,ſed ob culpam cõmiſſam in faciendo quod quis nõ debet,ideſt rei licitæ operam dando. Cap. XVIII.

SVMMA.

1 *Homicidium non voluntarium quodnam ſit.*
2 *Homicidium non voluntarium duplex eſt neceſſarium,& non neceſſarium.*
3 *Homicidium non voluntarium neceſſarium quodnam ſit.*
4 *Homicidium non voluntarium,& non neceſſariũ duobus modis committitur.*
5 *Illicitum quot modis dicatur.*

DE Irregularitate, quę oritur ex homicidio uoluntario tã auctoritate publica, quàm priuata, facto egimus, nunc de irregularitate, quæ oritur ex homicidio non uolũtario agamus; id quod ut dilucidius fiat,præmittenda hæc ſunt. Primùm homicidium non uoluntarium quodnam ſit, quod ad rem noſtram pertinet.Deinde quotuplex. Tertiò,ex quo duplex eſt,quid unum quodq. ſit.Poſtremò, quoniã ſecunda ſpecies uerſatur etiam ubi illicitę rei operam dat, illicita res quænam ſit,quod ad rem hanc attinet.

1 Quoad primum igitur† homicidium nõ uoluntarium eſt id,quod contra noſtram uoluntatem contingit,& ſic ubi nos illud non intendimus uerè,& propriè,& expreſſe,& per ſe;nã ſi uoluntarium illud dicitur,quod fit nobis uolentibus, & id ſtudentibus; è contrario non uoluntarium erit, quod nobis nolentibus contingit,ut quod operatur propoſitum in ꝓpoſito operetur oppoſitum in oppoſito. l. fin.§. fin.ff.de leg.3.

2 Quoad ſecundum† duplex eſt,aliud neceſſarium,aliud non neceſſarium,de quo hic agendum eſt.

3 Quoad tertium†homicidium non uoluntarium,ſed neceſſarium, eſt homicidium quod quis facit ob ſuam defenſionem,quando aliter ſe tueri non poteſt, de quo agitur in re noſtra,
4 in Clem.unic.de homicid.† Non neceſſarium autem eſt,quod committitur duobus modis. Primò aut dando operam rei illicitę,& ſic faciendo quòd quis non debet. Secundò non faciendo,quod debet ob diligentiam non adhibitam,dum rem licitam facit, uel ob omiſſionem rei licitę,quam facere deberet,ut infra uidebimus. Et quoniam prius agendum hic eſt de irregularitate, ubi quis illicitę rei operam dat,ideſt,quę naſcitur à re illicita, quam facimus,ideo & hoc præmittendum eſt, quid res illicita ſit,ut ſupra præmiſimus.

Illicitum igitur,quod ad rem noſtram perti-
5 net,id dicitur,†quod uel ſua natura ꝓhibetur, & ſic per ſe,uel ob perſonæ conditionem, quæ illam facit ob periculum mortis,uel mutilationis,quod inde ſequi ſæpe poteſt, ut probabimus.

Ex hoc apparet illicitum duplex eſſe; aliud per ſe,& aliud per accidens.Per ſe id,quod ſua natura tale eſt,ut homicidiũ, furtũ,adulteriũ, percuſſio,& hmõi.Per accidens ob cõditionẽ pſonæ,ut clericis ars chirurgiæ; ipſis.n.ars hęc prohibita eſt ob aduſtionem,& inciſionem,ut habetur in cap.ſententiam.ne cler.uel monac. Nullus quoque clericus,dicitur enim ibi, nuptiariis,uel baliſtariis.aut huiuſmodi uiris ſanguinum præponatur.Nec ullam chirugię artẽ ſubdiaconus,diaconus,uel ſacerdos exerceat, quæ aduſtionem,uel inciſionem adducit.Hæc ibi.Si ergo clericus,uel monachus hanc artem exerceat,rem illicitam exercet,& idcirco irregularis fit,ſi ob eius aduſtionem,uel inciſionẽ mors ſequatur,ut habetur in c.tua nos.de homicid.Per accidens igitur illicitum quid dicitur ob periculum mortis, uel mutilationis, qđ ſępius contingere poteſt,ut ex aſſiludio; iam igitur, an irregularis quis ex illicito per accidens fiat,uideamus:id quod in ſequen.præſtabimus.

SVM

S V M M A.

1 *Illicitæ rei ratione perſonæ operam dans irregularis an fiat, ſi inde mors, mutilatio ve ſequatur.*
2 *Clericus irregularis non fit, ſi in bello iuſto pugnãs quem percuſſit, modò neminem occiderit, uel mutilauerit, quamuis ab alijs multi occiſi ſint.*
3 *Chirurgus laicus, cui in pœnam prohibitum eſt, ne chirurgi officio fungatur, irregularis non fit, ſi eo officio vtatur, & non ſua culpa, ſed ęgroti mors ſequatur.*
4 *Prohibitus exire domo à iudice, ſi contempto pręcepto extra domum equitet, & abſque eius culpa equus calce quem occidat, irregularis non fit.*
5 *Campanas pulſans interdicti eccleſiaſtici tempore irregularis non efficitur, ſi abſque ſua culpa tintinabulum cadens quem occidat.*
6 *Enſe fabricato ex ferro, quod artifex ſurripuit, ſi qui eum emit, quem occidat, irregularis artifex non fit.*
7 *Chartas luſorias ſi quis faciat contra prohibitionẽ, irregularis non fit, ſi ipſis quis ludens quem occidat.*
8 *Chirurgi officio ſacerdos fungens irregularis fit, ſi quem inciderit, & ſine ſua culpa inciſus moriatur.*
9 *Clericus venationi prohibitæ ob periculum mortis, mutilationiſve operam dãs, irregularis efficitur, ſi quempiam caſu occidat, eſto diligentiã omnem adhibuerit.*

§. I.

1 §. †Quæſtio explicanda nobis propoſita hęc eſt, an rei illicitæ ratione perſonæ operam dans, irregularis fiat, ſi inde mors alicuius ſequatur, quam nullo modo ipſe intendebat. Videbatur igitur dicendum irregularem hunc non fieri, ubi nulla ipſius culpa intercedente homicidium, mutilatiove interuenit. †
2 Primò ob ca. pen. de homicid. ibi enim in bello iuſto clericus pugnans, aliquoſque percutiens, irregularis tamen non exiſtimatur, quãuis ibi plurimi occiſi ſint, modò conſcius ſibi non ſit ſe aliquem eorum interfeciſſe. Ecce hic clericus illicitæ ſibi rei operam dabat; non enim clericis permiſſum eſt etiam in bello iuſto pugnare. c. ex multa. §. fin. de uot. & tamen irregularis nõ cenſetur, eſto multa homicidia in eo bello interuenerint, & tamen dubiũ non eſt ipſum pugnando commilitonibus animũ addidiſſe. Illicitæ rei ratione perſonæ igitur operam dans irregularis non efficitur, ſi homicidia, mutilationeſve ſequantur abſque ſua ſpeciali culpa. †Secũdò facit, quoniam chirurgus
3 laicus peritiſſimus, cui in pœnam ob aliud delictum prohibitum eſt, ne ad tempus chirurgi officio fungatur, irregularitatem non contrahit, ſi contra prohibitionem ea arte utatur, & ob aliquam inciſionẽ, ut ars poſtulat, factam, ægroti culpa mors ſequatur, ut aſſeruit Coua. in Clem. unic. 2. p. §. 5. nu. 10. uerſ. Tertiò ſubſequitur. †Item domo exire prohibitus à iudi-
4 ce contempto pręcepto ſi extra domum equitet, & abſque eius culpa æquus calce quem occidat, irregularitatem effugit, ut aſſeruit Cou.
5 ibid. †Sicut etiam, qui interdicti eccleſiaſtici tempore campanas pulſat: id quod tunc prohibitum eſt. cap. fin. de ſentent. excomm. lib. 6. ſi abſque ſua culpa alia tintinabulum cadẽs quẽ occidat, ut ſenſit Couar. eod. num. 9. uerſ. Quintò. ergo rei illicitæ operam dans irregularis nõ efficitur, ubi mors, mutilatiove ſine ſua culpa interuenit, ut ex propoſitis exemplis habetur.
6 †Hinc irregularem fabrum non fieri, qui ex ferro furtim ſublato enſem fabricauit; & eo, qui ipſum emit, quem interfecit. Alphõſ à Caſtro, quem refert, ac ſequitur Couar. eod. §. 4. num.
7 9. uerſ. Secundò. idem aſſeruit, †& Socin. in c. ad audientiam. de homici. quem ſequitur idẽ Couar. eod. num. uerſ. Primus. dixit irregularem eum non fieri, qui contra prohibitionem, cartas ad ludendum fecit, & qui eiſdem ludebat, alterum occidit, & tamen illicitæ rei artifices hi operam dederunt, ergo illicitę rei operam dans, ubi illicita eſt ratione perſonæ, irregularis nõ efficitur, ſi mors, mutilatiove ſequatur ſine alia ulla culpa, ſicut nec etiam clericus, qui per uiam planam mulierem grauidam domum ducit, & in uia aut abortum facit, aut moritur; nam eſto ductio illa ſit peccatum, & prohibita, non tamen ob periculum mortis eſt ꝓhibita. Secus autem, ſi per tectum, arctumque pontem periculoſum, unde cadere quis facile poteſt; tunc enim irregularis fiet, ſi quid prædictorum ei mulieri cõtingat, ita Nauar. in Man. cap. 27. num. 235. uerſ. Vigeſimotertio.

Contrarium tamen, ut ſcilicet irregularis fiat, qui rei illicitæ ratione perſonæ operam
8 dat, ſi ob id mors ſequatur, ſuadet primo † ca. tua nos. de homicid. nam quòd chirurgiæ ars ſacerdotibus prohibita eſt, ut habetur in capi. ſententiam. uerſ. Nullus quoq. ne cler. uel monac. monacus, qui tumorem gutturis pietatis ratione ductus cuidam mulieri ferro aperuit, quamuis in ea arte peritiſſimus eſſet, et admonuiſſet mulierem, ne uento ſe exponeret, omnemque diligentiam debitam adhibuiſſet, irregularis tamen à Romano Pon. iudicatus eſt ibi, quoniam ea mulier contempta admonitione uento ſe expoſuit, & per aperitionem gutturis plurimo ſanguine effuſo extincta eſt. Id qđ nulla ratione alia factum eſt, niſi quod alienũ officium, & ſibi ratione perſonæ prohibitum uſurpauit, ut ait ibi Romanus Pont. ergo ubi quis operam dat illicitæ rei quoad ſe, & ratione perſonæ irregularis efficitur eam rẽ gerens, ſi eius occaſione quis moriatur, eſto alterius culpa id acciderit, ut in caſu propoſito, & non ſua, niſi quòd illicitam rem geſſit, atq. ſic not. Couar. eod. §. 4. num. 2. cum ſequen. iunct. uer-
9 ſic. Quoniam quorum opinionem. †Poſtremò facit, quoniam clericus uenationi ob periculũ mortis, mutilationiſve ipſi prohibitæ operam dans irregularis fit, ſi quempiam caſu occidat, ut

ut telum emittendo,uel ſclopetum, eſto diligentiam omnem adhibuerit,& cautionem, ut dixit Couar.in cita.Clem.unic.2.p.§.5.numero 10.uerſ.Quartò infertur, & Nauar.in Man. cap.27.num.235.uerſ.Vigeſimoſecundò, ibi. Et quod clericus uenans,& Syl.in uerb.Homicidium.2.num.7.q.6. ſecus autem ſi uenationi licitæ operam daret, diligentiâque omnem adhiberet,ergo illicitę rei operam dās irregularis efficitur quamcunque diligentiam adhibeat.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut id, quod illicitum eſt ratione perſonæ,id eſt prohibitum aliquibus pſonis,ubi aliàs licitum eſſet, eſt prohibitū ob periculum mortis,ſeu mutilationis, quę ex illo actu, ſeu ex illa re ſæpius interuenire ſolet; & in hoc caſu proximam opinionem, quæ cōmunis eſt,ut teſtatur Couar.eod.§.4. nume. 1. ueriſſimam cenſeo,ut ſcilicet irregularis fit, q huic rei illicitæ operam dat,quamcunque diligentiā adhibuerit,ſi mors, mutilatioue ſequatur,& hoc ob eam rationem, quod etſi cautionem omnem adhibuerit, non tamen hac culpa uacat,quòd eam rem aggredi conatus eſt, quę ob periculum mortis, mutilationiſve fuit illi prohibita. Ob hanc culpam igitur,& non ob aliam irregularis hic efficitur. Et hęc ratio colligitur ex cita.cap.tua nos.de homicid.nō aliunde enim monacus ille irregularis factus eſt,quam quòd chirurgiam exercere uoluit, q̄ ob periculum mortis prohibita clericis eſt,atque ſic ſenſit Couar.eod.§.4.nume.10.uer.Igitur,is.ibi.Aut ſaltē. & in uerſ.Secundò deducitur.Non aliunde etiam clericus uenationi prohibitæ operam dans ob periculum mortis, mutilationiſve irregularitate obligatur, quā qđ culpa non vacat hac,quòd eam rem agere voluit.

Aut illicitum alicui perſonæ,ac prohibitum eſt tale non ob mortis periculum, uel mutilationis,ſed aut in pœnam, ut chirurgo peritiſſimo,ne chirurgiam exerceat, ſicut in exemplo propoſito uidimus,& ei,qui domo exire prohibitus eſt;aut ratione alterius rei, ut interdicti tempore,ne campanę ad diuina officia pulſentur;aut ob dignitatem,ut clericis ne negocientur, & ne in ludis etiam non periculoſis ſe exerceant;& in hoc caſu,ſi contra fiat, & mors ſequatur,modò omnem diligentiam neceſſariā quis adhibuerit,ne mors, mutilatioue interueniret,illicitę huic rei operam dans irregularis non efficitur;non enim ob iniuriam irregularitati nota notari poteſt,quoniam omnem diligentiam neceſſariam adhibitam ab hoc eſſe pro certo ponimus;nō etiam quòd contra prohibitionem fecerit, ex quo prohibitio illa non ob periculum homicidii facta eſt,ſed ob aliam cauſam,ut diximus;ut autem irregularis quis fiat rem prohibitam agendo, ubi diligentiam omnem adhibuit,neceſſariò requiritur, ut prohibitio ob id facta ſit, quòd inde mors,membrive mutilatio ſequi ſolet.argum.cita.ca.tua nos,& ut aſſeruit Couar.eod.§.4.num. 10.uerſ.Igitur is,ibi.Aut ſaltem,& in uerſ.Secundò deducitur.Quare in hoc caſu prior opinio locum habet,& exempla propoſita , ut ex ipſis colligi facilè poteſt.In hac quęſtione igitur ſic concludendum cenſeo,& deciſionem hanc veriſimam eſſe ſentio. Pro regula igitur habebimus rei illicitæ ratione perſonę operam dantē tunc irregularem eſſe,ubi eſt ei perſonæ illicita ob periculum mortis,& mutilationis,quæ ſępius inde ſequi ſolent,ut ex dictis patet,ſecus ſi eſt illicita ob aliam cauſam, modò diligentiam debitam adhibeat, & hæc regula notanda eſt.Sed iam ad eos tranſeamus, qui illicitæ rei,ſecundum ſe,& ſuam naturam operā dant, an irregulares fiant,ſi mors inde, mutilatiove ſequatur,quamuis ipſi hoc non intenderent.

SVMMA.

1 *Rixa à clerico mota contra aliquē,ſi ſuperueniant eius amici,& eum interficiant contra quem clericus rixā mouit,an clericus irregularis ſit,quāuis id ſuis amicis prohibuiſſet,quantum potuit.*

2 *Poculum dans,uel ad aliciendum ad amorem, vel ad abortum,uel ad impediendam conceptionem, vel generationem,an irregularis fiat,ſi moriatur is,cui ipſum dedit.*

3 *Vino ſi quis quem ebrium faciat, unde ebrius aut ſe,aut alium mutilat, occiditve, an irregularis fiat,qui ebrium eum reddidit.*

4 *Perſequens quempiam,qui fugiendo puerum oppreſſit non volens,an irregularis fiat , qui eum perſequebatur.*

5 *Lapidem proijciens in aliquem an irregularis fiat ſi alium prętereuntem occidat.*

6 *Tueri ſe uolens ſi eſt cauſa,ut alius occidatur,an irregularis fiat.*

7 *Lapidem in ſe proiectum ſi uitando alius percutiatur eo,& moriatur,an irregularis fiat.*

8 *Canem in aliquem irritando,an irregularis fiat, ſi canis eum occidat,vel mutilet.*

9 *Furioſo gladium præbens,unde ſe, aut alium occidit,mutilauitve,an irregularis fiat.*

10 *Ponte quem proijciens ioco,an irregularis fiat , ſi proiectus obruatur.*

11 *Pugno mulierem percutiens,unde abortus animati fœtus factus eſt,an irregularis efficiatur.*

12 *Occidere uolens unum,& per errorem alium occidens an irregularis fiat.*

13 *Mandans alicui,ut aliquem percutiat,ſed omnino prohibens ne occidat an irregularis nihilominus fiat,ſi mors ſequatur.*

§. II.

§. Egimus de iis,qui illicitæ rei ratione peſonæ operam dant , quando irregulares fiant,modò agamus de iis,qui illicitæ rei ſecundum ſe,& ſecundum naturam operā dando irregulares fiunt ob homicidium, mutilationemve ſecutam, cùm tamen ipſi hæc directe non

&c non intenderent. Immò id prohiberent.

1 Primū igitur† irregularis efficitur clericus, uel laicus, ſi iniuſtè, & ſua culpa rixam in quēpiam mouit, & ſuperuenientes eius amici uel neceſſitudine aliqua coniuncti, uel ſerui eū occiderunt, ob cauſam ipſius clerici, quamuis clericus id eis prohibuiſſet; & ne id facerent, vehementer interdixiſſet, ita DD. cōiter concludunt, ut teſtantur Abb. in c. Petrus. n. 1. de homic. & Mar. Soc. Sen. in c. ad audientiā. n. 239. de hom. & Cou. in cit. Clem. p. 2. §. 2. n. 8. uerſ. Primò etenim, & Syl. in uerb. Homicidiū. 2. q. 1. idq. ob hanc rōnem, quòd illicitæ rei operā dabat, quo caſu, quācunq. diligentiā quis adhibeat, irregularis efficitur. arg. c. tua nos. de homic. Id q; locū hēt, uel ſuperuenientes non ob cām clerici eū occiderint, ſed ob inimicitias, quas cū eo habebāt, ſi clericus fecit cā detinēdi eū ob motā rixā, unde eius inimici ipſum occiderunt, uel hoc aīo detinuit. Excipitur tamen, vbi neq. ob cām clerici neque ob rixam motā à clerico, occiſus eſt, ſed à ſuis inimicis, & ob proprias inimicitias: ita ſenſit Cou. eo. nu. uerſ. Tertius, & Soc. ibid. nu. 240. & Abb. in eo. c. Petrus, q̄uis Vill ad. contrarium ſenſerit, & malè.

2 Scdò† qui poculū amatoriū dedit, ideſt ad alliciendū, quēpiam ad ſe amādū, irregularis efficitur, ſi moriatur is, cui poculum illud dedit, eſto non hoc aīo ipſe dederit, nec id intenderit; nā illicitæ rei operā dedit, & id contingere poſſe exiſtimare debebat. arg. c. fi. de homi. li. 6. atq. ſic dixit Abb. in c. ſi aliquis. de homici. quē ſequitur Syl. in uerb. Homicidiū. 2. q. 9. Idque iure meritò, nā ſummo ſupplicio hic afficitur, de iure ciuili, ut dr̄ in l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœ. quib. rōnibus ēt, & iurib. irregularis efficitur, qui poculū dedit, uel ut abortus fieret, uel ne mulier conciperet, uel ne uir generare poſſet, ſi uir, aut mulier moriatur, cui poculum illud datum eſt, ita Abba. ac DD. in cit. c. ſi aliquis. de homic. & Specula. in tit. de Irregul. n. 59. uerſ. Itē, qui homini. ſi uerò non moriatur, irregularis non fiet. Irregularis etiam fit, qui præſente muliere prægnante, aut ſclopettum emittit, aut ueſicam turgidā ſubito rumpit, unde eo ſtrepitu mulier abortum facit, ita Syl. in uerb. Homicidiū. 2. q. 22. modò fœtus animatus ſit. Idem cenſeo de utente copula mulieris prægnantis, ita ut abortū faciat, ita Maiol. de Irregular. lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 14. uerſ. Huc quoque ſpectat.

3 Tertiò † qui uino etiam ebriū quem reddidit, quamobrem ebrius ille factus ſe aut interimit, aut alium, uel mutilauit, irregularis efficitur: illicitæ enim rei operam dedit, & id euenire poſſe cogitare debebat.

4 Quarto† perſequēs inimicum ſuum irregularis efficitur, ſi inimicus ille fugiens, idq. non animaduertens puerum in fuga oppreſſit ob rationes in antecedentibus caſibus allatas.

5 Quintò† qui proiicit lapidem in ſuū inimicum, uel bombardulam emiſſit, ſed non cū attigit, uerū prætereuntem illac, illicve exiſtentem interfecit, mutilauitve, irregularis ēt hic efficietur; eſto enim hoc ipſe non intenderet, ex quo tamen illicitæ rei operam dabat, idq. euenire poſſe cogitare poterat, id culpæ loco ei tribuitur. arg. c. fin. de homicid. lib. 6.

6 Sextò† ſi quis uult exempli gratia Titium percuter, Titius autem, quò ſe tueatur, medium hominē complectitur, & percutere uolenti obiicit quocunq. ſe uertit, unde cōtingit Titium percuſſiones euadere, eū aūt, quem mediū cōplexus eſt, occidi, aut mutilari, an irregularis hic Titius efficietur? Videbatur dicendum irregularem Titium nō fieri: nam abſque dubio permittitur ei, ut ſe tueatur. c. dilecto. de ſent. excom li. 6 & l. ut uim. ff. de iuſtit. & iur. & ibi DD. & l. ſcientiam. ff. ad leg. aquil. & cui conceditur aliquid & oē conceſſum illud eſſe intelligitur, ſine quo cōceſſum haberi non pōt. l. 2. & ibi Iaſ. ac DD. not. ff. de iuriſd. omn. iudi. & c. de cauſis. de off. dele. ergo & huic conceſſū uī, ut quacunque ratione ſe tueatur, & ideo etiam per huiuſmodi complexum. Atqui contrarium ſentire debemus, ſcilicet, & proiicientem lapidem, uel quid aliud irregularem fieri, & ipſum Titiū. Primus, q̄m illicitæ rei operam dabat, & id euenire poſſe cognoſcere debebat; ipſum aūt Titiū, quoniā cām homicidii dedit. Nec obſtat cōtraria rō: eſto. n. cuique conceſſū ſit, ut ſe tueatur, id tamen intelligitur conceſſum contra iniuriā inferentē ſine alterius præiudicio, atq. iniuria. Hinc lege Aquilia tenetur, q ſe defendendi cā lapidē in aduerſariū mittens nō eū, ſed prætereuntē percuſſit; & hoc ob hāc rōnem, q; eum ſolū, qui uim infert, ferire cōceditur, non aūt aliū, ut habetur in cit. l. ſcientiā. §. qui cū aliter. ff. ad leg. aquil. ergo idē in caſu noſtro; eſto. n. Titius ſe defendere poterat, non autem cum periculo, & iniuria tertii, ex quo facienda mala non ſunt, ut eueniant bona.

7 Verùm† quid ſi quis proiiciat in me lapidē, ego verò declinās ipſum euaſi, alius aūt eo percuſſus interiit, an irregularis ego fiā? Planè concludendū eſt me irregularē non fieri; nā legitima tutela utor, ex quo aliter euadere nequeo; & q̄uis contingat alium occidi, eius tamen cā minime ego ſum, ſed, qui lapidem immiſſit, quò idcirco irregularis eſt, ut antea uidimus, atque ſic dixit Hugo. quem refert, ac ſequitur Ang. in uerb. Homicidium. 1. nu. 19. nam irregularem eum non fieri ait, qui declinauerat eum, qui eum percutere uolebat, unde alius eſt percuſſus, & occiſus, modò in fraudem declinans nō feciſſet. Idem inquit Tab. in uerb. Irregularitas. 3. quæſtio 2. Quare etſi uolentis me percutere, percuſſionem euado declinando, alius deformatur, irregularis tamen ego non fio, ſed percutiens, ut idem DD. inquiunt. Si quoque me in aliquem impellas, qui ob id mortuus eſt, uel rōne quapiam mutilatus, non ego, ſed tu primus impellens irregularis es. arg. l. qua actione. §. pinde. ff. ad leg.

Aquil.Si itidē in ingreſſu Eccleſiæ, frequentia
populi quis opprimatur,ut Calē. Auguſti Aſiſ
ſii ad ædem ſacram Portiunculæ,nemo irregu
laris efficitur,modò careat dolo,alter enim ab
altero impellitur ob frequentiam,& nemo uel
let occidere,& non poteſt etiam ſe continere.
Idem de morte cōtingente in huiuſmodi aliis
anguſtiis,ut dixit Maiol.de Irreg.lib.5.§.3.n.
7.& Mar.Socin.Sen.in c.ad audiētiam.n.160.
qui in ſimili ſic reſpondit.de homicid.

8 Septimò† irregularis efficitur,qui canem in
aliquē irritauit,eſto non dolo malo,ſed tamen
canis eum , in quem irritatus erat , mutilauit,
atque occidit,illicitæ rei enim operā dabat, ut
per ſe patet,& facit l.item Mella. §. item & cū
eo.ff.ad leg.aquil.ubi lege aquilia teneri eum
ait,qui canē irritauerat , & effecerat, ut aliquē
morderet,quamuis eum non tenuit.

At quid ſi canis ille mordere non conſueue
rat , ſed tūc rabie affectus momordit,ignorāte
eius rabiem eo,qui ipſum irritauerat, an & in
hoc caſu irregularis hic erit? Adhuc teneo ir-
regularem hunc eſſe;eſto enim id rarè contin
gat,id tamen contingere poſſe dubiū non eſt.

9 Nonò† irregularis etiam efficitur, qui furio
ſo gladiū dedit,unde quempiam eo gladio aut
occidit,aut mutilauit;eſto enim hoc ipſe non
intenderet,cogitare tamen id euenire poſſe de
bebat,& facit.l.qua actiōe. §.ſed ſi quis ſeruū.
uerſ. Quēadmodum.ff.ad leg.aquil. ubi in fa-
ctum tenetur,qui furenti gladium porrexit, &
tunc cauſam mortis præſtitiſſe ibi dicitur, ſi-
cut is,qui pro medicamento uenenum dedit.

10 Decimò† irregularis efficitur is, qui de pon
te quempiam præcipitauit per iocū,ſi ob hanc
cauſam pręcipitatus aut interiit,aut mutilatus
eſt;illicitæ enim rei operam dat , & id euenire
poſſe cogitare debebat,& facit l. qua actione.
§.ſed ſi quis de ponte.ff.ad leg.aquil. Immo ſi
quis id feciſſet,quò prodeſſet præcipitato, ut
pote,quia exiſtimabat ea ratione, ſcilicet per
metus illationem quartana febri eū liberare,
ut uulgo exiſtimatur ; nō.n.faciēda mala ſunt,
ut bona eueniant. Qui ioci gratia etiam metū
ſubitò infert,unde quis ſe præcipitem dat , &
moritur,irregularis fit metum incutiens. Tab.
in verb. Irregularitas.3.q.4.& ſequitur Maiol.
de Irre.li.5.c.48. §.3.n.8.Quare circulatores,
qui ſerpentibus metum ſubito inferunt,uel a-
lii,& deformatio aliqua contingit, irregulares
fiūt;nā nō culpa vacant.l.fi. ff.de extraord.cri.

11 Vndecimò,† qui mulierem prægnantē per
cuſſit,uel alia ratione, unde abortus fœtus ani
mati factus eſt,irregularis efficitur;id.n.eueni
re poſſe cogitare debebat;nā & lege aquilia te
netur.l.ſi ſeruus ſeruū.§.ſi mulier.ff. ad l.aqui.

12 Duodecimò† irregularis ēt efficitur, qui uo
lens occidere unū per errorē,& contra ſuā uo-
luntatem alium occidit;nam illicitæ rei operā
hic dabat. Contrarium tn̄ uidebatur dicendū;
nam in excōicationem non incidit , qui cleri-
cum exiſtimans ſe percutere,laicum percutit,
ut in Tractatu de Cenſuris probauimus.

Atqui à contraria opinione diſcedendū nō
eſt ob rōnem prædictam,& facit le ſcientiam.
§.1.ff.ad le.aqui.ubi lege aquilia tenetur , qui
liberum ſe occidere exiſtimans ſeruū occidit.
Non repugnat rō contraria;nam excōicatio il
la c.ſi quis ſuadente diabolo.17.q.4. afficit ſo
lum,qui eccleſiaſticā perſonā percutit. Ex quo
igitur limitata perſona eſt,ad aliam non perti
net.arg.l.in agris.ff.de acq.rer.dom. Nō repu
gnat ēt ſi dicatur , qui uoluit occidere clericū
unum,& per errorem aliū occidit;uel, qui uo-
luit percutere laicum,per errorem clericum p
cuſſit,excōicatus hic non efficitur; nā idcirco
id conſequitur,qm̄ in cōtemptum clericatus
ordinis vt fiat, neceſſe eſt, & ut iniuriā inferre
velit in perſonam,quam percutit;at quoad ir-
regularitatem ſat eſt,ut factum interueniat, &
ſciat ſe illicitæ rei operā dare. Qui dormiendo
ēt ſuffocat infantem in eodē lecto illicitè poſi
tum,irregularis fit;aliàs ſecus. Illicitè aūt poni
tur,ubi lectus eſt paruus,uel puer ſolet muta-
re locum,uel propè ſe poſuit. Secus autem ſi ni
hil tale īteruenerit,ita dixit Nau.in Man. c.27.
nu.236.uerſ. Vigeſimoquintò,& ca.15.nu.13.
Idem dr̄ de mittente puerum ad puteū,uel flu
men,ſi obruatur,ita Nau.ibid.ſi enim pericu-
lum erat,fit irregularis.aliàs non.

13 Poſtremò† irregularis etiam fit,qui manda
uit quem uerberari,ſed prohibuit omnino, ac
præcepit,ne eū occideret, ſed nihilominus eū
occidit,ut habetur in c.fi.de homici.li.6.& ita
aſſeruit Coua.in Clem.unic.p.2.§.1.nu.2. de
homic.euenire enim id poſſe cogitare debe-
bat,ut dr̄ in eo.c.fi. Qui mādauit ēt mulierem
libidinis cā rapi,irregularis eſt mandans ſi in
terueniat mors mulieris,ut aſſeruit Coua.ibid.
n.2 uerſ. Sic ſanè. Immò idē cenſeo , ſi alterius
mors ſequatur,uel ipſius rapientis. Irregularis
ēt fit,qui ſclopum oneratū rota eius nō dimiſ-
ſa alicui poſuit,vnde puer rotā mouens exone
rauit ſclopum,& puerum occidit,ſeu aliū; non
.n.culpa uacat,atq.ſic conſuluit Nauar. in con
ſi.41.de hom.lib.5.

Ex his igitur apparet,ubi rei illicitę ſua na
tura quis operā dat,ſi mors,membrive mutila
tio ſequatur,irregularē hūc fieri,uel hæc nō in
tenderet is,qui rē illā illicitā geſſit, immò dili
gētiā,ne cōtingeret,adhibuit. Modò rē, quam
facit,ſua natura mortē inferat , mutilationēve,
aut ſæpius inferre ſoleat,ut in propoſitis caſib.
habetur,& ut ſenſit Bal.in l.quid.§. fi.ff. de le.
1.quē refert,ac ſequitur Feli.in c. de cætero.in
fin.de homic.nam inquit clericum irregularē
fieri,qui furtum fieri mandauit, & ob id fur ſu
ſpenſus eſt;eſto.n.clericus nollet eum ſuſpēdi,
in cauſa tamen,quam mandauit, uoluiſſe cēſe
tur. Sed de hac irregularitate hactenus,ad eam
trāſeamus,q̄ naſcitur ex homicidio itidem nō
voluntario,& non neceſſario,ſed quia diligen-
tia adhibita non eſt debita,ubi quis licitæ rei
operam dabat:id quod in ſeq.pręſtabimus.

De

De Irregularitate, quæ oritur ex homicidio non voluntario, nec neceſſario, ſed ob debitam diligentiam nõ adhibitam, dum quis rei licitæ natura deformationem nõ inferenti, operam dat, habito reſpectu ad medicos, chirurgos, aromatharios, ægrotique curam habentes. Cap. XIX.

S V M M A.

1 *Licita res quid ſit.*
2 *Licita res quotuplex.*

De prima ſpecie homicidii nõ uoluntarii, nec neceſſarii, ſed ob culpã commiſſi rei illicitæ operam dando, quã do irregularitas inde oriatur, egimus; modò de altera ſpecie homicidii itidem non uoluntarii, nec neceſſarii, quod committitur dando operam rei licitæ, ſed diligentiam debitam non adhibendo, quando irregularis quis fiat, agamus. Præmiſſo priùs quid res licita ſit. Secundò quotuplex.

1 Quoad primum igitur† licita res ea dicitur, quę iure fieri poteſt, et ſic, quæ iure prohibita non eſt, & quæ ſua natura mortem, mutilationemve non infert (ſi enim hæc inferret, irregularitatem contrahi dubitandum non eſſet) idque meritò, ſi enim illicitum dicitur, quod iure prohibitum eſt, ne fiat, ergo licitum illud dicetur, quod ut fiat permiſſum eſt.

2 Quoad ſecundum† res licita duplex eſt, ſeu duobus modis dicitur. Per ſe, & ſecundum ſui naturam, & hac ratione ſunt res omnes, quæ fieri non prohibentur. Item per accidens, ſcilicet habito reſpectu ad perſonas; & hæ non prædictæ omnes ſunt, ſed aliquæ tantùm, exempli gratia pugnare in iuſto bello permiſſum eſt, & licitum ſua natura, illicitum tamen ratione perſonæ, ut clericis. per cap. ex multa. §. fin. de uot. Item chirurgię artem exercere per ſe licita eſt, clericis autem illicita, ut habetur in cap. ſententiam. ne cler. uel monac.

His premiſſis iam uideamus quinam irregularis fiat rei licitæ operam dando ob debitam diligentiam non adhibitam: id quod conſiderabimus primò in medicis, & chirurgis, & aromatariis, nec non ægrotorum curam gerentibus; deinde in iis, qui alios corrigendi poteſtatem habent: tertiò in artificibus, & operariis: quartò in ludis, ac uenationibus, & iocis; iam igitur primum aggrediamur: id quod in ſequ. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Medicus irregularis fit, ſi ob eius imperitiam ægrotus moriatur.*
2 *Medicus irregularis fit, ſi ob eius negligentiã ęgrotus moriatur.*
3 *Medicus irregularis non fit, ubi ægrotus moritur, ſi nulla culpa ei tribui poteſt.*
4 *Medicus ordinibus initiari poteſt, ſi ob eius culpã nemo ęgrotus mortuus eſt, cuius cura ei credita fuit.*
5 *Medicus an irregularis fiat, ſi eam medicinam facit ægroto, quę an profutura ſit, ignorat, vel dubitat.*

§. I.

§. De medicis, an irregulares fiant, agendũ nobis propoſuimus, ſi ob ſuam cauſam ęgrotus moriatur, de eo ægroto loqmur, cuius curã ſuſceperũt ratione aut priuata, aut publica, quia ſcilicet conducti ſunt aut publico, aut priuato ſtipendio, uel gratis curam ſuſceperunt. Id quod ut dilucidius fiar, de ipſis hęc contẽplabimur. Primum, vbi ægrotus moritur ob eorũ imperitiã. Secundò, ubi ob negligẽtiam. Tertiò, an ſi nulla culpa eis tribui poſſit, irregulares fiant. Quarto, an ordinibus initiari poſſint. Quintò, an irregulares fiant, ægroto ſi medicinam eam faciant, quę an profutura ſit, aut ignorant, aut dubitant.

1 Quoad primã qõnẽ igitur† pro certo habendum eſt medicũ irregularẽ fieri, ſi ob eius imperitiam ægrotus moriatur. Primò, quoniã, ex quo rem, quã ignorat, profitetur, non culpa vacat, ut habetur in l. imperitia. ff. de reg. iu. Imperitia. n. ut ibi dicitur, culpæ annumeratur. Idẽ habetur ſpeciatim de medico in l. illicitas. §. ſi cuti. ff. de off. pręſid. nã ait ibi Iurecon. imputari non debere medico euentum mortalitatis, ſed quod per imperitiã commiſſit. Idem dr in l. qua actione. in fine. iunct. l. ſeq. ff. ad le. Aqui. & in §. pręterea. in Inſti. eo. nã ibi habetur teneri medicũ, ſi ſeruum occiderit, quia malè eum ſecuit, aut perperam ei medicamentũ tribuit; at ubi quis rei licitæ operã dat, irregularis efficitur, ſi culpam aliquã committit, ut DD. cõiter cõcludũt, ſicut teſtatur Cou. in Clem. unic. 2. p. §. 4. de homic. ergo & hic irregularis erit. Scdò probatur id per c. ad aures. de æta. & qua li. nã ibi canonicus quidã cũ in arte phyſicę eruditus eſſet, & idcirco medicus, plurib. iuxta ipſius artis traditionẽ exhibuiſſet cũ diligentia medicinã: & nihilominus plures mortui eſſent, cupiens ad ordines ſacros promoueri, Romanum Pont. conſuluiſſet, reſponſum accepit ne ad ordines aſcenderet, ſi conſcientia eũ remorderet ſup præmiſſis, ſcilicet de mortuis, qbus medicinã fecerat, ꝓpterea quod uel ꝑ ſuã imperitiam, uel negligẽtiã mortui eſſent. Hęc ibi; ſi ergo ad ordines aſcẽdere nõ dẽt, ubi mortui aliqui ſunt, quorum curã ipſe gerebat, ſi cõſcientia remordet, & remordere cõſcia eũ non poteſt in illo caſu, niſi de imperitia uel negli-

gentia,ut dixi,ergo,ubi per imperitiam, uel negligentiam medici ęgrotus moritur, irregularis efficitur,ex quo ad ordines aſcendere nō debet,ut ibi habetur,quod irregularitatis proprium eſt.Poſtremò,ita dixit Innocent.in ca. tua nos.de homicid.& ſequitur eum Abb.ibi, & Felin.& Mar.Socin.Sen.num.5.uerſi. Circa medicum;nam ibi ait ſi medicus reperiatur in aliqua culpa propter mortem infirmi,tunc irregularem fieri. Idem ait in capitu.ad audientiam.num.149.uerſi. Octauum quæro utrum exercens artem chirurgię.cum ſequen. de homicid. Idem Speculator.in Tit.de Irregularit. num.145.uerſ. Facto autem,ibi:Hinc eſt; nam ait,Si medicus in aliqua negligentia fuerit, irregularem eſſe,ergo multo magis, ubi ob imperitiam,idem ſenſit Gloſſ.in cita.cap. ad aures.in uerb.Remorderet,& not. Abba.ibi. nume.2.& Addit.optima ad eum. Idem Syl.in uerb.Medicus.q.1.uerſicu.Secundò.communis denique DD.ſententia hæc eſt, à qua nec nos diſcedemus. Medicus ergo,qui ob imperitiam morbum non nouit,& idcirco medicinā ad eum accommodatam non adhibuit,irregularis efficietur,ſi ægrotus moriatur. Et de quæſtione hac ſatis.

2 Quoad ſecundam quęſtionem,† quæ diximus de imperitia medici,eadem ſentimus, & de negligentia eiuſdem, ut ſcilicet irregularis efficiatur,ut DD.allegati communiter cōcludunt,& rationes allegatæ; nam & communiter concluditur medicum hæc obſeruare debere primò,ut ſit peritus.deinde diligēs quo ad medicinas parandas,ne ex ueteratis, & ex rebus malis conficiantur,ut uiſitet ſępius ægrotum,ſi id morbus poſtulet:admoneat, quę cauere debeat, & medicinam ſecundum præcepta artis tribuat,ita colligitur ex cita.capi. tua nos,& ibi Socin.& ex c.ad aures, ubi Abba.& ex Syl.in uerb.Medicus eod.

3 Quoad tertiā † an medicus irregularis fiat, ſi nulla culpa ei imputari poſſit, & nihilominus ægroti moriantur. Planè concludendum eſt, & pro certo habendum irregularem eum non fieri. Id quod probatur primò per cit.cap. ad aures.de ætat.& qualita. Si enim ibi Summus Pont.conſulit ei canonico,ne ad ordines aſcendat,ſi eum conſcientia remordet de morte eorum,quibus ægrotis medicinam fecerat, ergo ſecus ſi conſcientia eum non remordet; tunc enim ad ordines aſcendere liberè ei licebit,& idcirco irregularis non erit; valet enim argumentum à contrario ſenſu.l.1.ff.de offic. eius. Præterea facit quoque c.tua nos: de homicid.ubi monacus ob eam rem tantùm irregularis habitus eſt, propterea quòd alienum officium uſurpauerat,ut ibi dicitur; nam aliàs peritus erat,& omnem diligentiam adhibue-
4 rat,ergo ſecus ſi laicus fuiſſet.† Poſtremò,ita DD.in allegatis locis,in antecedent. quęſt.cōcludunt,& Gofred.in Sum.de homici. in princi.nam ibi ait medicum phyſicum,uel chirurgum,qui artem exercent, licet infirmi moriantur in eorum manibus,poſſe tamen ad epiſcopatum,uel ſacros ordines promoueri,ſi in medendo habent conſcientiam integram. Idem Addit.ad Abb.in cit.c.ad aures inquit, & Syl. in uerb.Medicus.q.8. nam ait medicos phyſicos,uel chirurgos poſſe ad ordines promoueri,ſi erant periti,& nihil de contingentibus omiſſerunt,& habent de hoc conſcientiam probabilem. Et de quæſtione hac itidem ſatis: ex qua quæſtio quarta eſt diſſoluta. Poterit igitur medicus in hoc caſu ordinibus initiari, ut allegati DD.inquiunt,& Angel.in uerb.Medicus.nu.13.uerſ.Vtrum medicus poſſit promoueri.& Maiol.de Irreg.lib.2.cap.12.nu.2.

5 Quoad quintam quæſtionem† an irregularis fiat medicus,ſi eam medicinam facit, & ægroto tribuit,quæ,an profutura ſit,nec ne,ignorat. Innoc.in c.tua nos.num.1.de homicid.inquit hunc peccare;immò addit, quamuis credat uehementer eam profuturam, ſed tamen, aliqd dubitationis habet, habereve debet, ne noceat & hic eum offendere;tum quòd tutiorem partem eligere debet,c.iuuenis de ſponſ. & c.petitio.de homici.tum quòd tutius eſt relinquere ægrotum in manu creatoris ſui, quā medicinæ credere,de qua dubitat, & ſequitur eum Felin.ibi.num.5.uerſ. Poſtremò ſcias, & Abb.num.4.& Mar.Socin.Sen.nume. 5.qui & opinionem hanc communiter receptā eſſe ſentir. Hanc opinionem ego ēt ſequor,& ob hanc rationem;nam omnia medicamenta uenena ſunt,ut dicitur in l.qui uenenum.ff.de uerb. ſign.ergo non uacat culpa,ex quo eam adhibet, quam dubitat,an profutura ſit nec nē; contra conſcientiam enim facit,& artem.

Atqui an irregularis hic fiet? Et hunc irregularem fieri cenſeo,ex quo non eſt fine culpa ob ea,quæ in prima quæſtione diximus,atque ſic ſenſit Soci.in cit.c.tua nos. Sed de medico ſatis,ad chirurgos tranſeamus.

SVMMA.

1 *Chirurgus an irregularis ſit,ſi ob eius imperitiam, uel negligentiam ægrotus moriatur.*
2 *Chirurgus an irregularis fiat,ſi mēbrū abſcindat.*
3 *Membrum ſibimet ob infirmam valetudinem abſcindens irregularis non efficitur.*
4 *Chirurgum adiuuans,dum membrum cuipiam abſcindit,irregularis non efficitur,vel clericus ſit.*
5 *Chirurgus ſacerdos fieri poteſt, modò conſcientia eum non mordeat ſua culpa quem mortuum eſſe, vel mutilatum.*
6 *Chirurgus dubitans, an membrum abſcindendum ſit,an irregularis fiat,ſi id faciat,& abſciſſus moriatur.*
7 *Medicus permittere non debet, vt membrum abſcindatur,vbi non eſt,qui id facere ſciat.*
8 *Chirurgus,qui non eſt expertus,an ſi uolentē ægrotum abſcindat,irregularis fiat,ſi deinceps moriatur.*

§.De

§. II.

§. De chirurgo agendum nobis propoſuimus an irregularis & ipſe fiat, ſi contingat ęgrotū mori, uel ab eo mutilari; quā queſtionem ut ordinatim magis habeamus, hæc contemplabimur. Primum, ubi ob imperitiam uel negligentiam mors interuenit. Deinde quid ſi membrum abſcindat. Tertiò, q̄d de adiuuante eum, dum membrum abſcindit.

1 Prima quæſtio igitur hæc eſt,† an irregularis fiat chirurgus, ſi per eius imperitiam, negligentiamve ægroti mors ſequatur. In qua quæſtione breuiter concludimus irregularem tunc ipſum fieri; nam primò id DD. omnes allegati in huiuſmodi quæſtione de medico inquiunt, ſcilicet in capitu. tua nos. de homicid. & Abba. in capitu. ſcientiam. numero 10. & numero 23. ne cler. vel monac. & hoc ob eam rationem, quoniam non culpa caret, ergo fit irregularis. Secundò facit capitu. ad aures de ætat. & qualitat. ubi Romanus Pont. conſulit clerico, ſi eum conſcientia remordet de morte quorundam, quibus ægrotis medicinam fecerat, ne ad alios ordines aſcendat; at remordere conſcientia eum non poterat niſi imperitia eius, uel negligentia mortui eſſent. Si ergo ob id quis remouetur ab ordine, ergo irregularis efficitur; hoc enim irregularitas ipſa efficit, ut ab ordine eū remoueat. Niſi ergo & ipſe ſecundum artem ſuas functiones exerceat, & diligentiam debitam adhibeat, irregularis efficietur, ſi ęgroti mors ſequatur. Verùm quid ſi ob eius negligentiam membrum putridum factum eſt, uel ob imperitiam, unde neceſſe eſt, ut abſcindatur, an irregularis hic fiet? Planè cenſeo & hunc irregularem hic fieri; ſicut enim ob culpam ſuam ſi mors interueniat, irregularis efficitur, ita ſi eſt cauſa, ut mutiletur. Et de quæſtione hac ſatis.

2 Secunda quæſtio eſt, † an chirurgus irregularis fiat, ſi membrum ob corporis conſeruationem abſcindat, & uidebatur dicendum irregularem ipſum fieri, nam & iudex irregularis efficitur, qui & iuſtè hoc faciendum curaret, capitu. ſententiam. ne cler. uel monac. & ut ſuo loco ſupra probauimus, ergo idem & hic.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet hunc irregularem non fieri. Primò, quia chirurgus irregularis fit, ubi ob imperitiam, negligentiamve mors, mutilatioue ſequitur, ut proximè probauimus; ergo ſecus ſi id faciat, quoniam morbus id poſtulat, & ars id requirit, quò reliquum corpus ſeruetur. Preterea nullo iure id cautum reperitur, ergo irregularem eum non dicemus, cùm nemo irregularis dicendus ſit, niſi ubi in iure id habetur, capitul. is qui. de ſentent. excommunic. libro 6. Tertiò, quoniam nec irregularis efficitur, qui mutilatur de conſenſu medici, modò ad diuina habilis remaneat, & ſcandalum ne præbeat, ut habetur in capit. ex parte. de corp. uit. & in capitul. ſi quis medicis, & in capitu. ſi quis pro ęgritudine. diſt. 55. Poſtremò, quoniam ſic dixit Abba. in capitu. ſententiam. nume. 23. ne cler. uel monac. nam ait, ſi clericus exerceat hanc artem chirurgiæ, & mors, uel membri mutilatio ſequatur, irregularem eum fieri, & ſi non fuit in culpa, & hoc ob id, quoniam artem ſibi prohibitam exercet, & facit capitu. tua nos. de homicid. at laicum non fieri irregularem, ex quo in culpa non reperitur. Ecce hic apertè haberi laicum irregularem non fieri, ubi culpa uacat. Hanc opinionem quoque, ut chirurgus irregularis non fiat, modò culpa uacet, eſto mors ſequatur, uel mutilatio, ſequitur Nauar. in conſil. 12. nume. 1. de homicid. lib. 5. nam ait laicum exercentem artem chirurgiæ non incurrere irregularitatem ob alicuius membri obtruncationem. Nec obſtat, quod diximus de iudice; nam iudex ad uindictam id facit, qua ratione præſefert horrorem, ac terrorem, & ſic patitur defectum per ſectæ lenitatis, ac chirurgus contrarium facit; per ademptionem enim unius membri ſaluti totius corporis conſulit. Non eſt igitur mirandum, ſi irregularis efficiatur iudex, non autem chirurgus. A propoſita igitur ſententia non diſcedemus.

3 † Quare nec qui ſe ipſum abſcindit, ubi ob ualetudinem id neceſſe habet, irregularis efficitur. arg. c. ſi quis pro ęgritudine. diſt. 55. nam ibi ſi quis ſanus ſe abſcindat, remouetur à clericatu, ergo ſecus ſi non ut ſanus id feciſſet, ſed ut ſe morbo liberaret, atque ſic dixit Nauar. eod. conſi. num. 3. Et de quæſtione hac ſatis.

4 Poſtrema quæſtio eſt,† an irregularis fiat, q̄ adiuuat chirurgum membrum abſcindentē, in caſu licito. In qua queſtione breuiter cōcludimus adiuuantem chirurgum irregularē non fieri; ſi enim principalis non efficitur, ergo neque acceſſorius, & ita dixit Naua. eo. conſi. 12.

Id quod locum habet uel clericus ſit, qui eū adiuuat; eſto enim principaliter prohibeatur clerico artem chirurgię per cap. tua nos. de homicid. ſecus tamen ſi ſimpliciter adiuuet, ſcilicet uel tenendo infirmum, uel facem ardentē, ut lumen faciat, atque ſic dixit Nauar. eod. cōſil. 12. & in Man. cap. 27. nu. 217. uerſ. Decimo tertiò, ſecus autem ſentirem, ubi clericus ipſe ſecaret, & abſcinderet. ob cit. c. tua nos. Nec repugnat quòd adiuuās iudicem fit irregularis; nam id fit ob rōnem allatam in antecedenti q̄ſtione, & ita Nauar. ibid. In hac queſtione igitur ſic concludendum cenſeo.

5 † Poterit igitur chirurgus fieri ſacerdos, modò conſcientia eum non remordeat. iux. cit. c. ad aures. de ęta. & quali. & ita Addit. ibi ad Abb. inquit, & Syl. in verb. Medicus. q. 8.

6 At quid ſi chirurgus dubitet † an membrum abſcindēdum ſit, an abſcindere illud debet, & ſi abſcindet, & moriatur ægrotus, an

irregularis fiet? Planè ſentio non debere illud abſcindere; nam nec medicus medicinam facere debet, quam dubitat, an ſit profutura, ut ſupra concluſimus, atque ſic dixit Innocen. in capitu. tua nos. numero 9. ibi. Et ipſe inciſor. de homicid. nam ait ipſum inciſorē potius omittere debere inciſionem membri, quàm incidere, ſi in aliquo dubitet. Idem Angel. in uerb. Medicus. num. 4. uerſ. Vtrum chirurgus.

7 Immò † nec medicus curare debet, ut membrum cuipiam incidatur, eſto incidendum ſit, ubi non habet, qui benè id faciat, uel ſi de hoc dubitet, ita Innocen. ibid. uerſ. Hoc tamen attendat. Quare ſi contrarium uel medicus, uel chirurgus faceret, irregulares fierent, ſi moreretur ęgrotus, ex quo culpa non uacant. Secus autem, ſi in incidendo erraretur non ob culpam inciſoris, uel medici, ſed ob ęgroti qualitatem, uel quia conſuetam diſpoſitionem mēbrorum, uenarumve non habet, uel ob ſubitum timorem, qui ſupravenit; in hoc enim caſu neuter peccat, neuterve irregularis efficitur, ut inquit Innocen. ibid. uerſ. Immò plus uidetur, & Angel. ibid.

8 At quid † ſi ægrotus uelit ſibi medicinam præſtari ab eo, qui ſe excuſat, eo, quod non ſit in hoc exercitatus, an ſi ægrotus id nihilominus uelit, & idcirco ei medicus obtemperet, quamobrem moritur ęgrotus ob medicinam adhibitam irregularis efficietur? Abb. in ca. ad aures. num. 3. de ętat. & qualitat. ſentit in hoc caſu medicum non teneri, ubi neceſſitate aſſumpſit officium, ſecus ſi uoluntariè, & ſequitur Angel. in uerb. Medicus. nume. 1. ibi, Secus ſi ex neceſſitate. Atqui contrariam opinionē uerissimam cēſeo, & hoc ob id, quod nec quis ab irregularitate immunis eſt, qui abſque neceſſitate ſibi membrum abſcindit, ut habetur in cap. ſi quis abſcindat ſe ipſum, & in capit. ſi quis pro ægritudine. uerſic. Si quis autem ſanus. diſt. 55. ergo idem etſi alius abſcindat de abſciſi uoluntate; non enim plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet. argumen. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. nam nec ab irregularitate liber eſt, nec etiam ab homicidio, q. volentem occidit. Sed de his hactenus ad aromatarios tranſeamus.

SVMMA.

1 *Aromatarij an irregulares ſint, ſi per malas medicinas ab ipſis præſtitas ægrotus moriatur.*

2 *Cuſtodientes ęgrotos, an irregulares fiant, ſi quid eis præſtent, quod mortem afferat.*

§. III.

1 §. † Aromatarii quoque irregulares fiunt, ſi ægrotus moriatur, ubi id contingit ob medicinas ab ipſis compoſitas ex rebus corruptis ob uetuſtatem, uel ob aliam rationem; nam in culpa ſunt, & etiam cauſa, ut ægrotus moriatur. Peccant igitur mortiferè, & irregulares fiunt, ut dixit Abba. in cap. tua nos. num. 4. uerſ. Aduerte, ibi. Quod nota contra iſtos aromatarios. Caueant igitur ne auaritia obcecati æternis cruciatibus ſe addicant. Et de hac quæſtione ſatis.

2 Poſtrema quæſtio eſt †, quid de iis dicēdum ſit, qui ægroti curam gerunt, an irregulares fiant, ſi quid ei præbeant, quod mortē afferat. In qua quæſtione ſic diſtinguendum cenſeo. Aut prębent ea, quæ medicus ægroto præſcripſit; & in hoc caſu, quamuis ægrotus moriatur, nec peccant, nec irregulares fiunt, modò pro certo non habeant à medico pręſcripta nō eſſe huiuſmodi, quæ mortē afferant, ad ipſos enim de his iudicare non pertinet.

Aut de conſilio medici ea præbent, quæ ſciunt nocitura, & in hoc caſu, ſi mors ſequatur, irregulares fiunt, ut dixit Innocen. in cap. tua nos. num. 5. uerſi. De ſeruientibus autem. de homicid. & ſequitur Abb. ibid. nu. 6. uerſic. Circa ultimum, & Mar. Soci. Sen. in fine, quippe qui mortis cauſam dederunt.

At quid ſi miſericordia ducti id faciant? Et hic etiam grauiter peccant, tum quod guſtui corrupto ęgroti obedire non debent; tū quod medico non obediunt, cui obedire, & credere debent, ſicut cuilibet artifici in ſua arte. argumen. capitu. ſignificaſti. de homicid. & leg. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. homin. Quare mulieres, quę facilè miſericordia ductæ ægrotis morem gerunt, ſæpè peccant, ut inquit Abb. ibi.

An autem irregulares tunc fiant? Rurſum ſic diſtinguendum eſt. Aut id, quod præbent, uetitum eſt à medico, ne præbeant, & in hoc caſu irregulares fiunt, quippe quia non culpa uacant, ex quo medico non obediunt, idem ſi dolo id faciant, uel notabili culpa, atque ſic dixit Angel. in uerb. Medicus. num. 10. uer. Vtrū infirmis, & Nauar. in Man. cap. 27. nume. 228. & Couar. in Clemen. unic. de homicid. p. 2. §. 4. num. 3. uerſic. Ex his etiam apparet, & Socin. in capitu. ad audientiam. num. 158. de homicid. Aut id medicus non uetuit, & in hoc caſu uel ſciebant id ei facilè nociturum, uel ignorātia probabili non laborabant, uel ſaltem dubitabant, & in hoc caſu irregulares fiunt, ut dixit Angel. ibid. nam & de medico ita ſupra concluſimus. Quare laboranti morbo pleuritidis, ideſt di mal di coſta, quod uinum eo morbo laboranti inimiciſſimum eſt, id quod nec ruſtici ignorant, ob eam rem cuſtodientes ægrotos huiuſmodi, ipſis uinum præbentes irregulares fiunt, ſi ob id moriantur, ſecus autem ſi miſericordia ducti aliquid aliud prębeant, quod uetitum eis non eſt, nec dubitant nociturum, atque ſic DD. allegati concludunt. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo. Fit quoque irregularis cuſtos ægroti frenetici, ſi permittat eum exire lecto, uel domo, unde aut ſe præcipitat, aut quem deformat. Idem ſi ſomno deditus ob crapulam ſit, & ægrotus eadem faciat, ita Maiol. de Iregular. lib. 5. cap. 48. §. 4.

numer.

num.4. Et de his hactenus, ad eos, qui coercendi uim habent, tranſeamus.

De Irregularitate, quæ oritur ex homicidio non voluntario, nec neceſſario, ſed ob debitam diligentiam non adhibitam, dum quis rei licitæ operam dat, reſpectu habito ad eos, qui correctionis gratia, & factis caſtigandi poteſtatẽ habent. Cap. XX.

SVMMA.

1 *Caſtigare correctionis gratia poſſunt, qui iuriſdictionem fori exterioris habent ſuos ſubditos.*
2 *Parentes liberos.*
3 *Propinqui propinquos.*
4 *Domini ſeruos.*
5 *Quiſque ſuam familiam.*
6 *Mariti ſuas vxores.*
7 *Parochi ſuos parochianos.*
8 *Magiſtri ſuos diſcipulos.*
9 *Licitæ rei operam dans irregularis non efficitur, ubi diligentiam omnem debitam adhibet, eſto mors, mutilatio ve ſequatur.*
10 *Præsbyter, qui uolens corrigere quempiam de ſua familia cingulo, quo cingi ſolebat, uerberãdo gladio è vagina, quę cingulo adherebat dorſum eius, quem caſtigabat, uulnerans, irregularis fit, ubi ex ea percuſſione moritur.*
11 *Magiſter, qui in diſcipulum non benè aliquid faciẽtem aliquid in caput proiecit, vnde occulum ei effodit, irregularis efficitur.*
12 *Magiſter, qui calce diſcipuli uentrem percuſſit, vnde crepuit, & mortuus eſt, irregularis efficitur.*

De eorum irregularitate hic agendum eſt, qui, cùm correctionis gratia, & factis caſtigandi ius habent, moderatione non adhibita ad correctionem, nec diligentia, eos, quos caſtigant, aut mutilant, aut occidunt: id quod ut dilucidius ſit, primò uidebimus, quinã hi ſint. Deinde quando irregulares non fiant, eſto mors, membriue mutilatio interueniat. Tertiò, ubi fiunt irregulares.

Quoad primam quęſtionem corrigendi alios, & ob id caſtigandi poteſtatem habent. †
1 primum, qui fori exterioris iuriſdictionem habent, ut terrarum Domini, & iudices. Deinde, qui eandem iuriſdictionem habẽt in perſonas ſibi ſubditas ſed ſine territorio, ut ſunt Generales, & Prouinciales religionum, nec non Abbates, Priores, & huiuſmodi, qui ſubditos ſub ſe habent; hi enim omnes corrigendi, & caſtigandi poteſtatem habent, ut habetur in capit. uniuerſitatis. de ſentent. excommun. & inquit Gloſſ. in capit. poteſt. uerſicu. Item Abbas. de regu. iur. lib. 6. & Angel. in §. 1. num. 10. in In-
2 ſtitu. de iis, qui ſui, uel alien. iur. ſunt. † Secundò caſtigare poſſunt, qui iuriſdictionem fori exterioris non habent, ut Parentes ſuos filios.
3 Tertiò† propinqui propinquos, ut habetur in tot. titu. C. de emend. propinq. & ut Ange. ibi-
4 dem ait. † Quartò domini ſuos ſeruos, ut habetur in cita. §. 1. & fin. in Inſtit. de iis, qui ſui, uel alien. iur. ſunt. & in leg. unic. C. de emend. ſeruor. Id quod conceditur non ſolùm, ubi quis abſolutum dominium in ſeruos habet, uerùm etiam uſumfructum, ut habetur in l. locum. §. ex eo. ff. de uſufruct. & not. Angel. eod. §. 1. nu
5 me. 10. † Quintò quiſque ſuam familiam, ut habetur in cap. cum uoluntate. §. fin. uerſi. Quod
6 & de iis. de ſentent. excommun. † Sextò mari-
7 tus ſuam vxorem, ut ait Angel. ibid. † Septimò Parochi ſuos parochianos, & ſeniores iuuenes, ut habetur in citat. capitu. cùm uoluntate.
8 §. fin. † Octauò magiſtri ſuos diſcipulos, ut habetur in l. ſed etſi quemcunque. §. fin. ff. ad le. Aquil. & in cap. ex tenore. de ſenten. excomm. & in eod. §. cum uoluntate. §. fin. Hi omnes ergo correctionis gratia caſtigandi prædictos facultatem habent. Et de quæſtione hac ſatis.

9 Secunda quæſtio eſt, † an prædicti (de iudicibus non loquor) irregulares fiant, ſi in correctione contingat quem mutilari, aut occidi eorum, qui corriguntur. In hac quæſtione breuiter concludimus, modò corrigentium culpa nulla ſit, quippe quia adhibuerunt diligentiã, quam potuerunt, & debuerunt, irregulares nõ fieri. Et hoc ob eam rationem, quòd licitæ rei operam dant, & debitam diligentiam adhibẽt, quo caſu irregularis quis non efficitur, ut tradit Gloſſ. communiter recept. in capitu. ſicut dignum. §. fin. in uerb. Conſilium. uerſi. Si verò caſu committitur homicidium. de homici. Facit etiam cap. ex literis. 1. eod. ubi presbyter irregularis non exiſtimatur, qui, cum fœnum de curru deponere uellet, & perticam ſuperius alligatam in terrã proieciſſet, deinceps puerum, iuxta curum ſemiuiuum reperiit, qui & mortuus eſt; & hoc ob id, quod priuſquam iaceret perticam, ſolicitè circumſpexerat, an aliquis circa currum eſſet, & neminem uidit. Hoc autem idcirco fit, quoniam rei licitę operam dabat, & diligentiam, quam potuit, ac debuit, adhibuit, ut inquit Gloſſ. in eod. uerſ. & notatur. in cita. cap. ex literis. Facit quoque ca. ex literis. 2. eod. ubi monachus ſubſeruiens ad deponendam de campanili campanam ab ordinum ſuſceptione non remouetur, quamuis quoddam lignum, quod corruit ipſo mouente, quendam puerũ oppreſſit, & occidit; & hoc ob eam rationem, quoniam rei licitę operam dabat, & in eo loco, per quem aliquem tranſire, uel exiſtere, uel uenire de conſuetudine nõ credebat. Idem probatur in capitu. dilectus filius,

lius,& in cap.ſignificaſti.eod.nam in capi.dilectus,capellanus impeditus nõ fuit, quominus diuina celebraret,qui morbo affectus, ut comedendi appetitum excitaret, equum aſcendit,qui non bene habenis parens, ſed præter ſeſſoris arbitrium,ſaltibus laſciuiẽs,fracto freno proprio arbitrio relictus currens feſtinanter in quandam mulierem,quę infantem baiulabat,irruit,& procul abiecto ſeſſore, infantulum ipſum oppreſſit;nam licitæ rei operam dabat,ut ſenſit ibi Romanus Pon. Idem habetur in citat.capitu.ſignificaſti.Quotieſcunque igitur quis rei licitæ operam dando omnem diligentiam adhibet,quam debet,ac poteſt, irregularis non efficitur,ergo nec prędicti irregulares fiunt.Quare,ſi magiſter uolens alapam diſcipulo inferre,diſcipulus uerò declinare, & euadere eam uolens,retro ſe trahens cadat,& caput ſic lædat,ut moriatur,magiſter irregularis non efficitur;non enim id egit, quod culpã ſecum haberet.Non itidem prædicti irregulares fient,ſi mandent correctionis gratia ſibi ſubiectos caſtigari,ſi contingat caſtigantem correctionis terminos egreſſum aut mortem, aut mutilationem inferre,ita Innocen.in capit ad audientiam,& ibi Abba.in ſimili. de homi.& Maiol.de Irregular.lib.5.cap.48.§.2. nume.5. uerſi.Quod procedit. Et de quęſtione hac itidem ſatis.

Tertia quæſtio eſt,quando prædicti in correctione irregulares fiunt;quę quidem quęſtio ex antecedenti facilè diſſoluitur; tunc enim irregulares fiunt,ubi diligentiam, quam debẽt, ac poſſunt,non adhibent;ob hanc enim rationem irregularis quis efficitur,ubi licitæ rei qs operam dat.

10 Quare præsbyter ille†de quo habetur in c. ad audientiam.de homicid.pro irregulari habitus eſt,qui uolens corrigere quendam de familia cingulo, quo cingi ſolebat, eum uerberans,gladio de uagina,qui cingulo adherebat, elapſo,dorſum eius famuli uulnerauit,& deinceps mortuus eſt;& hoc ob eam rationẽ,quod cogitare debebat id euenire poſſe, & idcirco uaginam inde, uel gladiũ amouere debuiſſet.

11 Qui etiam†diſcipulo non benefacienti, qđ præceptum ei eſt, aliquid in eius caput proiicit,unde occulum ei effodit,irregularis efficitur.argum.l.ſed etſi quemcunque.§.proponitur.ff.ad leg.aquil.ubi ſutor lege aquilia tenetur ob id,quod hac ratione puero occulum eruiſſet;nam & hic culpa non caruit, ex quo cogitare poterat id euenire poſſe:leuis enim caſtigatio docenti permiſſa eſt,ut ibi dicitur,nimia uerò ſeuitia culpæ aſſignatur. l.præceptoris.ff.eod.& l.item quæritur.§. item Iulianus. ff.loc.Facit quoque cap.præsbyterum.de homicid. Vbicumque igitur culpa aliqua magiſtri interuenit quoad mutilationem,uel homicidium irregularis efficitur. Et quæ diximus de magiſtris eadem aſſerimus & de aliis prædictis,qui correctionis gratia caſtigare alios poſ-

12 ſunt.†Si itidem magiſter calce pueri uentrem percutiat,unde crepuit,& mortuus eſt,irregularis etiam efficitur.Et ad ſummam, ubi culpa aliqua ei tribui poteſt;Secus autem,ubi culpa uacat,ut pote,quia ſeruauit modum in correctione.ita inquiunt Nauar.in Man.capi. 27. num.235.& Couar.in Clemen.unic.2.pa.§.4. num.5.uerſ. Ad eandem partem,qui & de cõmuni ſententia teſtatur.

De Irregularitate,quæ oritur, ex homicidio non voluntario, nec neceſſario,ſed ob debitam diligentiam non adhibitam, dum quis rei licitæ operam dat, habito reſpectu ad artifices, & operarios quoſcunque. Cap. XXI.

SVMMA.

1 *Artifices,& operarij quicunque irregulares fiũt, ſi ob debitam diligentiam ab ipſis non adhibitam per eorum artes,atque operas quis occiditur aut mutilatur.*

2 *Ruſticus de curru ligna, fœnumve in terram deijciens,vel de arboribus cedens ſi quem opprimat ſua culpa,& ob debitam diligentiam non adhibitam,irregularis efficitur.*

3 *Auriga,muliones,ſi impetu equos,muloſve impellant,& aliquos opprimant non admonitos priùs, ita ut inde euadere poſſint,irregulares efficiũtur, ſi mors,mutilatiove interueniat.*

4 *Aequitans irregularis efficitur,ſi equus morſu,uel calcibus quem feriens interficiat,ſi ob eius imperitiam equi gubernandi,uel imbecillitatẽ id fiat.*

5 *Faber ædium ſi dum tecta inſtaurat,tegitve,& inde cementa,& alia in terram proijciat, irregularis fit,ſi ob proiectionem earum rerum quis moriatur,modò locus ille frequentaretur, in quẽ ea proiecit, ubi prius prætereuntes ratione quapiã non admonuit.*

6 *Idem ſi dum ędificium exędificat,ſcalas non benè accommodat,uel armaturas,ſic enim appellant; unde ipſi inſeruientes moriuntur, ſcalis,atque armaturis corruentibus.*

7 *Idem ſi pontem quempiam fabricent,non adhibita diligentia,unde facilè corruit,ſi alicuius mors interueniat.*

8 *Nautæ irregulares fiunt,ſi ob eorum imperitiam, uel negligentiam in naui gubernanda aquis obruuntur,qui uehuntur.*

9 *Campanas pulſantes an irregulares fiant, ſi tintinabulum cadens quem occidat.*

1 IRREGVLARES quoque fiunt,†artifices, & operarii omnes, qui artibus ſuis exercendis ob diligentiã non adhibitam,uel imperitiam, quem occidunt uel mutilãt eſto enim licitas artes exerceant, ob culpam tamen commiſſam proficiſcentem

ſcentem uel ab imperitia, uel ab incuria, irregularitatem non euadunt,ut tradidit Gloſſ.cõmuniter recept.in cap. ſicut dignum.§.fin.in verb.Conſilium. uerſ. Si uerò caſu committitur homicidium.de homicid.

2 Quare† Ruſticus de arbore ligna,de curruve deijciens,uel fœnum in locum,qui ab hominibus frequentatur, ſi prętereuntes non prius admonuerit,ut fugere poſſent, irregularis efficitur.argum.c.ex literis.1.de homicid. & c.fi. eod.nam in cap.ex literis,præsbyter irregularitatem euaſit, qui de curru fœnum deponendo puerum oppreſſit ob id, quòd antea circũſpexit diligenter,& neminem uiderat,ut ibi dicitur,ergo ſecus ſi non diligenter cõſpexiſſet; ualet enim argumentum à contrario ſenſu.argum.l.1.ff.de off.eius.Idem habetur in cit. c. fin.ubi & ſacerdos irregularis nõ eſt exiſtimatus,quamuis quidam oppreſſus interierit ruẽte quodam ex ædificio; & hoc ob hanc rationem,quoniam,ut ibi dicitur,diligentiam,quã debuit,adhibuit circumſtantibus,quibus periculum imminebat,ita tempeſtiuè,& alta uoce prępmonitis,quod & intelligere, & fugere potuerant; ergo ſecus ſi prædictam diligentiam non adhibuerint.Facit quoque.l. ſi putator.ff. ad leg.aquil. ubi ſi putator ex arbore ramum deiiciens prætereuntem occidat, lege aquilia tenetur;& hoc ob id,quod in culpa eſt,ex quo id põuidere poterat,ut in facto proponitur.Hi ergo omnes irregulares efficiuntur.Excipitur tamen,ubi diligentiam eam adhibuerint,ſcilicet circumſpiciendo,ne quem oſtendãt,& clamando,& admonendo etiam alta uoce,& tanto ante,ut fugere poſſint,ut habetur in cit. ca. fin.de homici.& in ead.l.ſi putator. & c.hi q. cum duob.ſeq.di.50.non enim tunc irregularitas contrahitur neque quoad ordines ſuſceptos,neque ſuſcipiendos, ut de communi ſententia teſtatur Couar.in Clemẽ.unic.p.2.§.4. prope finem,contra Gloſſ.in c.dilectus. de homicid.Secus autem in loco non frequentato,q frequẽtari non ſolet,ut in medio agro,uel fundo;tunc enim non tenetur, modo dolus abſit. arg.cit.l.ſi putator.Vel fur ſit, qui arborem cedit,quicquid dixerit Maiol.de Irregular. li.5. §.3.num. 10.uerſ.Incautus.

3 Auriga quoque† & muliones,nec non equo inſidentes irregulares fiunt,ſi eorum culpa uel quadriga,uel equis,uel mulis quem oppreſſerint,quia ſcilicet ante proficiſcentes tempeſtiuè non admonuerunt ob eaſdem rationes, & iura.Immò,& locãtes equos, qui uitio aliquo laborant, unde mortis periculum imminere poteſt,ſi mors ſequatur, ut pote qa eſt equus reſides,ideſt Reſtio, uel ſi ſæpius pedibus offendat,ideſt inzampi; debet enim admonere eos,quibus illos locant.

Item equo inſidens ſi ob imperitiam equitandi,uel ob imbecillitatem equum regendi, equo quem oppreſſerit,ex quo freno cohibere non potuit,nec ſciuit,irregularis efficitur; imperitia enim irregularem quem reddit, ut de medico,& chirurgo ſupra uidimus,& facit ca. dilectus.de homici. ubi capellanus excuſatur ab irregularitate,eſto equus puerum oppreſſerit,& hoc ob hanc rationem,quod non ob eius imperitiam,& imbecillitatem,ſed ob freni fractionem id contigit;ergo ſecus, ſi ob aliã cauſam.Excipitur ergo,ubi caſu,& non ſua culpa, uel imperitia id contigit.

4 At quid† ſi quis inſidens equo, cuius uitia ignorat,exiſtimans eum uitioſum non eſſe,pmittit,eum liberè ire de more, & ut fieri ſolet, quempiam oppreſſit per ipſum equum,ut pote uel morſibus,uel calcibus,uel furioſe currendo,an irregularis hic efficietur? Concludendũ eſt irregularem hunc non fieri;& hoc ob id, ꝙ probabilem ignorantiam habebat, quæ ab irregularitate excuſat,ut habetur in cap. apoſtolicæ.de cler.excomm.min.& facit.c.ſignificaſti.de homicid. ubi ob hanc cauſam clericus irregularitatem euaſit, quoniam equi uitium ignorabat.

5 Fabricantes quoque ædes,† ſi dũ tecta cooperiunt,uel reficiunt,cementa & tignos in locum deiiciant,in quo eſſe homines ſolent, uel tranſire,irregulares efficiuntur,ſi non admonuerint,uel uerbis,uel ſignis ſolitis poni in huiuſmodi locis;tunc enim excuſabuntur, ut habetur in citat.cap.fin.de homici.† Irregulares

6 etiam efficientur,ſi ſcalas,& loca, id eſt armaturas,ſic enim uulgo appellantur, ita negligenter accommodauerint, ut ipſis corruentibus uel opprimantur,qui ſuper ipſas erant,uel qui

7 ſub ipſis.† Sicut etiam ſi pontem nõ ut debet, ędificauerint,unde eo corruente, quia ob imperitiam,uel negligentiam ipſorum fabrorum debilis erat,tranſeuntes mortui ſunt.

8 Nautæ† itidem ſi eorum imperitia uel negligentia intereant,qui in naui ſunt,aquis obruta naui,irregularitatem non effugiunt ob iura ſupra allegata,atq; ita dixit Maiol.de Irregul.lib.5.cap.48.§.3.nume. 14.uerſ.Ideo.& §. 5.num.4.ſecus autem ſi ſubito uentorum impetu id contingat, qui præuideri non potuit, tunc enim quis irregularis non efficitur,ut habetur in cap.Ioannes,& cap.fin.de homicid.& ad ſummam ubi culpa vacat.

Ad ſummam quotieſcunque quis aliquid licitũ exercet,uel facit,ne irregularis fiat, cauere debet,ne ſua imperitia,uel negligentia, ſeu culpa mors,membriue mutilatio interueniat. Et quoniam infinitum eſſet uel omnes caſus percurrere,& quando imperitia, negligentiave interuenit,ideo ad arbitrium iudicis in hoc caſu confugiemus,qui & ipſe ex æquo, & bono,ubi culpa interuenerit, arbitrabitur. Id qđ faciendum eſt, ubi certa regula perſcribi non poteſt.arg.l.1.ff.de iur.delib.& c.de cauſis.de off.deleg. ſecundum enim regulas propoſitas & ipſe iudicabit,factis diligenter inſpectis.

9 At quid de pulſantibus campanas,† an irregulares fient,ſi tintinabulum cadens quem occidat?

cidat? Concludendum eſt irregulares non fieri ob cita.cap. Ioannes,ubi hoc habetur. Excipio tamen,ubi non ea ratione ipſum conſtrinxiſſet,aut eo fune ualidiori, unde uel diſſolui, uel rumpi facilè poſſet; tunc enim ſi pulſantes ipſi hoc fecerunt,uel alios id feciſſe non ignorant,irregulares fiunt,quoniam non culpa carent.Sed de his hactenus,ad alios tranſeamus.

De Irregularitate,quæ oritur ex homicidio non uoluntario, nec neceſſario, ſed ob debitam diligentiam non adhibitam, dum quis rei licitæ operam dat,habito reſpectu ad ludentes quocunque ludi genere,aut venantes,aut iocantes. Cap. XXII.

SVMMA.

1 *Ludentes quocunque ludi genere ſi ob eorum culpã quis mutilatur,occiditurve in ludo, irregulares fiunt.*

2 *Ludentes in locis non deſtinatis, an irregulares fiant,ſi quem occidant.*

3 *Ludens ſi percutiat pila manum tonſoris, dum nouaculã ad guttur alicuius habet,quem tondet,vnde fauces eius ſecat,& moritur, an irregularis efficiatur.*

4 *Ludens niue an irregularis fiat,ſi cui occulos effodiat.*

5 *Armis inter ſe concurrentes, ſeu concertantes, ludi gratia, an irregulares fiant, ſi alter alterum occidat,occuloſve eruat.*

6 *Saltans cum muliere pregnante,an irregularis fiat, ſi abortum faciat.*

7 *Lapidibus certantes,an irregulares fiant, ſi mors, mutilatiove interueniat.*

8 *Curſu pedibus,uel equo ſe exercentes,ſi ob eã cauſam aut moriantur,aut mutilentur,an irregulares ſint,qui curſus auctores fuerunt.*

9 *Currens poſt alterum an irregularis fiat,ſi is, poſt quem currit,cadat,& moriatur.*

10 *Ludens,& terrorem incutere colludenti volens,an irregularis fiat,ſi lapidem proijciat,& alter euadere eum uolens cadat,& moriatur.*

11 *Proijciens quem ludi gratia in terram,ſi læſus gladio eius,quem in terram proiecit, moriatur, an proiectus in terram,irregularis fiat.*

12 *Venationibus operam dans,an irregularis fiat,ſi in ipſis quem occidat.*

13 *Clericis quæ uenationes prohibitæ, & quando per ipſas irregulares fiant.*

14 *Dicens in communibus congreſſibus ſe audiſſe Titium,exempli gratia,adulterium commiſiſſe cũ uxore talis,uel Titium furtum commiſiſſe,uel alicubi exules eſſe,an irregularis fiat,ſi prius delictũ aliquis audiẽs marito deferat, unde maritus uxorem occidit,uel duo poſteriora iudici quis defert, unde & fur,& exules ſuſpenduntur.*

1 LVDENTES itidem† nec non uenationibus operam dantes, iocanteſve irregulares fiunt,ubi ſua culpa quis mutilatur, aut occiditur; etſi enim ludi,& uenationes,necnon ioci liciti ſunt,tamen ubi diligentia non adhibita,quæ debet,mors,mutilatiove interuenit,irregularis quis efficitur, ut tradidit Gloſſ.communiter recept.in ca. ſicut dignum.§.fin.in uerb.Conſilium. de homici.

2 Quare† quoad ludos,qui exercent ſe ſclopetis,qui fole,uel ad proiiciendam pilam ligneã malo ligno,ideſt al Palamaio,& huiuſmodi ludis in locis ad id non deſtinatis,ſed hominum frequentia celebribus,irregulares fient, ſi illis pilis,uel ſclopis quem occidant, uel mutilent; etſi enim rei licitæ operam dant, quod tamen non in loco licito id faciunt, ob eam rem irregularitatem non euadunt ob culpam commiſſam in exercendis iis ludis ibi,ubi populus frequens adeſſe conſueuerat.argum.l. item Mella.uerſ.Et ſanè.ff. ad leg. Aquil. ubi tonſor non excuſatur ob mortem eius,quem tondebat, q̃ accidit, ob id,quod eo in loco eum tondebat, ubi ex conſuetudine ludebatur,ergo à contrario ſenſu ſi ludi prędicti exerceantur in locis non conſuetis imputabitur ludentibus mors, mutilatioue interueniens; pręuideri enim poterat hic caſus,quamobrem quis ab irregularitate non excuſatur.arg.c.Ioannes,& c.fin.à cõtrario ſenſu.de homicid.

3 Verùm† quid ſi ubi pila luderetur,quis pilã in tonſoris manus deiecit,& eius, quem tõſor radebat,gula pręciſa eſt, deiecto cultello, an ludens,tonſorve irregularis erit? Planè ſi culpa tonſoris id contigit,qui,ut uideret ludentes, extra ſuam tabernam,tondere noluit, irregularis erit.Si autem ob ludentis culpam,qui in loco ad id non deſtinato ludebat,ipſi tribuetur, & irregularis efficietur; debuit enim hoc animaduertere, ſecus autem ſi in loco conſueto, & deſtinato ad ludum luderet. Quare, ſi forte pila in ædes tonſoris mittatur, & caſus prędictus eueniat,neuter irregularis erit. Non ludens,quoniam id non intendebat, & in loco deſtinato ludebat;non tonſor,quoniam in ſua ſolita appoteca tondebat,& ſic neuter in culpa erat.

4 Qui etiam† hyemali tempore pilis niueis mutuo ſe percutiunt,irregulares fiũt, ſi quem mutilare contingat, modò tamen pilas glacie conficiant,uel lapidibus miſceant;id enim cõtingere facile poteſt, & idcirco non culpa uacant,ex quo lapidibus,& glacie, uel niue iam in glaciem tranſeunte pilas conficiunt; immò hanc eorum culpam,etſi dolum appellare non audeam, latam culpam tamen appellare non dubito,aliàs ſecus.

5 Gladiatores itidem† qui ſe armis exercent, raro irregularitatem euadent, niſi diligentia

ſumma

ſumma utantur.

Qui haſtis etiam inter ſe concurrunt ludi gratia, ideſt *Gioſtrano l'uno con l'altro*, irregulares efficiuntur ob homicidium, mutilationemve, ſi ipſis interueniant; & hoc ob id, quòd prohibitę rei operam dant; quæ ob id prohibita eſt, quoniam mors interuenire, mutilatiove ſępius ſolet, ut habetur in titu. de torneam. Vel diligentiam igitur quamcunque adhibeant, irregularitatem non euadēt; nam ubi illicitæ rei quis operam dat, uel diligentiam omnem adhibeat, irregularis efficitur, ut tradidit Gloſſ. communiter recept. in c. ſicut dignum. §. fin. in verb. Conſilio. de homicid.

6 Qui† cum muliere grauida etiam ſaltat, vel actus alios gerit, unde abortus fit, irregularis efficitur, ut habetur in c. ſicut ex literarum. de homicid. ubi Romanus Pont. perſuaſit illi ſacerdoti, qui luſerat cum quadam ſua, & ob luſum abortum fecerat, ut abſtineret ſe ab altari, ſi fœtus animatus erat; idque merito, ludus enim noxius in culpa eſt, ut dicitur in le. nam luſus. ff. ad leg. aquil. & ait Gloſſ. in c. exhibita. in uerb. Proiecit. de homicid. Nec repugnat ſi dicatur eum ſacerdotem irregularē fuiſſe ob id quod inhoneſtam conſuetudinem cum ipſa habuerat, ut DD. communiter ibi inquiūt, tum quòd eorum dictum nulla ratione ſolida probatur; tum quòd Romanus Pont. id nō cōſiderat, ſed ſolùm diſtinguit, an fœtus eſſet animatus, atque ſic dixit Couar. in Clem. unic. 2. p. §. 4. nu. 10. uerſ. Quintò libenter. de homici. Quare uel frater eſſet, tantundem dicendum eſſet. Excipitur tamen, ubi quis probabiliter ignoraret eam prægnantem eſſe, ignorantia. n. facti ab irregularitate excuſat, ut habetur in c. apoſtolicæ. de cler. excomm. min. & in c. ſignificaſti. de homicid. & ita aſſeruit Couar. ibid. uerſ. Deinde, & n. 4. uer. Scđò. Secundò excipitur, ubi ludus talis non eſſet, & ſaltatio, quæ abortum generare ſolerent: id quod probatur per cit. cap. ſicut ex literarum; nam ſaltādo per zonam arripuit: qui modus facilè abortum generare poterat, ergo aliàs ſecus.

7 Qui etiam ludi cauſa† lapidibus inter ſe certant, irregulares fiunt, ſi mors, mutilatiove interueniat; nam eſt ludus periculoſus, & mea ſententia non licitus ob mutilationis, mortiſuè periculum. argum. tot. tit. de torneam. Quare ob id Bononiæ fuit hic ludus prohibitus, eſto per aliquot dies fuiſſet tolleratus, atque ſic dixit Couar. in Clem. unic. 2. p. §. 4. num. 6. de homicid. nam quoties agitur de ludo proiiciēdi lapides ad offenſionem, licitū non eſſe ait, nec inter pueros, nec inter minores, quia ludus noxius eſt. Secus autem, ſi lapides iacerentur in aliquem locum, uires corporis, & induſtriam experiendi gratia; tunc enim licitus eſſet ludus hic: ita Couar. ibidem inquit.

8 At quid† de iis, qui curſu ſe exercent, uel pedibus, uel equo ob brauium, ſeu ad brauium, unde contingit aliquem eorum cadere, & mori, uel à ſocio prætereūte percuti, & cadere, uel per ſe? Planè irregularem non fieri cenſeo ſocium, ſi impetu equi id faciat ipſo id non uolēte, & multo minus ſi caſu cadat; nam tunc nec qui brauiū propoſuit, irregularis fiet; eſt enim ludus licitus, cui & Sanctus Paulus uitam noſtram comparauit. Irregularis tamen mea ſententia fiet ſocius, qui dolo conaretur ſocium equo deiicere, uel alia ratione in terram eum deiicere; curſu enim tunc contenditur, & ideo uirtute, & non dolo certari debet. Addo & in bello licito ſi quem occidat, irregularem fieri, ut ſuo loco probauimus.

9 Non etiam† irregularis efficietur, ubi plures hoc ludo ſe exercent, ut alter poſt alterum currat, quò eum comprehendat, ſi is, qui præcurrit, cadat, & moriatur, licitus enim ludus hic eſt, quippe quia non eſt prohibitus, & ob id ſat eſt, ne quis dolo incutatur.

10 Non etiam † irregularis fit, qui ludendo, ſi ut terrorem incutiat alteri lapidem proiiciat, & alter uolens lapidem euitare, currens cadat, & moriatur, ut habetur in ſimili in cap. exhibita. de homicid. Excipitur tamen, ubi lapidem ita grauem miſſit, ut uulnus non fugienti periculoſum inferre potuiſſet; tunc enim irregularis eſſet, qui lapidem miſſit, atque ſic not. ibi Innocen. & Abb. num. 5. & DD. communiter, ut teſtatur Couar. in Clemē. unic. de homicid. p. 2. §. 4. num. 6. Idque meritò, nam non culpa caruit tūc. Idem ſi finxit ſe magnum lapidem iacere, ita ſenſit Tab. in uerb. Irregularitas. 3. q. 4.

11 Non etiam† ſi ex ludentibus alter alterum in terram proiiciat, & qui proiecit feriatur à gladio, quem habebat in terram proiectus ad latera; non inquam irregularis erit in terram proiectus, ſi moriatur proiiciēs, ut habetur in cap. lator præſentium. de homicid. Excipitur tamen, ubi qualitas ludi poſtularet, ut ſine armis quis eſſet; tunc enim quod culpa non uacaret, non exuendo ſe armis, ob eam rem irregularis efficeretur. ob cap. continebatur. de homicid.

12 Quoad uenationes itidem† irregularitas cōtingere poteſt. Verùm quod uenationum ſpecies variæ ſunt; nam quædam fiunt canibus, & accipitribus, & huiuſmodi auibus; quędam retibus, & uiſco; quędam arcubus, & ſclopis; & aliis armis, ut uenatio urſorum, ceruorum, & aprorum, luporum, & huiuſmodi: ob eam rem ſi hac poſteriori ſpecie uenationis quis utatur, & ſclopum emittendo in feram hominem interficiat, non adhibita debita diligentia, ut pote uel quia ante non circumſpexit, an aliquis propè eſſet, aliunde ueniret, illacve tranſiret, vel in locum emiſſit, ubi frequentes homines eſſe ſolent, irregularis ſine dubio hic erit: ſicut etiam qui arcu ſagittas emittendo idem fecit; diligēter enim animaduertere debent ante ſagittæ emiſſionem, ne quē offendant. Hinc Lamech grauiſſimè peccauit, qui cum minus ipſe occu-

lis

lis cerneret, iudicio pueri, qui eum ducebat, ſagittam in feram exiſtimans ſe dirigere, Caym occidit inter fructeta latentem; non enim culpa uacabat, qui iudicio pueri in hoc uſus eſt.

13 Clerici autem † & religioſi ob eandem rõnem in eiſdem caſibus irregulares fiunt, quamuis diligentiam adhibeant tantam, quæ laicũ liberet ab irregularitate; nam ipſos non liberabit. Secus autem in aliis uenationibus, quæ ſine armis fiunt, ſed accipitribus, auium cantu, & retibus; nam eſto prohibitæ uenationes & hæ clericis ſint ob honeſtatem, ut dixit Coua. in Clem. unic. p. 2. §. 4. nume. 10. uerſ. Quartò, & ut mea fert ſententia ob id, quòd ad alendos & canes, & accipitres ſumptus plurimi neceſſarii fiunt: patrimonium autem Chriſti Domini in alendis canibus conſumi non debet; irregulares tamen non erunt modò ſua culpa mors non interueniat, ita Nauar. in Man. cap. 27. num. 237. uerſ. Vigeſimoſeptimo.

Quoad iocos autem, qui uerbis fiunt, rarò contingere poteſt, ut quis irregularis fiat. † Verùm quid ſi quis in aliquo hominum congreſſu dicat, ego audiui Titium adulterium committere cum uxore Seii, uel furtum factũ Domitio eſſe factum à Lutio, vel exules in tali loco eſſe, an, qui hæc dixit, irregularis fiet, ſi contingat ob hæc verba homicidium cõmitti, mutilationemve interuenire, ut pote, quia aliquis detulit Seio huius dictum, unde uxorem occidit, uel adulterum, uel iudici furẽ, uel exules, quamobrem ipſos capiendos curauit, & morte affecit. In hac quęſtione uidebatur dicendũ irregularem hunc non fieri. Primùm, quia non hoc animo id dixit. Secundò per cap. tua nos. §. fin. de homicid. ubi, qui iudici latronis inditia tradidit, ſeu interſignia, irregularis factus non eſt, eſto latronem comprehenderit, & oculos, & uirilia eruenda curauerit, & deinceps mortuus ſit, ob id, quod nec cibũ, nec potum deinceps ſummere uoluit, ergo multominus hic, qui nec iudici quidpiã dixit, ſed ſolùm in communi congreſſu. Poſtremò facit, quod dixit Nauar. in conſil. 20. de homicid. lib. 5. ubi, cum mulier interfecta eſſet, & non nulli de ea loquerẽtur, religioſus quidam, qui ibi aderat, ſine ulla mala intentione ſic dixit. Eſt ne forte illa mulier, quam uidi nudiuſtertius eũtem cũ marito ſuo extra urbem? quamobrem audientes iudici hoc detulerunt, qui ob id inquiſitionem contra interfectorem fecit, & eum occidit, & tamen eum religioſum irregularem non factum concluſit.

14

Contrarium tamen ſuadere uidetur, quòd infamando alium, illicitę rei operam dedit, ergo quicquid inde ſequitur illi tribuitur, & idcirco irregularis efficitur, ſi mors ſequatur, ubi enim illicitę rei quis operam dat, uel diligentiam adhibeat, irregularis tamen efficitur, ut dicit Gloſſ. communiter recept. in ca. ſicut dignum. §. fin. in uerb. Conſilium. uerſ. Si uerò dabat operam illicitæ rei. de homicid.

Quid igitur concludendum? Quoad pateſfactionem exulum ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut ſimpliciter hoc dixit, & non animo ut res ad iudicem deferatur, & in hoc caſu irregularem ipſum non fieri cenſeo; tum quòd nõ dolo malo id dixit, ſed ſimplicitate ductus; tũ quòd res per ſe licita erat, & huc pertinent rationes allegatæ pro prima opinione; aut malo animo id dixit, & in hoc caſu contrarium ſentio; eſto enim licitæ rei operam dabat, cogitare tamen poterat id euenire poſſe, ſcilicet, ut morte afficerentur; nam, & qui accuſat, licitæ rei operam dat, & tamen irregularis efficitur.

Quoad pateſfactionem adulteri, & furis ſimpliciter teneo irregularem ipſum fieri, & hoc ob hanc potiſſimum rationem, quod illicitæ rei operam dat, ex quo alium infamat, quòd eſt contra ſeptimum pręceptum Decalogi, & idcirco id ei tribuitur, ut tradidit cit. Gloſſ. in eod. uerſ. Nec repugnat ſi dicatur non malo animo id dixiſſe, nam ob id non culpa uacat, ex quo cogitare debebat id contingere poſſe, ſibi igitur tribuat, ſi irregularitate obligatur, ex quo rem illicitam geſſit; non enim in communibus congreſſibus aliorum famam obſcurare, uitamque in periculũ ducere quis debet. Non repugnat modo cit. c. tua nos. §. fin. nam ibi rei licitæ diſcipulus ille dedit operã. Non obſtat, quod dixit Nauar. in cit. conſi. 20. nam religioſus ille non detexit alterius uitium, ſed ſolùm interrogauit, an mulier illa mortua, eſſet ea, quam uiderat ipſe exeuntem extra urbẽ cum marito, & idcirco rei licitæ operam & hic dabat. Concludo igitur, ubi quis uitium ac delictum alterius occultum coram aliis detegit, unde aliquis ad iudicem rem defert, uel ad alium, quem ueriſimile eſt uindictam facturũ, irregularem fieri, ſi mors, mutilatiove interueniat, uel nõ malo animo id dicat; & hoc ob hãc rationem, quòd illicitæ rei operam dat, & quæ ſcita mortem, mutilationemve afferre ſolet, atque ſic in ſimili reſpondit Nauar. in conſi. 21. de homicid. lib. 5. immò in re magis dubia ſic ipſe reſpondit, quamuis ipſe excipiat, ubi non malo animo id dixiſſet, & non peccaſſet, quę exceptio taceri poteſt, quoniam fortaſſe rem licitam dixerat, ut ibi habetur. Sed de homicidio non neceſſario, nec uolũtario, quod fit dum licitæ rei quis operam dat ob diligentiam debitam nõ adhibitam hactenus: ad homicidiũ, & & mutilationem huiuſmodi, quę contingunt ob omiſſionem, ſimpliciter rei licitę, quã quis facere debebat, tranſeamus.

De Irregularitate, quæ oritur ex homicidio non uolũtario, nec neceſſario ob omiſſionem rei licitę, quã quis facere debebat, & ſic ob culpam. Cap. XXIII.

S r M-

SVMMA.

1 *Charitatis debitum quid ſit.*
2 *Charitatis debito quinam teneantur.*
3 *Charitatis debitum omittens an peccet.*
4 *Charitatis debitum omittens an irregularis fiat, ſi ob id mors, membri ve mutilatio contingat.*

DE Irregularitate agendum nobis hic eſt, quę oritur ex homicidio, mutilationeve non uoluntariis, conſecutis tamen ob id, quod quis omiſit facere, quod debebat. Verùm ut rem hanc explicatam magis habeamus, quoniam id, quod omittitur, quamobrem mors, mutilatiove interuenit debitum eſt naſcens aut ex officio charitatis, aut ex officio iuſtitiæ ſpecialis: ideo priùs de primò, deinceps de altero agamus. Id qđ ut dilucidius fiat, hæc contemplabimur. Primum debitum hoc charitatis quodnam ſit. Itē debito hoc quinam teneantur. Tertiò an illud omittens peccet. Quartò, an tunc fiat irregularis.

1 Quoad primum igitur† debitum charitatis eſt debitum, quo Chriſtianus poſt Deum Optimum Maximum diligere proximum, ſicut ſe ipſum debet; ita enim habetur apud S.Matth. cap.22.& apud S.Thom.2.2.q.25.art.1. Qui ergo proximum diligit, ubi poteſt, ei opē fert, ſi egeat; & eum tuetur, ſi quis ipſum lædere uelit; dilectio enim proximi non requirit ſolū, ut uelimus ei bonum, ſed etiam ut operemur, unde illud S.Ioannis. Non diligamus uerbo, neque lingua, ſed opere, & ueritate, & ita San. Thom.2.2.q.32.art.5.in reſp. Quare, qui fame eſurientem nō paſcit, ubi poteſt, nec alius eſt, qui eum paſcat, contra charitatem facit, & necare eum dicitur, ut ait S. Ambroſius relat. in cap. paſce.d.86. Qui etiam non repellit iniuriā à ſocio, ſi poteſt, & hic contra charitatem facit, & tam in uitio eſt, quam ille, qui eam infert, ut ait idem S.Ambroſ. relat. in c. non in inferēda. 23.q.3. Et de hoc primo ſatis.

2 Quoad ſecundum† ſcilicet quinam hoc debito teneantur, breuiter concludimus omnes chriſtianos teneri, qui ſalui fieri uolunt, ſicut enim omnis ſuper omnia diligere Deum debet, ita & proximū ſicut ſe ipſum, ut ex dictis conſtat. Hoc igitur debito omnes obligantur.

3 Quoad tertium† an peccet, qui debitū hoc omittit, generaliter cōcludendū eſt hunc mortiferè peccare, ubi neceſſitas adeſt ꝓximo ſubueniendi, & non eſt alius probabiliter ei opem laturus, & id facere ipſe poteſt, ita S. Th.2.2.q. 32.art.5.in reſp.& Nau.in cit.c. non in inferēda. conclu.2.nu.10. Idque meritò, nam contra diuinum præceptum hic facit, quo nobis pręcipitur, ut Deum ſuper omnia diligamus, & proximum ſicut nos ipſos. Hinc Chriſtus Dominus, cùm ad iudicandum uenerit, bonis ęternā felicitatem ſe condonaturum pollicetur, quod charitatis munere erga ſe, ideſt proximos uſi ſunt: æterno autē ſupplicio ſe malos ob id potiſſimum addicturum, quod charitatis munera prętermiſerūt, ergo mortiferè peccatur charitatis functionibus omiſſis; ob mortiferam.n. culpam ad æternos ignes quis damnatur.

4 Quoad quartum † an hic fiet irregularis, ſi contingat quem fame perire, gladioue occidi, quòd noluit ei opem ferre, uel defendere cū poſſet, nec alius eſſet, qui eū adiuuaret. Breuiter & hic concludendum eſt irregularem hūc non fieri; & hoc ob hanc rōnem, ꝙ ob omiſſionem huius debiti neque diuina lege, neque humana irregularis quis efficitur. Non diuina, quoniā irregularitas eo iure non fertur, ex quo omnis irregularitas à iure poſitiuo eſt, ut habetur in c.is qui, & ibi communiter not. de ſentē. excom.lib.6. Non poſitiuā, quoniam nullo iure id cautum reperitur, ergo nec nos id dicere debemus. per cit.c.is qui. Præterea irregularitas eſt pœna iuſtitiæ, ubi contra eius præcepta quis peccat, ergo non afficit peccātem contra pręcepta charitatis, ut dixit Naua. in cit.c. non in inferenda.num.33.uerſ.Septimò.

Hinc, ut ait S.Antonius in ſua Summa de Irreg.c.3. Qui uidet aliquem occidi, & delectatur, & poſſit etiam eum ſine ſui periculo liberare, ſi uellet, quamuis peſſimè faciat, non tamen eſt irregularis; ſicut nec etiam medicus, qui dimittit infirmum mori, nolēs mederi (de eo tamen medico intelligitur, qui ad id nulla ratione obligatus eſt, ut pote, uel quia de publico non eſt conductus, uel ab ipſo ęgroto; tunc.n. fieret irregularis.) Diues etiam irregularis nō fit, qui dimittit pauperē fame mori, ſequiturq. eum Nau.in Man.c.27.nu.231.uerſ.Decimononò, ibi. Nec conſequēter medicus; nam & ipſe ait irregularem non fieri medicum, qui non vult curare infirmū: qui ob id moritur: nec diuitem, qui non paſcit, uel non ueſtit fame, uel frigore morientem; nec, qui cùm pōt, nō defendit eū, quē aliqui deformāt; & hoc ob eā rōnē, quoniam horū omiſſio eſt omiſſio eorū, q̃ ex officio charitatis debentur, quæ charitas non obligat ad reſtitutionē dāni, nec ad pœnā irregularitatis. Idē ſentit Nau.in cit.c.non in inferenda.nu.35.nā clericum quendā non factum irregularem reſpondit, qui ſciens tractatū eſſe factū de aliquo interficiendo, per negligentiā certiorem eum non fecit, unde interfectus eſt. Idem dixit in Man.c.27.n.234.nā ait irregularem nō eſſe, qui ſcit tractari de alicuius deformatione illicita, & nō id ei ſignificat, q̃cq̃d dixerit Syl. quē refutat & bene, ibi, ob prædicta à nobis ſupra, & Mar.Soc.Sen.in c.ad audientiā. n.35 3.q.97. nam horum opinio locum habet, ubi ex debito iuſtitiæ quis tenetur, non autem ex debito charitatis. Vnde conciliantur diſſentientes inter ſe DD. opiniones. Idem Nauar. in conſilio vigeſimotertio. de homicid. ubi irregularem factum non eſſe dixit, qui fratrē nō

prohibuit, ne ſe morte inimici ulciſceretur: irregularis ergo quis non efficitur ob homicidium,mutilationemve, quæ ſequuntur ob id, quòd nos opem ferre noluimus.Quare,qui videt aliquos pugnantes,& conciliare eos inter ſe non nititur:qui uidet etiam aliquem euntẽ ad interficiendum aliquem, & non prohibet: qui uidet quempiam tranſeuntem per aliquẽ locum,& futurum eſſe, ut à ſuis inimicis occidatur,quos ignorat ibi eſſe,& eum non admonet;qui uidet quempiam mortis periculũ aditurum,ſi hoc,illudve faciat: ſi uidet quem ſibi manus cõſciſcere uelle,uel gladio,uel laqueo, uel aquis,uel per feneſtram ſe proiicere uelle, & non ipſum prohibet.c.nimium.23.q.4.qui uidet quem è domo exire nolle, quæ iam iam caſſura eſt,& nõ extrahit. c.ipſa pietas.ead.q. 4.qui uidet uenenum cuipiam dari, mortemve alicui parari,& id non patefacit, irregularis hic non efficitur, eſto prohibere aliqua ratione poterat,ne mors ſequeretur, & nemo alius eſſet,qui hoc præſtare poſſet.Hinc Caiet. 2.2. q.64.art.8. inquit excuſari quem ab homicidio,qui petenti à ſe pecuniam non tribuit,unde petens cogitur ire ad occidendum, quò pecuniam habeat.

Hæcque regula locum habet ob rationes allatas,ut irregularis hic non fiat, eſto mortem illius intercedere uellet, ideſt eius mors ipſi grata eſſet;immò ea delectaretur; nam modò nec factis,nec uerbis opem tulerit ad mortem inferendam,irregularis non efficitur, ut ſenſit Gloſſ.communiter recep.in c.ſi quis uiduam. in uerb.Aut conſilio.di.50.nam ait irregularẽ eum non fieri,qui,antequam homicidium fieret,uellet illud fieri:idem dixit.S. Anton.in cita.uerſi.& Nauar.eod.num.35.uerſ. Decimotertiò,& Maiol.de irregular.lib.5.capi. 48.§. 5.uerſ.Quandoque enim quis. Excipitur tamen,ubi hic,qui gaudet, exterius ſignum aliquod daret,uel riſum,uel applauſum; nam qđ tunc audacior fit delinquens,ex quo præſentem ſibi affuturum exiſtimauit,irregularis efficitur,ut qui opem quodammodo ferat, ita Maiol.ibid.Multo minus irregularis eſt,ſi ſtuprum quis petat, & quia hoc non impetrauit, ob id ſe interemit, is enim qui noluit conſentire,irregularis non efficitur, idem & de aliis delictis;nam ſic habetur in capit. cùm homo. 23.q.5.non enim negans eſt reus mortis ullo modo.Non etiam irregularis fit, qui conſultus ab aliquo, an deberet quem interficere, neglexit homicidium ei diſuadere, ſed tamen ei non conſuluit,ut homicidium faceret,& generatim quicunque omiſſit homicidium prohibere cùm ad id obligatus non eſſet ex debito iuſtitiæ,quicquid dixerit Socin.Sen. in cap. ad audientiam.numer.338.q.95.& q. ſequen. de homicid.nam eius dicta locum habent,ubi ex debito iuſtitiæ quis obligatus eſt, & non aliàs.

Atqui an is,qui defendere poteſt, ne quis occidatur,mutileturve,& ex officio charitatis tantùm ad id obligatus eſt, aliis pœnis à iure ciuili,pontificiove afficitur? Concludendum eſt neutro iure puniri;& hoc ob hãc rationem, quòd neutro iure ad defendendum quis obligatur,ut dixit Abba.in cap.1.num.9.uerſi.Puto,quòd in foro conſcientię,ibi.Sed in foro cõtentioſo.de reſtit.ſpol.& Dec.in ca.1. num.7. de off.de leg.& Felin.num.5.uerſic.Conclude ergo.eodem,& in cap.quantæ.uer.Extra Glo. ibi:Primo caſu.iunct.uer.Secundò caſu.de ſenten.excom.& Nauar.in c.non in inferenda. n. 33.23.q.3. & de communi ſententia teſtatur Clar.lib.5.recept.ſent.in Pract.Crim. §. fin.q. 87.uerſ.Dictum eſt,quòd ex ſola ſcientia, ibi enim tam de iure canonico,quam ciuili quem ad alium defendendum non teneri communiter receptum id teſtatur ; quamuis nonnulli contrarium ſenſerint, et malè,de eadem communi teſtatur quoque Viu.in ſua Syl. opinio. 190.Quæ opinio de iure ciuili probatur etiam per l.metum.§.ſed licet.ff.quod met.cau.nam ibi dicitur licitè poſſe quem accipere pecuniã ut alium defendat,ergo non tenetur, alias.n. ſi ad id teneretur, turpiter pecuniã acciperet. per l.fin.ff.de cond.ob turp.cauſ. quãuis Dec. in eod c.1.uariè ad eam legem reſponderit. Ex quo igitur neutro iure ad id obligatur, meritò nec pœna à iure pontificio ciuilive afficitur.Quare,ſi quis uult te occidere,niſi ei centũ dem,irregularis non fio ſi occidaris ob pecuniam non datam, ex quo ad id obligatus non eram,quicquid dixerit Mar.Socin.Sen. in ca. ad audientiam.num.355.q.98.de homic. qui contrarium ſentit,nam locum habet eius opinio,ubi ex debito iuſtitiæ quis teneretur.

Immò nec ad damnum illatum ſarciendum in foro conſcientiæ hic tenetur, ut de communi Theologorum conſcientia teſtatur Medin. de reſtitu.q.9.relat.à Clar.in uerſicu. Sed præſuppoſita,& Couar.in Reg.peccatum.2.p.§.3. numer.5.Et hoc ob eam rationem, quoniam omiſſio hæc defenſionis contra legem charitatis eſt,& non contra legem iuſtitię ſpecialis, quæ ſola ad reſtitutionem obligat.Iure pontificio igitur,ac ciuili nulla pœna infertur in eũ, qui cùm poſſet quempiam defendere,eum nõ defendit,uel clamando,uel coniurationem cõtra ipſum factam explicando.

Contra communem opinionem hanc tamẽ duo faciunt.Primò§.alia.in Inſtit.de publ. iudi.ubi,qui conſcius eſt paricidii committendi,& tacuit,licet extraneus ſit,pœna paricidii punitur.Secundò cap.quantæ. de ſentent. excomm.ubi excommunicatur, qui non defendit clericum,cùm poſſet,ergo & iure ciuili, & põtificio,qui poteſt alium defendere,& ipſum non defendit,punitur.

Atqui à communi opinione diſcedendum non eſt;nam quoad citat.§.aliæ. ut mittam l.utrum.ff.ad leg. Pomp. de paricid. ubi idem habetur, Gloſſ. in uerb. Conſcii ſubaudire

conſcios.

conſcios teneri,ubi & participes ſunt, & idcirco ſentiat ob ſcientiam ſolùm quem non puniri, quam interpręrationem Barto. ibi ſequitur, & ſi uerbis repugnare uidetur; ego tamen ſentio ibi ſpecialem caſum eſſe ob criminis grauitatem, ut ſcilicet conſcii tantùm teneantur, ergo ſecus quoad alios caſus; exceptio enim contrariam regulam eſſe ſignificat. argum. le. cùm prætor. ff. de iud. cap. non ne de pręſumpt. Quoad cap. quâtę. varię DD. interpręrationes ſunt, mihi tamen placet ſpeciale hoc eſſe etiam in hoc caſu: id quod procemium eius canonis nobis indicat, dum inquit; Quantæ præſumptionis, & temeritatis exiſtat in rectores Eccleſiæ manus iniicere uiolentas; procemium autem intentionem loquentis oſtendit. l. fin. ff. de hęred. inſtit. & ibi not. quæ autem accipienda ſit infra explicabimus; iam ad debitum iuſtitiæ tranſeamus.

S V M M A.

1 *Debitum iuſtitiæ quodnam ſit.*
2 *Debitum iuſtitiæ quid comprehendat.*
3 *Debito iuſtitiæ qui teneantur defendere.*
4 *Reges, ac Principes ſubditos.*
5 *Milites, quos tuendos ſuſceperunt.*
6 *Litores, ac publica familia, id eſt* li Sbirri, o Zaffi *homines loci, ubi ſunt.*
7 *Medici, & chirurgi ſuos ægrotos.*
8 *Parentes liberos, & domini ſeruos.*
9 *Generales, Prouinciales ordinũ, atque ſimiles ſuos ſubditos.*
10 *Magiſtri diſcipulos, parochi parochianos.*
11 *Subditi ſuos ſuperiores.*
12 *Procurator, & Aduocatus reum.*
13 *Tueri qua ratione pręditti debeant ſuos.*

§. I.

§. Ob debitum charitatis omiſſum quem irregularẽ non fieri uidimus, eſto mors, membrive mutilatio ſequatur: modò uideamus, an irregularis quis fiat ob debitum iuſtitiæ ſpecialis omiſſum, ſi mors, mẽbriue mutilatio ſequatur. Id quod ut dilucidius fiat, de ipſo debito hęc contemplabimur. Primùm q̃d debitum hoc ſit. Deinde debito hoc quæ compræhendantur. Tertiò debito hoc quinam teneantur, præſertim quod ad rem noſtram pertinet. Quartò, an peccẽt, qui illud committũt. Poſtremò, an ſi mors, membrive mutilatio cõtingat ob debiti huius omiſſionem, irregularis quis fiat.

1 Quoad primum igitur † debitum iuſtitię ſpecialis eſt debitum, quo iure gentium, uel ciuili ad aliquid dandum, uel faciendum quis obligatur.

Dixi Debitum, & poſui pro genere; non ſolùm enim de debito iuſtitię dicitur, ſed & de debito charitatis, & ſic de pluribus ſpeciebus, quod generis proprium eſt.

Dixi Reliqua pro differẽtiis, quò ſeparetur à debito charitatis ad q̃d iure diuino quis obligatur, & non iure gentium, uel ciuili.

2 Quoad ſm † quæ hoc debito compræhendã tur, breuiter concludendũ eſt oĩa comprehẽdi quæ quis dare, aut reſtituere debet, aut ob contractũ, uel quaſi contractũ, aut ob delictũ, uel quaſi delictum. Hinc DD. oẽs reſtitutionẽ eſſe actũ iuſtitiæ concludũt, & Cou. in Reg. Peccatum. in 2. p. in initio, & Nau. in Man. c. 17. n. 1. uer. Dixi Iuſtitiæ cũ ſeq. Item oĩa, quę qs facere dẽt obligatione ciuili, uel naturali, & inter alia, ut quis tueatur ẽt aliquem, ne offendatur, mutiletur, aut occidatur. Hęc omnia igitur complectitur debitum hoc iuſtitiæ.

3 Quoad tertium † ſcilicet qui hoc debito teneãtur ex dictis facilè colligi põt quoad dationem, & reſtitutionem; nam oẽs tenẽtur, qui ex contractu, uel quaſi, aut ex delicto, uel quaſi obligati ſunt. Quoad faciẽdum aũt aliquid, & defendendum ẽt aliquos, oẽs, qui obligatione generali, ſeu tacita, aut obligatione ſpeciali, & expreſſa ſe obligarunt. Obligationem aũt generalẽ, & tacitã eã accipio, ubi quis accipit officium aliquod, ut iudicis ad aliquẽ locũ gubernandum; nã hic tacitè ſe obligat ad hoĩes eius loci tuendos. Specialem appello, ubi quis ſpeciatim ad defenſionẽ aliquorũ ſe obligauit, ut milites, & cuſtodes, & huiuſmodi. Et quoniã materia dationis, & reſtitutionis ad rẽ noſtrã non pertinet, ſed defenſionis, ob eam rem, quinam ad defenſionem ex debito iuſtitiæ ſpecialis teneantur, hic enumeremus.

4 Primũ igitur † ob officium, & magiſtratum quẽ gerũt Imperatores, Reges, & alii terrarum domini, necnõ iudices ad ſuos ſubditos tuendos obligãtur, ut habetur in c. regũ. 23. q. 5. Regũ officiũ eſt propriũ, dr̃. n. ibi, facere iudiciũ, atq; iuſtitiã, & liberare de manu calumniantium ui oppreſſos, & peregrinis, pupilliſq. & uiduis, qui facilius opprimuntur à potẽtib. præbere auxiliũ. Et ut curã eis pręceptorũ Dei maiorem iniiceret propheta intulit; Nolite cõtriſtari, ut nõ ſolũ eripiatis, ſed ne patiamini quidem, ut ueſtra côniuentia eueniat eos ab aliis contriſtari. Ecce hic S. Hieronymum explicare, & declarare officium Regũ eſſe proprium, ne ſubditi opprimantur, & ita Gl. ibi no. Idem habetur in c. rex. ead. q. & in c. adminiſtratores, ubi dr̃ adminiſtratores ſeculariũ dignitatum conſtitutos eſſe ad protectionem bonorũ, & refrenationem rapacium. Idem quoque habetur in c. ab imperatoribus. ea. q. 3. Hoc quoque aſſeruit Fel. in c. quãtę, & ibi quoq. DD. de ſen. exc. Hinc Iureconſultus in l. cõgruit. ff. de off. præſid. inquit ad bonum, & grauẽ præſidẽ pertinere, ut expurgatam à malis hominibus prouinciam habeat, ergo, ne quis offendatur, curare debet.

5 Milites quoq. † ad tutandã ciuitatẽ aliquam, populũve aliquẽ cõducti, deſtinatiue ad idẽ tenẽtur, ut habetur in c. de occidendis, & in c. miles. ea. q. 5. defenſores. n. eſſe debent milites, ut

in l.ab hoſtibus.C.de poſtlim.reuerſ. & in l.ſi quis ingenuam.§.quod ſi publicè.ff.eod.et de leuiſſima culpa tenētur.l.qui mercedem,& ibi Gloſſ.ff.loc.& Bart.& Couar.in Clem.un.2.p. §.4.num.9.uerſ.Poſſet etiam leuiſſima culpa. de homicid.

6 Idem de litoribus† & de publica familia iudicis,ideſt *delli Sbirri*,cōcludendum eſt. Hinc ſi extet ſtatutum,quòd præmium tribuat bannitum capienti, non tamen hoc præmium tribuetur officialibus, uel familiæ poteſtatis eos capientibus;& hoc ob hanc rationem,quoniam non ultro id faciūt,ſed ex neceſſitate ſui officii,quod eſt prouinciam malis hominibus expurgare,ita dixit Bar.in l.ſi quis in graui.§. utrum.ff.ad Syllen.Idem inquit Bald.in le.2. C.de oper.libert.& Felin.in ca.de hoc.nu.10. uerſ.In ead.Gloſſ.in fine.de Simon.Si ergo ex neceſſitate officii obligātur, ergo ad ipſos pertinet uel iudices,uel milites,uel litores ſint,ad tuendos homines eius loci, ad quem, tuēdum uocati ſunt.

7 Medici quoque† & chirurgi conducti ab aliqua republica,uel à priuata pſona ad ægrotos curandos obligati ſunt ad eorum curam gerēdam, ex quo ad id muneris ſuas operas locarunt.

8 Parentes itidem liberos, † nec non domini ſeruos tueri debent ob poteſtatem,& iura,quę habent in liberos,ac ſeruos, & ob emolumenta,quæ ab ipſis conſequuntur, ut habetur in titu.C.de emend.propinq.& in titu.C. de emē. ſeruor.iunct.titu.C.de patr.qui fil. diſtrax. & l.in ſuis.ff.de lib.& poſthu.& in Inſtit. de pat. poteſt.& in Inſtit.per quas perſ.nob.acqui. & in Inſtit.de iis,qui ſui,uel alien.iur.ſunt.

9 Generales itidem,† Prouinciales, Abbates, & Priores religioſorum ſuos ſubditos tueri etiam debent;nam & in ipſos iuriſdictionē habent,ut tradidit Abba.in cap. cùm contingat. num.21.de for.compet.& ſupra alibi ibi diximus.

10 Magiſtri etiam † ſuos diſcipulos, & parochi ſuos parochianos;loco enim parētum ſunt.argu.c.omnes cum duob.ſeq.30.q.1.

11 Et è contrario† ſubditi obligati ſunt ad ſuos Reges,Imperatores,ac principes tuendos, itē & iudices, ſicut liberi parentes tueri debent, ſerui dominos , & feudatarii dominos directos,monaci ſuos Generales,Prouinciales, Abbates,Priores, & huiuſmodi, parochiani ſuos parochos,clerici ſuos Epiſcopos,diſcipuli ſuos præceptores;nam ſic ſenſit Barto.in l.1.§.occiſorum.numer.3.ff.ad Syllen.nam inquit ibi ſi quis ſciat delictum committendum eſſe non teneri de ſola ſcientia,niſi maleficiū in dominum committēdum ſit,ut ibi dicitur,uel in patrem,ut in l.2.ff.ad leg.pomp.de paricid.uel in principem,uel in rempublicam , cui quis ſubeſt.l.quiſquis.ff.ad leg.Iul.maieſt.aliàs autem quē non teneri,niſi & maleficii ipſe particeps ſit.Idem dixit Bar.in le.utrum.nu.3.ff.ad leg. pomp. de paricid. nam inquit ex ſola ſcientia delicti quem non debere puniri, niſi quando maleficium debet committi in perſonam, cui poteſtati eſt ſubiectus is,qui delictū committēdum nouit,ut ſi ſeruus ſciuit mortem domino parari,uel filius patri, uel uaſallus domino, uel ſciuit perturbationem ſuę ciuitatis, uel in principem;in omnibus enim his caſibus prædicti puniuntur,ſi delictum non patefaciant,& ſuos,quibus ſubiecti ſunt,non defendant. Sequitur cum Abb.in c.1.nu.9.de reſtit.ſpoli.nā inquit ex ſola ſcientia delicti committēdi quē non teneri,ſi illud non patefecerit,niſi delictū eſſet committendum in vnum, cui ſubiectus eſt is,qui delicti conſcius erat; & ideo ſi filius ſciat delictum committēdum in patrem, teneri ex ſola ſcientia,licet aliter particeps non ſit, & idem in ſeruo reſpectu habito ad dominū,& in uaſallo reſpectu habito ad directum dominum,& in ſubdito non patefaciente delictum, ſeu coniurationem committēdam cōtra Principem,ſeu ciuitatem propriā; & in clerico nō reuelante delictum contra Epiſcopum, uel ſacerdotem parochialem,cùm iſti ſint parentes ſpirituales ipſius,& facit ci.c.omnes.cū duob. ſeq.30.q.1. Hæc Abb. Decius quoq. idē dixit in c.1.n.9.uerſ.Ex quo infert. Bar.de off.dele. 5.ſubditum puniri, qui ſciens coniurationem contra principem, uel rempublicam fieri non patefacit.De ſeruo,& filio,necnon & de ſubdito idem quoque inquiūt Bal.in l.ut uim.nu. 9.q.8.& Iaſ.nu.31.uerſ.Tenet contrarium,ibi vel niſi in filio.ff.de iuſtit.& iur.Hæc eadem,ꝙ ſcilicet mutuo ſe tueri debent, ſcilicet ſubditi ſuos præpoſitos,& è cōtrario,& ſic de reliquis aſſeruit Nauar.in c.non in inferenda.num.14. uerſic.Vndecimum.23.quæſtio.3. nam præcepto iuſtitiæ teneri ſe defendere inquit reges inter ſe,& alios ſuperiores,qui iuriſdictionem habent,& eorum ſubditos, & feudatarios, & eorum dominos;patres item, tutores, curatores,hæros,pedagogos,parochos,cuſtodes,& alios ſimiles tueri eos debere, quorum curam habent, & è contrariò ipſos defendi debere à filiis,pupillis,minoribus,famulis, mancipiis, parochianis,& ſimilibus; & Ludouicus Falęſtrelus in ſuo libro inſcripto Reſponſiones caſuum conſcientiæ caſ.60.uerſ. Tenentur autē, & Maiol.de Irregular.cap.48.§.5.uerſi. Quandoque uerò,qui defendere potuit.iunct. uerſi. Ex qua concluſione.& uerſi. Idem eſt in omnibus aliis perſonis.lib.quinto. Hi omnes ergo ex iuſtitiæ debito ad defendendum obligati ſunt.

12 In iudicio etiam† ſi aduocatus,procuratorve à reo conductus ſit,ut ſe tueatur, & ob imperitiam,iniuriam,dolumve eum non defendat,tenetur;obligatus enim & ipſe eſt, ex quo ad id fuit conductus . Ex his iam patet, quinam ex debito iuſtitiæ ad alios defendendos obligati ſint ; prædicti enim & ipſis ſimiles obligantur, iam uerò quartum aggrediamur,

an

an ſcilicet prædicti peccent;id quod in ſequē. præſtabimus. Cum priùs id explicauerimus, q̄ quiſque ex prædictis facere debeat, quò eum, quem debet tueatur.

13 Primùm igitur† Reges,ac Principes, necnō iudices,ut periculi ratio poſtulabit, maiorem, minoremve cautionem adhibebunt, ſi hoſtiū incurſiones timeantur,delectum militum habebunt,quò reſiſtere hoſtibus queant. Cuſtodes,ac uigiles diligentes in confinibus, & ſuſpectis locis tenebunt. Si nouerint uerò priuatos homines ſuos ſubditos offendere uelle, ne id contingat,ſtudioſè curabunt; uel eos inter ſe conciliando;uel ut de non offendēdo cautiones idoneas præſtent, curando, uel capiendo; uel extra territorium eiiciendo. Si, dum rixa fit,interuenerint,uel propoſitis pœnis,uel militibus,uel publica familia,ut rixam cohibeāt, ſtudebunt.

Milites uerò mercede conducti,quò rempublicam tueantur, uel Principes etiam, pugnabunt, ad hoc enim conducti ſunt.

Parentes autem,domini,magiſtri, parochi, & huiuſmodi ſi nouerint coniurationem in filios,ſeruos,diſcipulos, parochianosve factam, uel iudice adito,ut eam diſſipet, operam dabunt,certioreſue prędictos facient,ne oſcitantes opprimantur? Si uerò interuenerint,dū aliquis eos offendere uult pro ipſis pugnare,& occidere etiam offendentem debebunt, quando aliter tueri ipſos nequibunt; id enim poſſunt, ut ſenſit Gloſſ.in Clem.unic.de homicid. & facit c.dilecto.de ſent.excom.lib.6.

Econtrario autem ſubditi ſuos Reges, ac Principes, iudiceſque tueri debent, pro ipſis pugnare,ſicut etiam pro patria, & pro parentibus;ſi conſpirationes in ipſos factas nouerint, eas patefacere,ſicut etiam ſerui,ac parochiani, & quando aliter nequeunt, clamando eis ſubuenire,ut habetur in l.1.§.tuliſſe,& tot.titu.ff. ad ſen. conſ.Syllan.

Medici demum,& chirurgi, quò ægroti corporis ſalutem [illegible]perent,hoc ſtudere debent, ut medicinas bonas faciant;quæ ægrotis obfutura ſunt,prohibeant: quæque eis conducunt, doceant,ac ſępiùs,ſi morbi qualitas id poſtulet,ægrotos uiſant. Ad ſummam ea pręſtare debent,quę excuſant eos ab imperitia, & negligentia. Sed iam propoſitam quæſtionem aggrediamur.

SVMMA.

1 *Debitum iuſtitiæ omittens,quamobrem mors,mutilatiove interuenit,an peccet.*

§. II.

1 §. †Quarta quæſtio eſt, an mortiferè peccet, qui debitum iuſtitiæ omittit non defendēdo,quantum poteſt,eum, quem defendere debet,quamobrem mors, mutilatiove interuenit. In qua quæſtione breuiter concludimus hunc mortiferè peccare. Primò,quoniam in re graui offendit;& ſuum officium omittit, ut in facto proponitur,in graue detrimentum proximi,cui debet,ergo mortiferè peccat,quicquid enim in graue detrimentum proximi fit iniuſtè,mortiferum peccatum eſt, vt ſenſit Lopes in libro inſcripto Inſtructorium cōſcientię.in tertia regula. Præterea,qui obligatus eſt ad defendendum aliquem ex debito iuſtitiæ, eſt ēt obligatus ex debito charitatis,ut ex dictis antea conſtat;at in eo caſu peccat, ut ſupra uidimus,ergo multo magis hic,ubi duplex debitū prætermittitur.arg.c.1.de treg.& pac. Hinc cōſtitutus cuſtos ciuitatis,uel agri peccat nō obſtando damno notabili,quod fieri uidet, ſaltē clamando,ut dixit Naua.in Man.c.17.n.136. & n.122. Poſtremò ſic DD.inquiunt. S.Th.2.2.q 62.art.7.nā ait in reſp.eum teneri,qui non obſtat,cū obſtare teneatur,& Nau.in c.non in inferenda.23.q.3.nu.10.& nu.20.& n.27.uer. Intellectus igitur uerus,& n.16.in fine, & Ludouicus Palæſtrelus in libro inſcripto Reſponſiones caſuum conſciētiæ.caſ.60.uerſ. Vnde licet;nam ait ad peccandū ſat eſſe nō ferre opē, ſiue ſit perſona priuata,ſiue publica,ſiue id omittat dolo,ſiue negligētia,ſiue ad id lege charitatis,ſiue iuſtitię teneatur. Hæc ibi. Pro regula igitur habebimus, qui ad defendendum aliquē ex officio iuſtitiæ tenetur mortiferè peccare,ſi cùm poteſt,eum non defendat. Et de q̄ſtione hac ſatis,ad poſtremam tranſeamus.

SVMMA.

1 *Omittens defendere eum,ne occidatur, mutileturve,vbi ex officio,& debito iuſtitiæ defendere ipſum tenetur,irregularis efficitur,ſi mors membri ve mutilatio interueniat.*

2 *Iudex non defendens quē debet,irregularis fit. Itē*

3 *Litores.*

4 *Cuſtodes ciuitatis.*

5 *Conducti mercede ad tuendum.*

6 *Promittens aliquem tueri.*

7 *Denunciare qui tenetur ex officio delicta committenda,& non denunciat.*

8 *Cuſtodes viarum.*

9 *Aduocati,& Procuratores,ſi eorum clientes morte afficiantur ob eorum incuriam, uel imperitiā, irregulares ſunt.*

10 *Teſtis productus non dicens veritatem, unde reus morte afficitur.*

11 *Parentes,& domini non defendentes ſuos liberos, ac ſeruos.*

12 *Maritus non proſpiciens mulieri de iis,quæ ad eius ſalutem pertinent.*

13 *Parentes & domini filios,ſeruoſque languidos exponentes,unde moriuntur.*

14 *Hoſpitalarij exiſtentes cauſa,vt ægroti moriantur, uel celerius.*

15 *Tutores negātes alimēta pupillis,unde moriātur.*

16 *Curator furioſi permittens eum aliquē occidere.*

17 *Iniuriā tibi illatā ſi quis vindicare ſe uelle dicat, an irregularis fiat,ſi id ei non uetes.*

18 *Nomine meo homicidium ſi quis committat, an irregularis ego efficiar.*

19 *Mandatum accipiens ab aliquo,ut certiorem quẽpiam facia de coniuratione in ipſum facta ab aliquibus,uel literas de e adem re deferendas ſumens,an irregularis fiat, ſit nec mandatum executus eſt,nec literas detulit, & contingat prædictum occidi.*

§. III.

1 S. † Poſtrema quæſtio eſt, an irregulares fiant,qui ex officio iuſtitiæ aliquem defendere tenentur, ſi ob eorum culpam mors,membrive mutilatio interueniat.In qua quæſtione concludimus irregulares hos fieri; nam primò id inquiunt DD.Mar. Soci. Sen.in cap.ad audientiam.num.338.q.95. iunct.numer.345.ibi. Vtrum ergo ille, ubi generatim inquit irregularem fieri, qui potuit defendere,& non defendit,& quamuis ipſe non diſtinguat,an, qui defenſionem omittit, obligatus eſſet ex debito charitatis,uel iuſtitiæ; tamen accipi debet, ubi quis ex debito iuſtitiæ ad id obligatus eſt,ob ea,quæ diximus antea, & in eandem ſententiam accipiendum eſt aliud eius dictum ibi numer. 353.q.97. ut ſcilicet nõ reuelans tractatum irregularis fiat;nam intelligi debet,ubi ad hoc ex debito iuſtitiæ tenebatur.Idem ſenſit Nauar.in Man.cap. 27.nume. 231.uerſ.Nec conſequenter medicus, ibi Niſi ſit iudex;cum enim ſupra dixiſſet neminẽ fieri irregularem ob id, quod placeret ei deformatio alicuius;nec eum,qui cùm poteſt,nõ defendit eum,quem aliqui deformant, ſubiũgit: Niſi ſit iudex, aut, q ſuo officio ad id tenetur. Hæc ibi.Si ergo irregulares non fiunt,qui non defendunt,ubi poſſunt,niſi ſit iudex,aut alius, qui ex officio ad id teneatur;ergo iudex,& qui ex officio defendere tenetur,non defendendo irregulares ſunt; iudex enim & huiuſmodi ex debito iuſtitiæ ad defenſionem obligantur, vt ſupra probauimus.Idem aſſerit Ludouic.Paleſtrel.ibid.in libr. inſcripto.Reſponſiones caſuum conſcientiæ.caſ.60.nam ait neminem incurrere cenſuras,& irregularitatem non defendendo alium,niſi lege iuſtitiæ ad id teneatur; ergo, ubi lege iuſtitiæ ad defendendum quis tenetur,& non defendit,irregularis efficitur, ſi offenſi mors,mẽbrive mutilatio interueniat. Idem tradidit Maiol.de Irregular.lib.5. c.48. §.5.uerſ.Quandoque uerò, qui defendere potuit,eſt publica perſona, & in eodem cap.§.4. nume. 1.uerſ. Quæ omnia;nam ait dominum Caſtri in propriæ iuriſdictionis loco conſtitutum irregularem fieri, ſi patiatur homicidium committi,quod poſſet impedire: id quod nõ aliunde fit,quam quod ad id tenetur. Probatur poſtremò communis hęc opinio hac ratione,quoniam eius culpa homicidium, mutilatioue interuenit, ex quo defenſionem omiſſit, quam debebat; at is,cuius culpa mors,membriue mutilatio interuenit, irregularis efficitur.argum.cap.ad audientiã.de homicid.& c. fin. ſumpto argumento à contrario ſenſu, ergo iure meritò irregularis efficitur. Omnes igitur,qui ex officio iuſtitiæ ad quempiam defendendum tenentur,irregulares fiũt,ſi ob eorum omiſſam defenſionem mors, membriue mutilatio interueniat:qui autem hi ſint,antea uidimus.

2 Iudex † ergo,qui ſcit quempiam uelle ſuum ſubditum offendere,& non proſpicit,ne id fiat cum id poſſit,irregularis efficitur, ſi membri mutilatio,morsve ſubditi interueniat. Et hoc ob id,quoniam ad id tenetur, ut ſupra probauimus.Idem ſi ſciat ſuos ſubditos uelle extraneos,& non ſubditos lædere.

3 Litores quoque,& publica familia iudicis † ideſt *gli Birri*,q poſſunt cauere, ne homicidiũ aliquod fiat,& id non cauent,irregulares quoque efficiũtur; ex officio enim & ipſi ad hoc tenentur.

4 Cuſtodes etiam Ciuitatis,† qui dolo,uel negligentia,uel auaritia permittunt hoſtes in ciuitatem ingredi,irregularitate obligãtur, ſi ab ipſis hoſtibus homicidia, mutilationesve fiãt. Idem ſentimus de cuſtodibus ad portas conſtitutis tempore peſtilentiæ,ne quem ſine fide ſanitatis ingredi permittant; ſi enim fidem nõ habentem ingredi permittant, unde Ciuitas peſtilentia afficitur,& multi moriuntur,irregulares fiunt.

5 Qui etiam † à priuata perſona mercede conducti ſunt,ut ſe tueantur,id enim fieri ſolet.le. metu.§.ſed licet.ff.quod met.cauſ. irregularitatem non effugit,ſi ſua culpa & ob diligentiã non adhibitam occidatur,mutileturve,qui eũ conduxit,ut dixit Maiol.de Irregularitate. ca. 48.§.5.uerſ. Ex qua concluſione;nam, qui tenetur aliquid facere,non faciendo dicitur propriè facere.l.qui facit.ff.de regu.iur.& non faciens id,ad quod tenetur,dicitur propriè contrafacere,ut dixit Alex.in l.ubi autem. §. qui id quod.ff de uerb.oblig.quem refert,ac ſequitur Maiol.ibid.

6 At quid † ſi quis nõ mercede ductus promiſſit cuipiam ſe eum defenſurum, ſed poſtea uiſis inimicis auffugit timore perteritus,an irregularis fiet,ſi occidatur is,cui defenſionem promiſerat?Maiol.ibid ait. hunc irregularem non fieri,ubi non dolo id facit. Ego autem ſentio hunc irregularem eſſe,ſi dolum non admiſſit, ſed ob ſuam culpam id contigit,ut pote, quia ſciebat,quinam eſſent inimici,& nihilominus auſus eſt promittere defenſionem, quam deinceps non præſtitit; ſi enim eam non præſtitiſſet,ratione alia ille ſuæ ſaluti ſibi conſuluiſſet. Locum tamen habere poterit opinio Maiol. ubi ob inimicorum multitudinem nõ potuit, quam tantam eſſe probabiliter non exiſtimabat,uel ubi ſimpliciter iactitauit ſe.

7 Qui etiam † tenentur ex officio denunciare iudici delicta committenda, & non denũciãt, irregulares fiunt,ſi deinceps mors, mutilatiove alicuius interueniat;omnis enim qui in ſuo officio negligens eſt,irregularis efficitur, ubi

ob

ob ſuam negligentiam,& culpam deformatio interuenit. argum.c.ad aures.de ætat.& qualit. atque ſic dixit Maiol.eod.uerſ. Quicunque ẽt ex officio tenetur accuſare.Quare,& filii,& ſerui,& ſubditi,qui non denunciant proditiones paratas in parentes, & dominos, irregulares ſunt,ſi eorum deformatio interueniat.

8 Obligati etiam† ad itinera cuſtodienda, ne iter facientes offendantur, irregulares fiunt,ſi quis eorum culpa deformetur, quoniam ipſis præſentibus,& nec facto,nec uerbo adiuuantibus occiſio,mutilatiove interuenit: ſi ergo nõ defendunt iter agentes uerbo,uel facto,quantum in ipſis erit,pœnam hanc non effugiẽt,ut dixit Maiol.ibid.uer.Idem erit in illis,& hoc, quoniam ad id obligati ſunt.

9 Aduocati quoque † & Procuratores à reo conducti,ſi ob eorum negligentiam, imperitiamve reus damnetur,irregulares efficientur, & multo magis,ſi dolo id faciant,ita Hoſtien. in cap.1.de poſtul.& ſequitur eum Maiol.eod. in loco.uerſic. Poſſunt etiam prædicta inferri.

10 Teſtis quoque† à reo productus,ſi ſileat ea, quæ dicenda erant pro ueritate facti ad defenſionem rei,unde reus morte affectus eſt,irregularis efficitur;ſicut etiam publicus ſcriba, ſi occultet ſcripturas,& alia ad rei defenſionem ꝑtinentia,& ita Maio.ibid.& hoc ob hanc rationem,quòd ad id obligati ſunt.

11 Parentes quoque†,nec non domini, ſi norint ſuos filios,uel ſeruos uelle aliquem lædere,& eos non auocant ab eo delicto, quantum in ipſis eſt,irregularitate obligantur, ſi mors, membrive mutilatio interueniat;eorum enim cura ad ipſos pertinet,ut habetur in tit. C.de emend.ſeruor.& in tit.C.de emend.propinq.

12 Maritus etiam† ad quem uxorem alere pertinet,ſi ægrotantem contemnat,& idcirco nec medicum ad eam curandam adhibeat,uel malum,quod perinde habetur,atque ſi occidiſſet, ut ait Gloſſ.in le.ſi ab hoſtibus.§.1.ff.ſol. mat. & ſequitur Bartol.ibi.num.3.& Iaſ.num. 9. & communiter DD.irregularis efficietur, ſi moriatur,ſicut etiam ſi alimenta deneget;nam ad ipſum alere ipſam pertinet,& facit; le. ſi ſeruũ. ff.de uerb.oblig.ubi Iaſ.ac DD.not.

Quæ diximus autem de marito reſpectu habito ad vxorem,eadem ſentimus , & de patre, & domino reſpectu habito ad filios,uel ſeruos, ut ſi ægrotos permittant mori,uel alimenta ipſis non præſtando,uel medicum non adhibendo,irregulares fiũt,ſi ſeruus, filiuſve moriatur, ad id enim tenentur,ubi poſſunt,ut de patrib. habetur in l.ſi quis à liberis.ff.de lib.agnoſ. & è contrario filii irregularitatem non euadunt, ſi permittant ſuos parentes,uel fame mori,uel ob id quia medicum non adhibent, modò id poſſint,& id animaduertant; nam & ipſi parẽtes alere tenentur,atque ſic habetur in cit. l.ſi quis à liberis,& in §.ſi mater.eod.& quod irregulares fiant,dixit Maiol.eod.num.4.uer.Iuxta prędicta etiam concludi poteſt ; Excipio tamen,ubi,ut dixi,non poſſent, uel id per inſcitiam non animaduerterent,quod ſepe ruſticis contingit;quod enim medicos adire non conſueuerunt,ideo raro pro ſe , uel ſuis medicos adeunt.

13 Multo magis irregulares fiunt, † qui filios, ſeruoſve languidos exponunt alicubi,quò exportentur ad hoſpitalia;nam , ſi uel ob frigus, antequam reperiantur,uel à canibus occidantur, uel ratione alia pereant in ipſa expoſitione,irregulares fiunt,qui eos exponunt, & qui exponendos curãt,ad ipſos enim pertinet eos alere, & curam eorum gerere.

14 Hoſpitalarii etiam,† qui ægrotos curant,ſi ob moleſtiam,quã patiuntur alicuius ægroti,quò ea ſe moleſtia liberent,uel præbẽt ea,quę mortem ipſi allatura ſunt, ut cibos ipſi contrarios, uel denegant ea,& ſubtrahunt,quæ prodeſſe ipſi poſſunt,unde moriantur , irregulares etiã hi fient,ſicut etiam medicus ob eandem rationẽ, ſi dietam nimiam iubeat,uel medicinas opportunas omittat;nam ad hoc obligati ſunt ex officio , & idcirco irregulares euadunt prædicta faciendo,ita Maiol.ibid.uerſic. Ex præmiſſis quoque,ibi. At ſi non ſit ſimplex omiſſio. Immò medicus publico ſtipendio conductus ad curam alicuius populi,irregularis fit,ſi ob eius culpam,& negligentiam quiſpiam ex eo populo moriatur; & hoc ob id, quod obligatus eſt ad medendum ægrotis eius populi,ita Maiol. de Irregul.lib.2.cap.12.numer.3. unde teneri de damno dixit Syl.in uerb.Reſtitutio.3.q.5. art.2.Idem aſſerimus de medico à priuata perſona conducto ob eandem rationem,licet nolit ei mercedem præbere; nam non debet eius curam omittere; quandoquidem poteſt deinceps in iudicio mercedem ſuam petere, & ita Armill.in uerb.Medicus.num.2.& Gloſſ.diſt. 83.& Syl.in uer.Medicus.q.5. Idem ſentimus de medico,qui gratis curam ægroti ſuſcepit,ſi ob eius culpam moriatur.Ad ſummam medicus fit irregularis,quoties ægrotus,quem curare debet,ob eius culpam moritur,ſecus ſi ad id non tenetur.

15 Tutor quoque,& curator† ſi alimenta deneget pupillo,uel minori,uel ægroto medicinas, uel medicum,unde ob id moriantur,irregulares & ipſi efficiuntur; nam & ipſi ad hęc obligati ſunt,ut habetur in titul.ff.de admini.tut. uel curat.

16 Si curator furioſi† etiam uideat ipſum lædere aliquem uelle,& id permittat,unde contingit furioſum quem occidere,uel mutilare,quãuis furioſus ipſe irregularis nõ fiet, ex quo nõ intelligit,quod agit:per Clemen. unic. de homici.irregularis tamen efficitur ipſe curator, qui permiſſit eum id facere,ad quem eius cura pertinet.Idem ſentio de eo,qui pupillo etiã infanti ſclopetum tribueret pulueris, & pila plenum,quamobrem eum contrectando, & ſilicem ad rotam admouendo eum emiſſit, unde aliquis interfectus eſt;nam puer quidem,&

pupillus

pupillus ſi rationis uſum non habent, non fiũt irregulares. per cit. Clem. unic. qui tamen ſclo petum tradidit, quod id euenire poſſe cogitare debebat, irregularis fit. arg. c. Ioannes, & ca. fin. à contrario ſenſu. de homicid.

Quæ diximus de prædictis dicimus etiã de curatore minoris non furioſi, qui potuit ſua auctoritate prohibere minorem, ne homicidiũ, mutilationẽve committeret, & non prohibuit; nam curator irregularis fiet, ex quo ſuum munus erat id prohibere; item & minor, ex quo rationis uſum habebat.

17 Verùm quid† ſi quis te damno, incuriave affecerit, amici verò tui, uel conſanguinei ſe uelle hanc iniuriam illatam uindicare, tibi dicãt, an irregularis fies, ſi id eis non uetueris, ipſi verò occidant, mutilentve illum, qui tibi iniuriã intulit? Videbatur dicendum te irregularẽ nõ fieri; tum quod nec facto, nec mandato, nec cõſilio ipſis opem tuliſti, quorum alterum requiritur, quò irregularitas contrahatur. argum. c. ſi quis uiduam, & ibi Gloſſ. d. 50. tum quòd nõ teneris id eis uetare, ex quo nec liberi, nec ſerui, ſubditive tibi ſunt.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet te irregularem fieri. Primò, quoniam, ex quo id non prohibuiſti, & de iniuria tibi illata uindicãda agebatur, & ſic de re tua, tacitò id mandaſſe exiſtimaris. argum. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus ſim. ff. mand. ubi, qui patitur quempiam pro ſe fideiubere, uel aliàs interuenire, mandati tenetur, tanquam ſi id expreſsè mandauerit; ergo idem & hic. Accedit, quoniam præſentia tua ſine prohibitione conſenſus uim habet, ut ſenſit Innocen. in capi. ex parte decani. de reſcript. nam inquit ſi me præſente aliquis procurat cauſam nomine meo, uideo eum facere procuratorem, & facit quoque c. fin. de iureiur. lib. 6. Poſtremò id habetur in ca. Petrus. de homicid. ubi quidam diaconus irregularis factus non eſt, quamuis ſui amici, & cognati ei dixiſſent ſe uelle uindicare iniuriam ipſi illatam à quodam Abbate, & idcirco eum occidiſſent; & hoc ob id, quoniam ipſe diaconus expreſsè id ipſis inhibuerat, ne abbatem occiderent, ut ibi habetur. Si ergo ob hanc rationem irregularis factus non eſt, quoniam ipſis id prohibuerat, ergo ſecus ſi id eis non prohibuiſſet; ualet enim argumentum à contrario ſenſu. l. 1. ff. de off. eius, & ideo in caſu noſtro irregularis efficieris, ex quo id non prohibuiſti; nam & ſic not. Abba. in cita. c. Petrus, quandoquidem ait homicidium cõmiſſum per conſanguineos fauore clerici, non imputari ipſi clerico ignoranti, ſecus ſi id ſciret, & non contradiceret, ut in caſu noſtro. Idem no. Felyn. ibid. à contrario ſenſu, & communiter DD. & Couar. de homicid. in Clem. unic. p. 2. §. 2. num. 8. uerſ. Quartò, nam ait, qui præſens fuit tractatui habito de occidendo eius inimico ab eius ſeruis, aut conſanguineis, & tacuit, hunc eſſe irregularem, quandoquidem conſentire uidetur, ubi & alios quoſdam idem ſentiẽtes refert. Immò idem ſentit ſi præſens nõ fuit tractatui, ſed nouit, & quomodo potuit, id non impediuit, eſto neceſſaria eſſet reuelatio. Nec repugnat ratio contraria; nam per taciturnitatem, & non prohibitionem probaſſe eorum cõſilium uidetur, ex quo res ſua agebatur.

18 Pro regula igitur habebimus† irregularem eum eſſe, ſi nomine ſuo quis ſe homicidium facere uelle dixit, & id ipſe non prohibuit. iux. cit. ca. Petrus. Quę regula locum etiam habet, ubi & conſultus de eo homicidio, an faciendũ eſſet nec ne, ipſe tacuiſſet, ita dixit Felin. in cit. cap. Petrus. Si ergo filii, & ſerui tractant de occidendo, qui iniuriam intulit patri, uel domino, & pater, dominuſque non prohibeant, irregulares fiunt.

Excipitur tamen primò, ubi homicidiũ cõmittendum ignorauit; eſto enim nomine ſuo fiat, tamen irregularis non efficitur. ita not. Abba. in cit. cap. Petrus, & DD. communiter, & facit. cap. quia præſulatus. 1. q. 4. ubi delicta cõſanguineorum clericis non tribuuntur, ſi eorũ conſcii non fuerant, eſto eorum nomine facta ſint; facit quoque cap. cum quis. de ſenten. excomm. lib. 6. ubi ſi meo nomine clericum percuſſeris me ignorante, in excommunicationẽ non incido, niſi deinceps percuſſionem ratam habeã, ergo idem in caſu noſtro: etenim ignorantia facti hęc eſt, quæ ab irregularitate excuſat. capitu. apoſtolicæ. de cler. excom. min.

Poſtremò excipitur, ubi qui ſciuit ſuos uel cognatos, uel conſanguineos, uel amicos, uel alios uelle quempiam ſuo nomine aut occidere, aut mutilare, ſed id eis prohibuit; nam neq. in hoc caſu irregularis hic efficietur, ut habetur in eod. cap Petrus, ubi & DD. omnes hoc not. Hinc nec ſimonia ei imputatur, qui prohibuit ne pro confirmatione quicquam daretur, ſi contrarium factum ſit, ut dicitur in ca. ſicut tuis. de ſimon. id quod ſumma ratione factũ eſt: contingeret enim quem me inuitum irregularem reddere poſſe, quod iniquũ eſt, ut de ſimonia dicitur in cita. cap. ſicut tuis. In hac igitur quęſtione ſic cõcludendum cenſeo. Propinquorum autem facta quando nobis tribuãtur declarant DD. ac præcipue Felin. in eod. c. Petrus. de homicid.

19 Qui† mandatum etiam accepit ab aliquo, ut ſignificaret alteri coniurationem in ipſum factã, & idcirco ſibi caueret, uel literas eandẽrem ſignificantes ſciens deferendas ſuſcepit, irregularis efficitur, ſi aut mandatum non expoſuit, aut literas non reddidit; fuit enim cauſa, ne ille ſibi caueret, & ad id ſignificandum ſe obligauerat; mandatum enim ab initio ſuſcipere uoluntatis eſt, ſuſceptum uerò, ut adimpleatur, eſt neceſſitatis, ut dicitur in §. mandatum, & ibi not. in Inſtitu. de mandat. atque ſic dixit Maiol. de Irregular. lib. 5. cap. 48. §. 5. nume. 3. uerſ. Et cõſequitur. ibi: Idem etiam erit, ſi ego mittam te tanquam nuncium. Id quod

locum

locum habere cenſeo, uel dolo id non fecerit, modò iuſto impedimento exequi id non prętermiſſerit,& hoc ob hanc rationem,quod mãdato obligabatur,quicquid dixerit Maiol. ibidem, qui irregularem hunc fieri tantum cenſuit,ubi dolo id prætermiſſit,& malè ob rationem allatam;nam ubi quis ad aliquid obligatur,uel negligentia id omittat,tenetur.argu.§. præterea ſi medicus.in Inſtit.de leg.aquil.Verùm quid ſi quis impediat ratione quapiam, ne alius ſe tueri poſſit,unde aut occiditur,aut mutilatur,an irregularis hic efficitur? Hoc in ſeq.explicabimus.

S V M M A.

1 *Impediens,ne quis ſe tueri poſſit à morte,mutilatione ve,irregularis efficitur.*

2 *Naufragium patienti,ſi tabulam,cui adhæſerat, qs arripiat,irregularis fit,ſi obruatur.*

3 *Aquarum impetu latus adhęſerat naui, uel remo, dominus nauis eum inde eiecit,& obrutus eſt,an irregularis fiat dominus nauis.*

4 *Clamanti in periculũ conſtituto,an irregularis fiat is,qui ei opem ferre poteſt,ſi non ferat.*

5 *Arboris ramo,ne obrueretur,quis adhęſerat, irregularis fit,qui ramum incidit,ſi deinceps obruatur.*

6 *Enſem ſi quis obliget eunti in locum periculoſum, irregularis fit,ſi occidatur.*

7 *Noctu per locum præcipitem eunti ſi quis lucernã extinguat,& idcirco pereat,irregularis eſt, qui lucernam extinxit.*

8 *Occulis orbato ſi quis quidpiam obijciat, unde cadat,& moriatur,irregularis efficitur.*

9 *Rixa orta ante tuas ædes, ſi occludas oſtium intro ingredienti,ne occidatur,an irregularis fias.*

10 *Clamando qui poterat euadere mortem iniuſtam, irregularis fit,qui ſuadet ei, qui ipſum captiuum habet,ut os ei claudatur.*

11 *Offendicula in itinere ponens irregularis fit,ſi quis ob id pereat.*

12 *Incipiens opem ferre cuipiam in periculo conſtituto,an irregularis fiat,ſi antequam periculo liberatus ſit,deſinat ipſi opem ferre.*

§. IV.

§. Quando quis omiſſione eius, quod facere debebat,irregularis efficitur,uidimus modò uideamus,an irregularis quis fiat, ſi impedit,ne aliquis ſe tueatur, uel remouet adiumenta,quibus ſe tueri poterat,ne periret:

1 †Pro regula igitur habebimus irregularem eũ fieri,q̃ impedit,ne quis ſe à morte tueatur, uel adiumenta remouet, quibus mortem euaſiſſet;& hoc ob hanc rationem, quòd facto mortis cauſa eſt,quo caſu quis fit irregularis,ut habetur in cap.ſi quis uiduam. diſt.50.nam hic eſt cauſa proxima, quamobrem irregularitas contrahitur,ut dixit Gloſſ. communiter recept.in c.de cetero.de homicid.& Gloſſ.fin.in c. Petrus eod.

2 Qui ergo†naufragium patiẽti tabulam, cui adhęſerat, ſurripuit, unde uel celerius aquis obrutus eſt,irregularis efficitur. Id quod locũ habet uel in eodem periculo ipſe eſſet, non.n. cum alterius damno iniuſto tueri quis ſe debet.& ita Maiol.de irreg.lib.5.cap.48. nume. 11.verſ.Ex iis infertur.

3 Qui itidem†impetu aquarum ferebatur, & naui,uel remo adheſerat,dominus uerò nauis eum eiecit è naui,uel remum abſtulit, irregularis efficitur,ſi ille pereat;modò in eodem periculo non eſſet,ſi remum,uel nauim apprehẽ-

4 dentem non impediſſet;†ſicut etiam irregularis non efficitur,ſi clamantem in aquis, ut ipſi opem ferret,cum poſſet,opem ferre,noluit; ex quo enim ex officio,& debito iuſtitiæ ad id nõ tenetur,quamuis mortiferè peccet, irregularis non efficitur,atque ſic dixit Maiol. de Irregular.lib.5.cap.48.§.5.num.3.uerſ. Ex prædictis etiam deciditur,ibi:Iuxta prædicta.

5 Multo magis†irregularis efficietur, qui arboris ramum abſcidit,quem quis apprehenderat,ne aquis obrueretur, unde ob id obrutus eſt.Id quod locum habere cenſeo,uel nõ poſſet ſuam nauim aliter in tuto collocare, potior enim eſt ipſe, qui prius ramum apprehendit, ita Maiol.ibid.in uerſ.Et in caſu contingenti.

6 Irregularis etiã efficitur,†qui eunti ad locũ periculoſum enſem cingulo ligat, ne eum extrahere poſſit,uel ſclopetũ clauo occludit, unde,ſe defendere cum nõ poſſet, occiſus eſt, uel mutilatus.Id quod locum habet, uel ioco id feciſſet,modò ſciret in locum periculoſum ipſum ire;cogitare enim poterat id euenire poſſe.argum.cap.Ioannes,& cap.fin.de homicid. à contrario ſenſu,& c.fi.de homicid.libr.6.ita Maiol.eod.num.3.

7 Irregularis etiam efficitur,†qui de nocte p locum præcipitem ituro lumen extinguit, unde cecidit,& mortuus eſt,uel dolo, uel ioco id fecerit,ut,qui id euenire poſſe cogitare debebat,ut in antecedenti caſu,ita Maiol.ibid.

8 Multo magis†fiet irregularis,qui oculis orbato per pontem tranſituro tabulas admouet, unde cadens mortuus eſt,uel ioco etiam id feciſſet,ita Maiol.ibid.

9 Si rixa etiam,† & tumultus ante tuas ædes fiant; &,ne is, quem ſui inimici perſequuntur, in ædes tuas aufugiat,quò mortem euitet, tu fores occludas,irregularis efficieris; ſecus autẽ ſi id feciſti, ne tumultus,& rixa in tuas ędes uenirent,ita Maiol.ibid.uer. Ex prædictis etiã deciditur.

10 Irregularis etiam efficitur,† qui, cùm iniuſtè ad mortem quem duci uidet, & ab amicis, fautoribuſve clamando liberari poſſet,ſuadet, ut os ei obturetur,ne clamet, ita inquit Syl.in uer.Homicidium.3.uerſ.5.& ſequitur Maiol. eod.uerſ.& probatur id ratione,quoniam cõſilio homicidium adiuuat,ut habetur in c. ſicut dignum.§.illi etiam,& §.fin.de homicid. ubi, qui intereſt homicidio, ne illud impediatur, irregularis

irregularis efficitur, eſto ipſe ferire nolit. Id quod locum habet uel iuſtè ad mortem quis duceretur.arg.c.ex literis.de exceſſ. prælat.& ſupra id egimus,ubi de præſentia eorum tractauimus,qui aſtant,dum homicidium committitur.Ob eandem rationem,qui impedit aliū, ne quem à morte liberet, irregularis efficitur, ſicut etiam,qui abſtrahit alicui enſem, uel arma,quamobrem inermis occiſus eſt, ut ſupra in ſimili diximus.

11 Multo magis etiam,†qui offendicula in itinere ponit ob hanc cauſam,ut aliquis corruat, ut lapides,trabes,funes,uel etiam foueas effodeat,quò in eam quis incidat; ſi enim quis ob id cadens moriatur,uel mutiletur,irregularis hic efficitur,uel ioco id feciſſet; rem illicitam enim fecit, & id euenire poſſe facilè cogitare poterat.argumen.cita.capitu.fin.de homicid. lib.6.

12 At quid† ſi quis in periculo exiſtenti opem ferre cęperit,deinceps deſierit,unde in periculo conſtitutus periit,an irregularis hic efficiatur? Plane ſi ex iis eſt,qui ex debito iuſtitiæ ad id tenentur,irregularis efficitur, ut antea uidimus,ubi & de medico,& de chirurgo plura diximus.Idem ſentimus,ſi alium quęſiſſet , niſi hic opem ferre illi cępiſſet; nam irregularis efficietur,eſto ex iis non ſit, qui ex officio ad id obligarētur;& hoc ob hāc rationem,quòd ſuis cæptis abſtulit ei auxilium aliud, quod ſibi paraſſet.

Verùm quid ſi neminem parare poſſet? Planè ſentio irregularem hunc non fieri, ut ſi pugnare pro ipſo cœpit,pugnare deſinat,ſecus autem,ſi in naufragio exiſtenti, uel ab inimicis circumuento inſtrumenta dediſſet, quò ſe tueretur;ex quo enim iam ea inſtrumenta dedit, uel commodauit,intempeſtiuè, & antequam periculum illud euadat,adimere ei nō poteſt; nō enim commodatum repeti poteſt, niſi,ubi quis eo uſus fuerit ad eum finem, cuius gratia fuerat accommodatum,eſto in idem periculū qui commodauit,incidiſſet.At quid de habentibus urſos,leones,& alias feras beſtias , quæ obeſſe poſſunt,an irregulares efficiētur, ſi quē occidant,uel mutilent, ob id quòd non cautè cuſtodita ſunt? Hanc quęſtionem in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Leonem,vrſum, & animalia huiuſmodi fera habēs,an irregularis fiat, ſi quem mutilent,aut occidant.*

2 *Animalia natura domeſtica ſi quem occidant,uel mutilent,an dominus eorum irregularis fiat.*

§. V.

1 §. †Quæſtio hęc nobis explicanda eſt,an habens leonem,urſum,& huiuſmodi animalia irregularis fiat,ſi quem mutilent, aut occidant.In hac quæſtione uariæ DD.ſententiæ ſunt.Innocen.in cap.ad audientiam.numero 8.uerſic.Si autem aliquis. de homicid.exiſtimat hunc irregularem non eſſe, dummodò malitiam,uel latam culpam ad mortem, mutilationemve non adhibuerit; nō enim uidetur, ut ipſe ait,leuem culpam,uel negligentiā huic tribui debere,cùm multum remota cauſa ſit. Hanc opinionem ſequitur Ioann.Andr. & Anton.quos refert Mar.Socin.Sen.in cita.cap.ad audientiam.num.244.q.46 Sequitur quoque eum Specul.in tit.de Irregularitate.uerſ.Quid ſi aliquis. Hęc opinio mihi omnino non probatur;nam,ubi dolo,eiuſve lata culpa homicidium interuenit,ſine dubitatione horum ſententia uerissima eſt;at ſi leuis culpa, uel negligentia tantùm,interuenerit, eorum ſentētiam non ſequor,& hoc ob hanc rationem, quòd eorum cura ad ipſos pertinet,ergo non ſat eſt,ut latam culpam uitent. Præſertim quòd naturā earum animantium feram eſſe non ignorant.

Altera fuit opinio eorum, qui exiſtimarunt hunc ſemper irregularem eſſe;& hoc ob hanc rationē,quòd ipſi tribui poteſt, quòd hęc animalia teneat. Horum ſententia neque omnino etiam uera eſt;nam non eſt prohibitum generatim,ne quis ea animalia habeat, ſed ſolū, ne in loco publico,ut habetur in §.fin.in Inſti. ſi quadrup.paup. feciſ.dicat.

Tertia fuit opinio diſtinguentium; nā Mar. Soci.Sen.eod.num.ſic diſtinguit. Aut hic non tenuit ligata ea animalia debito modo; & in hoc caſu,ſi quem occidant,uel mutilent ,irregularem hunc fieri cenſuit. Aut tenuit, & tunc ſecus.Hæc opinio quoad ſecundam partē omnino uera non eſt;quid enim ſi in loco,per quē uulgo iter fit,ea habeat ? Planè,quod id iure prohibitum eſt per cit.§.fin.& in l.hi enim.cū duob.ſequen.ff.de ędilit.edict. eſto ligata teneat,irregularis tamen efficitur, ſi quē deforment,ex quo in loco prohibito ea habet nō ob aliam cauſam,quàm quòd nocere tranſeuntibus poſſent,quo caſu, ubi aliquid prohibetur ob huiuſmodi cauſam,irregularis efficitur uel diligentiam omnem adhibuerit. argum.c.tua nos.de homicid. Ac planè id ſumma ratione factum eſt; huiuſmodi enim animantes tranſeuntes,qui hoc non animaduertūt, dum aliis negotiis ſtudent,& alibi animum habent, de improuiſo aggrediuntur, dum ipſis homines appropinquant. Quare uel ligatæ ſint,nocent.

Vnde Couar.in Clemen.unic.in 2.par.§.4. num.11.uerſicu.De eo autem.etſi opinionem Innocen.ſequi uidetur, modò animalia hæc benè,& cautè cuſtodiantur,ſi tamen in uia,vel in itinere,aut in alio publico loco habeantur, irregularem hunc fieri cenſuit,ob id,quod iuribus allegatis prohibentur haberi hęc animalia in dictis locis.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut ſunt animantes natura feræ,ut leones,lupi,urſi,ſimiæ, & huiusmodi; & in hoc caſu ſic ſubdiſtinguendum puto. Aut

dominus

dominus ea animalia hẽt in loco priuato, quo uulgo iter non fit, & ad ſummam quò ire homines non ſolent; & in hoc caſu, ſi benè ligata ea teneat, contingat verò quem nihilominus deformari, uel quia ad ipſa acceſſit, uel quia ratione quapiam ſoluta ſunt, quæ quis diligens non exiſtimaſſet, in hoc inquam caſu opinionem Innocen. & qui eam ſequuntur, ueriſſimã cenſeo. Et hoc ob eam rationem, quoniam rẽ licitam habebat, & diligentiam omnem adhibuit, ergo irregularis effici non debet. argum. cap. Ioannes, & c. fin. de homici. non enim omnis caſus fortuitus prȩuideri poteſt. Poſtremò, quoniam, ubi ſoluta ſunt, non culpa ipſius domini, & fugerunt, deſinunt eſſe eius domini, ex quo in priſtinam libertatem uenerunt, & idcirco dominus non tenetur, ſi cui nocuerũt, ut dicitur in l. 1. §. in beſtiis autem. ff. ſi quadrup. paup. fecis. dicat. iunct. §. feræ igitur beſtiæ. in Inſtit. de rer. diuiſ. Si uerò non benè ligata ipſa habet, & ob id culpa domini ſoluãtur, & tũc in ipſa ſolutione cuipiam noceant, tunc irregularem dominum fieri ob ſuam culpam concludo, ſecus autem ſi poſteaquam in priſtinã libertatem uenerint, ut pote extra ciuitatẽ fugerint, & amplius in dominio priſtini domini non ſunt. ob cit. §. in beſtiis.

Aut ea habet in uia, uel in itinere, uel in alio loco publico, & in hoc caſu, uel diligentiã omnẽ adhibuerit, ſi cuipiam nocuerint ſine eius culpa, irregularem dominum fieri cenſeo. Et hoc ob rationem proximè allatam, quoniam rei prohibitæ operam dat, & idcirco quamcunque diligentiam adhibeat, irregularis nihilominus fit, ſi mors, mutilatioue interueniat. per cit. cap. tua nos, & tradidit Gloſſ. communiter recept. in cap. ſicut dignum. §. fin. in uerb. Conſilio. de homicid. & in hoc caſu locum habebit ſententia eorum, qui exiſtimarunt ſemper irregularem quem fieri.

2 Aut ſunt animantes natura domeſticæ, † ſed feritate quadam præter naturam præditæ; & in hoc caſu, ſi dominus id ſciens non prouidet, ne cui noceant, irregularis efficitur. argum. ca. ſignificaſti. de homicid. ubi cùm equus, ſub quo inſidebat clericus, mulierem quandã occidiſſet, irregularis habitus non eſt, ob id, qđ equi uitiũ ignorabat, ergo ſecus ſi id nõ ignoraſſet; ualet enim argumentum à contrario ſenſu. l. 1. & ibi DD. ff. de off. eius. Quare, qui canẽ huiuſmodi haberet, qui aprum, & huiuſmodi animalia, quæ homines occidere, mutilareve ſolerent, niſi ligata ea haberent, irregularis dominus efficeretur, ſi cuius mutilatio, morsve contingeret; ea enim ratio, quæ in feris, & hic locum habet, ergo & eadem iuris diſpoſitio. argum. l. illud. ff. ad leg. aquil. ca. cùm dilecta. de confirm. util. uel inutil.

Excipitur tamen, ubi dominus uitium huiuſmodi ignoraſſet, ut pote, quia per hæreditatem ea animalia adeptus eſt, uel per emptionem; tunc enim ab irregularitate immunis eſt, ut habetur in cit. c. ſignificaſti. de homicid.

Secundò excipitur, ubi animal illud id non conſueuerat, nec uitii id habebat, ſed caſu quopiam, neſcio ve quo impetu quem deformauit; & hic enim ignorantia dominum excuſat. argum. c. apoſtolicæ. de cler. excom. miniſtra.

Poſtremò excipitur, ubi nouerat uitium, & benè proſpexerat ea ligando, ſed neſcio quo caſu ea animalia ſoluta ſunt, & quem deformarunt; quod enim caſus omnes prȩuideri nequeunt, ob eam rem irregularis dominus non efficitur. argum. cap. Ioannes, & c. fin. de homicid. In hac quȩſtione igitur ſic concludendum cenſeo. Sed iam ad homicidium, mutilationẽve caſu, fortuitove commiſſam, tranſeamus.

De Irregularitate an oriatur ex homicidio non neceſſario, nec voluntario, nec culpa interueniente, ſed caſu fortuitove, habito reſpectu ad furioſum. Cap. XXIV.

S V M M A.

1 *Furioſus quid ſit.*
2 *Furioſus qua ratione quis probetur.*
3 *Furioſus homicidium, mutilationemve committens irregularis non efficitur, quȩ regula quouſq. pateat, declaratur.*

DE Irregularitate, quæ oritur ex homicidio non uoluntario, & non neceſſario, culpa tamen aliqua, uel omiſſione interueniente egimus; modò agamus, an irregularitas oriatur ex homicidio non uoluntario, & non neceſſario, & ſine culpa ulla commiſſo, ſed caſu, aut fortuito. Verùm, quòd hoc contingit multis modis. Primùm reſpectu habito ad furioſum. Deinde ad ebriũ. Tertiò ad dormientem. Quartò ad infantem. Poſtremò ad eum, quo aliquid committente ad mortem per ſe non deſtinato, mors tamen mutilatiove interuenit; ideò de ſingulis agamus, & prius de homicidio commiſſo, uel mutilatione à furioſo. Id quod ut dilucidius fiat, hæc contemplabimur. Primùm furioſus quid ſit. Deinde, qua ratione furioſus quis probetur. Poſtremò an homicidium, mutilationẽve committens, irregularis fiat.

1 Quoad primum igitur † furioſus homo eſt homo, qui ob impedimentum aliquod accidentale rationis uſum nõ habet. Poſui Homo pro genere; nam non ſolùm dicitur de furioſo, ſed de non furioſo. Poſui reliqua pro differentia, quò ſeparetur ab homine, qui uſum rationis non habet ob impedimentum naturale, ſcilicet ob ætatem, ut infantes; non. n. ob accidentale uitiũ, ſed ob naturale hi uſu rõnis carent.

Quoad

2 Quoad ſecundum † ſcilicet qua ratione quis furioſus probetur, breuiter concludendum eſt duobus modis, ſcilicet & uerbis, & factis. Verbis, quoniam temerè, extra propoſitũ, & inſulſè loquitur, unde Iſaias capit. 32. ſic inquit: fatuus fatua loquitur, & refertur in ca. legimus. d. 93. Idem inquit Gloſſ in cap. Gonſaldus. in uerb. Refutauit. 17. q. 2. Factis quoque, ut lapides proiiciendo, ſuos etiam ſine cauſa interficiendo. argu. l. diuus. ff. de off. præſid. & ut tradidit Abb. in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.

3 Quoad tertium † pro certo habendum eſt ſfuriofum, ſi quem mutilet, uel occidat, irregularem nõ fieri; Nam primò id habetur in Clem. unic. de homicid. Si furioſus, dicitur enim ibi, & cęt. hominem mutilet, uel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Hæc ibi. Non eſt igitur quod hac de re dubitemus. Præterea DD. ibi id communiter not. Poſtremò id probatur ratione, nam irregularitas, quæ contrahitur facto noſtro iniuſto, aut contrahitur dolo, & iniuria, ut in cap. ſicut dignum. de homicid. & in cap. ſi quis uiduam. d. 50. at furioſus iniuriam facere non poteſt, nec dolum committere, ſed pati, ut habetur. in l. illud. §. 1. ff. de iniu. & c. illud. 15. q. 1. iniuria enim non fit ſine uoluntate iniuriæ inferendæ, quę uoluntas in eo non eſt, qui rationis uſum non habet. Aut contrahitur ex facto iuſto, ſed cõſulto, ut habetur in cap. ſententiam, ne cler. uel monac. & in eo. cap. ſi quis uiduam. furioſi verò conſultò quid agere non dicuntur, ex quo non intelligũt, qđ agunt. §. præterea. in Inſtit. Quib. non eſt permiſ. fac. teſt. ergo conſulto nihil facere dicuntur; uoluntas enim in hoc caſu requiritur, quæ in eo deſideratur, qui rationis uſu caret, ut aſſeruit Couar. in cita. Clem. in 3. p. num. 1. uerſ. Igitur furioſus. Aut contrahitur ob culpã, quia dabat operam rei illicitę, uel rei licitæ, ſed non omnem tamen diligẽtiam adhibuit, quam debebat. argum. c. dilectus filius. cum ibi not. de homicid. & cap. tua nos. eod. at furioſus culpã committere non poteſt, ex quo nullum animi iudicium habet; quod enim facit, perinde habetur atque ſi ſine facto perſonæ caſu fiat. l. vlt. in fine. ff. de admin. tut. & not. Glo. in ead. Clemen. in principio, & DD. communiter, & Couar. eod. in principio, & Mar. Socin. Sen. in ca. ad audientiam. num. 28. de homi. ergo, ex quo nullum ex dictis habet, quę neceſſariò poſtulãtur ad irregularitatem contrahendam, meritò irregulatis non fit. Accedit, quòd, ut dixit Couar. ibid. irregularitas contrahitur ab homine, quatenus eſt rationabilis, & non quatenus eſt animal, ergo requiritur, ut operationes, quibus irregularitas contrahitur, rationales ſint, ideſt factę cum ratione, & ab habente rationem; at furioſus non eſt talis, ſed perinde eſt, atque ſi quadrupes operetur, uel regula cadat, ut dicitur. in l. ſed etſi quemcunque. §. 2. ff. ad le. aqui. & tradidit Gloſſ. 1. in cita. Clemẽ. unic. de homici. ergo irregularis furioſus non fit, ex quo cum ratione operari nequit, nec in culpa eſſe, cum ſuæ mentis non ſit, ut dixit Ireconſ. in cita. l. ſed etſi quemcunque. eod. §.

Hęc autem regula locum habet, ut ſcilicet furioſus irregularis non fiat, non ſolùm, ubi aſſiduè furioſus eſt, uerùm etiam & ubi furor aliquando ceſſat, modò furoris tempore homicidium mutilationemve committat; tum quòd rationes propoſitæ & hic locum habent, ergo & diſpoſitio locum habere debet. argum. le. illud. ff. ad leg. aquil. & cap. cùm dilecta. de con firm. util. uel inutil. tum quòd factum eo tempore à furioſo factum dicitur, ut per ſe patet: tũ quòd idem ait Gloſſ. 1. in cit. Clemen. unic. in initio, & ſequuntur eam ibi DD. & Zab. q. 1.

Item locum habet, non ſolùm, ſi furioſus natus ſit, uerùm etiam caſu, etiam ſua culpa, ut pote amore, aliove animi corporiſve dolore ob rationes proximè allatas, & ut dixit Couar. ibi n. 4. ibi. Nec refert, & Maio. de Irreg. li. 5. c. 48. num. 11. uerſi. Inter homicidas, & Socin. ibidẽ num. 31. in cita. cap. ad audientiam. Excipit tamen eum, qui ſciens furioſum ſe exiſtẽtem homines occidere conſueuiſſe, & in furorem incidere, ubi quid comedit, & tamen comedere uoluit; in hoc enim caſu hunc irregularem fieri dixit, id quod ſi contingat, uerum eſſe credo.

Excipitur tamen, ubi dilucida interualla habet, & ſic eo tempore, quo furor ceſſat, hominem occidat, uel mutilet; nam, quòd tũc rationes propoſitæ ceſſant, & cit. Clemen. unic. quę de furioſo loquitur, qui actu talis eſt, & diſpoſitio ceſſare debet. argum. capi. cùm ceſſante. de appell. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. eſto enim deinceps in furorem incidat, irregularis tamen remanet, ſicut & aliæ diſpoſitiones ab eo rite factę, ut dicitur in §. pręterea. in fine. in Inſtit. Quib. non eſt permiſſ. fac. teſt. & l. patre furioſo. ff. de iis, qui ſunt ſui, uel alien. iur. Verùm quid ſi dubitetur, an homicidium furoris tempore factum ſit, an irregularis hic exiſtimabitur? Hanc quæſtionem in ſequen. explicabimus.

S V M M A.

1 *Homicidium commiſſum ab aliquo, qui furioſus eſt, ſed aliquando habet dilucida interualla, an exiſtimetur commiſſum tempore furoris, vel nõ.*

§. I.

1 Q †Quæſtio hæc explicanda nobis eſt, an ſi homicidium commiſſum ab eo ſit, qui aliquando furioſus eſt, furoris tẽpore, an alio commiſſum exiſtimetur. Planè uidebatur dicendum non eſſe à furioſo factum, ſed ubi ſanus erat; quilibet enim ſanæ mentis eſſe præſumitur, niſi contrarium probetur, ut nonnulli ſentiunt, quos refert Ancharan. in Clem. unic. num. 6. uerſi. Quæro ſextò. de homici.

Contrarium tamen ſuadere videtur, quòd, ubi

ubi ſemel probatum eſt, quem furioſum eſſe, ſemper talis eſſe exiſtimatur.arg.c. ſemel malus.de reg.iur.lib.6.nam ut ait Dyn.ibi accidens naturę cõtrarium tollit effectum præſumptionis eius naturæ.

Quid igitur concludendum? Ego pro certo primùm pono in foro conſcientię illi ſtandum eſſe tam quoad peccatum,quàm quoad irregularitatem.Quoad forum uerò exterius concludo re dubia cenſendum eſſe homicidium furoris tempore factum eſſe. Primò, quoniam in pœnis ſumus,ergo benignior interpretatio facienda eſt,ut pœna euitetur.l.interpretatione. ff.de pœn.& c.in pœnis.de regu.iur.lib.6.iun. traditis ibi à Gloſſ.Hinc tutor remotus non expreſſa cauſa, non propter dolum, ſed propter cauſam remotus intelligitur.le. hæc enim §.1. ff.de ſuſpect.tut.& caſſatio vitio electionis, nõ perſonę facta præſumitur,ut ait Gl. cum ſimil. in cit.ca.in pœnis.poſtremò, ubi de dolo agitur,potiùs re dubia dolus non interueniſſe exiſtimatur.arg.l.dolo.ff.pro ſocio. Quę ſententia locum habet,ubi ſemel furor antea probatus eſt;nam ſemper durare exiſtimatur,ut ſenſit Gloſſ.in ca.fin.in uerb.Compotem. de ſucceſſ.ab inteſt.quam communiter receptam teſtatur Ancharan.in ead.Clem.unic.num. 6. & ita nonnulli hoc ibi ſentiunt,quos refert,ac ſequitur Anchara.ibid.Sed de furioſis hactenus, ad ebrios tranſeamus.

De Irregularitate, an oriatur ex homicidio non neceſſario,nec volũtario,nec culpa interueniente,ſed caſu,fortuitove, habito reſpectu ad ebrium. Cap. XXV.

SVMMA.

1 *Ebrius quis dicatur quoad rem noſtram pertinet.*

2 *Ebrius non fit irregularis,ſi quem occidat, vbi alterius dolo ebrius factus eſt.*

3 *Irregularis fit,qui quempiam ebrium reddidit, ſi quem ebrius occidat.*

4 *Ebrius ſua culpa irregularis fit, ſi quem occidat, uel mutilet,ubi ſciebat ſe tunc temporis percutere,& mutilare ſolere.*

5 *Ebrius irregularis fit, qui ob eam rem ſe inebriat, quò impunè peccet,ſi homicidium,mutilationem ve committat.*

SECVNDO loco explicandum nobis propoſuimus,an irregularis fiat ebrius,ſi quẽ occidat,uel mutilet. Verũ, vt abſolutam cognitionẽ huius habeamus, & dilucidã, hæc contemplanda ſunt.Primùm,quid ebrius ſit.Deinde,quid iuris,ubi alterius dolo ſe inebriauit,& quem ebrius occidit.Tertiò,quid ubi ſua culpa,uel dolo,cũ ſciret ſe ebrium occidere,mutilareve cõſueuiſſe.

1 Quoad primum igitur† Ebrius eſt is,qui rationis uſum nõ habet,nec intelligit,quod agit ob nimiam uini potionem.

Poſui Qui uſum rationis non habet pro genere;non ſolùm enim dicitur de ebrio, ſed de furioſo,& infante. Poſui reliqua pro differentiis,quamobrem ab infante, & furioſo ſeparatur.

2 Quoad ſecũdum† pro certo pono eum, qui alterius dolo ſe inebriauit, quia ſcilicet aliquis vino ſal,uel huiuſmodi miſcuit, hunc irregularem non fieri,ſi quem occidat, uel mutilet;nam ſic inquit Couar.in Clem. uni.in 3.p. in initio,num.3.uerſ.Sed quoad irregularitatem illud ſit conſtantiſſimum,& ſequitur Mari.Socin.Sen.in c.ad audientiam.nume.55.de homicid.Et hoc ob eam rationem, quoniam, ut irregularitas ex delictis contrahatur, requiritur aliqua culpa, quæ hic omnino deſideratur;ex quo alterius dolo ebrius factus eſt,atq; ſic dixit Clar.in Pract.crim.§.fin.q.60. uerſic. Præterea quæro,nunquid committens delictũ
3 libr.5.Irregularis tamen† fiet is,qui ebrietatis cauſa fuit,ex quo rei illicitæ operam dedit,q̃obrem ei tribuitur, quicquid inde contingit, ut dixit Glo.communiter recept.in c.ſicut dignũ.§.fin.in uerb.Conſilio.de homicid.

4 Quoad tertiam quæſtionem† pro certo pono,ubi culpa ſua ſe inebriauit, & ſciebat ſe tũc percutere,& mutilare, hunc irregularem fieri, ſi quem mutilet,uel occidat,ut dixit Mar.Soc. Sen.in eod.c.ad audientiam.nu.56.de homic. & ſequitur Couar.eod.nu.4.uerſ. Poſſet quidẽ uera cenſeri,& Syl.in uerb.Ebrietas.q.4.in fine.Et probatur ratione;nam dat operam rei illicitæ,quo caſu ſcit ſe conſueuiſſe percutere,& occidere,ergo quicquid cõtingit, ei tribuitur, ob cit.Gloſſ.in eod.§.fin. Irregularis etiam fit mea ſententia is, qui ſciens eius naturam,uinũ nimiũ ſubminiſtrat,uel ioco id faciat, cooperatur enim ipſi.

5 Pro certo etiam pono† irregularem eum fieri,qui ob eam rationem ſe inebriat,quò impunè occidat,mutilet,& delicta committat, dat enim operam rei illicitæ, & idcirco quicquid contingit,ipſi tribuitur ob proximè dicta. Poſtremò eſt in culpa, & homicidium ſi contingat,uel mutilatio,ſunt uoluntaria,atque ſic inquit Couar.eod.nume.3.in fine, ubi quoſdam alios idem ſentientes refert. In his quęſtionibus igitur ſic concludendum breuiter cenſeo. Verùm quid de eo,qui ſua culpa ebrius factus eſt,quippe,quia ſciebat ſe inebriari,ubi multũ bibebat,& tamen multum bibere uoluit, non conſueuerat tamen ebrius quempiam percutere,nec hoc animo ſe inebriauit, an irregularis hic fiet,ſi ebrius factus quem mutilet, uel occidat?Hanc quęſtionem in ſeq. explicabimus.

De Irregularitate, an oriatur ex homicidio,non neceſſario nec voluntario,nec culpa interueniente,ſed caſu,fortuitove, habito reſpectu ad dormientem. Cap. XXVI.

S V M M A.

1 *Dormiens irregularis non efficitur ſi quem mutilet,vel occidat.*

2 *Dormiens ſi conſueuerat dormiendo arma ſummere,percutere,& occidere,an irregularis fiat , ſi quem mutilet,aut occidat.*

3 *Dormiens ſi hoc animo dormiendum iuit, vt dormiendo quem occidat,irregularis efficitur.*

1 DORMIENS quoq.† irregularis non efficitur, ſi quem mutilet,aut occidat, ut dicitur in Clem.unic. de homicid. & hoc ob eam rationem,quoniam, ex quo uſu rationis caret, non intelligit,quod agit, nec occidendi uoluntatem habet,atque ſic DD.communiter ibi no. & Mar. Soc.Sen.in cap.ad audientiam.num.51.de homici. Idem ſenſit Clar.in Pract.crim.li.5. §.fi. q.60.uer. Quæro etiam tunc quod aliquis dormiendo,ubi hunc nec aliis pœnis affici teſtat.

Verùm quid ſi quis conſueuit dormiens arma ſummere,percutere,& occidere,an irregularis hic fiet?Itē qd ſi quis hoc animo ad dormiendum iuit,ut ſomno oppreſſus quid hmôi faceret?Tertiò,quid ſi quis non erat ſolitus arma ſummere, ſed tamen ita ira affectus in aliquem dormitum iuit, unde ſomno oppreſſus arma ſummens,eum,cui iratus fuerat,occidit? Quartò,an peccet? Poſtremò,an aliis pœnis afficiatur?Hæ igitur quęſtiones nobis diſſoluēdæ ſunt,& prius prima.

2 Prima igitur quęſtio hæc eſt,† an irregularis fiat,qui conſueuerat dormiēs arma ſummere, percutere,& occidere,ſi quē dormiēs occidat, aut mutilet. Videbatur dicendum irregularē hunc non fieri;& hoc ob eam rōnem,quoniam cit.Clem.uni.eximit dormientem ab irregularitate,nec diſtinguit,an conſueuerit arma ſūmere,nec ne; ergo nec nos diſtinguere debemus.l.de prætio.ff.de publ.in rem act.& ita tenet Maio.de Irreg.li.5.c.48.n. 11.uer.quę oīa. Atqui contrariam opinionē ſequūtur DD.cōiter.Mar.Soc.Sen.in c.ad audiētiam. q. 12.nu. 54.de hom.Anch.in cit.Clem.un.n.3.uerſ. Secundò not.& Zab.q.6.& Cou.in 3.p.in initio. n.6.qui opinionem hanc cōem ſenti.& Bar.in l.pęna.ff.ad le.Pōp.de paricid. Et hoc ob has rationes.Primò,quia hic nō culpa uacat,ut inquiunt allegat.DD.nā debebat oſtium claudere,vbi dormiebat, quò inde exire non poſſet, uel arma inde amouere, ex quo ſuam cōſuetudinē norat;at,q. in culpa eſt,ut deformatio fiat, irregularis efficitur,ut antea uidimus,ergo idē & hic.Hæc tamen rō locum hēt, ubi prædicta non feciſſet.Verū,quid ſi ea præſtitit,ſed tamē ab alio oſtiū cubiculi apertū eſt,uel eo nō animaduertente arma relicta ſunt? Planè, ex quo hic culpa uacat,irregularis non efficitur.Scdò pro hac ſententia citatur.l.ſi ſeruus ſeruum.§. ſi fornacarius.ff.ad l.aqui.nā, cùm fornacarius ad fornacem obdormiſſet,& uilla exuſta eſſet, ibi inquit Iureconſ.in eū dādam actionē; eſto .n.dormiens rē humanā, & naturalē paſſus ſit, tamē,quoniā potuit id cogitare, & idcirco debebat uel ignē extinguere, uel ita munire, ne uagaretur,ob eā rem tenetur.Hęc ibi.Sicut igitur fornacarius ille tenetur,ex quo id potuit p̄uidere, ita & hic teneri debet nō ob dormitionē,ſed quia culpa præceſſit. Ad hanc rōnem reſpondetur,ut ad ſuperiorē reſpōſum eſt. Facit quoq.l.fluminū.§.ſeruius quoq. ff.de dam.infect.ubi ſi uiolentia uentorū tegulę cadant de tuo tecto in meum,ad illud damnum non teneris,quia ſcilicet non tua culpa id cōtigit, ſecus ſi uitio ędificii; nam in hoc non culpa uacas, quoniam poteras illud ſarciendum curare.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cēſeo. Aut hic fecit,quod debuit,qa ſcilicet abdidit ſe in cubiculū,& arma ēt amouit,ſed tamen alius recluſit oſtiū,eo id nō animaduertēte,& deinceps ſomno oppreſſus è cubiculo exiēs quem interfecit,uel mutilauit, & in hoc caſu prior ſententia locum habet, quippe,quia culpa uacat.

Aut diligentiā,q̄ debuit,non adhibuit;& in hoc caſu cōis opinio locum hēt ob rōnes,& iura allegata.Nec repugnat cit. Clem. unic.eſto .n.ſimpliciter loquatur,rō tamen non ſimpliciter loquitur,nam rō,quāobrem canon ille dormiētes ab irregularitate exemit,ea eſt,quoniā ex quo vſum rōnis non habent,exiſtimauit nō potuiſſe tunc huic prouideri;nulla.n.alia ratio reddi pōt:at rō hæc hic ceſſat,ex quo ſuū uſum nouit,& prouideri potuit,ergo & diſpoſitio eius Cle.un.ceſſare dēt.arg.c.cū ceſſante. de appe.quouſq.n.legis rō pertinet,eouſque & eius diſpoſitio,ut habetur.in l.pen.§.pe.ff.de iur.& fac.ign.In hac igitur quęſtione ſic concludendum cenſeo.

3 Quare,† qui hoc aīo iuit ad dormiēdum, vt ſomno oppreſſus quē occideret,uel mutilaret, irregularis efficitur, ſi quid eorū cōmittat ob antecedentem culpā,ſi hoc facere conſueuerat:nā hic utitur ſomno pro inſtrō ad delictum committendū,atq.ſic aſſeruit Cou.in cit. Cle. in 3.p.in initio.n.7.uerſ.Hac uerò in parte,ſic enim & peccare eū ait,qui data opera dormit, ut polluatur,& ſic abſoluta eſt ſecūda quæſtio propoſita;iam tertiam aggrediamur, quam in ſeq.explicabimus.

S V M M A.

1 *Dominus,qui non erat ſolitus arma ſummere, nec quem percutere,an irregularis fiat,ſi eum occidat,*

cum quo vigilans altercatus erat,& occidere eũ conatus fuerat.

2 *Dormiens an peccet,ſi quem mutilet,uel occidat.*

3 *Dormiens an alijs pœnis afficiatur ab irregularitate,ſi quem deformet.*

§. I.

1 § †Tertia quęſtio eſt,an,qui non erat ſolitus,dum dormiebat,arma ſummere, irregularis fiat,ſi eum occidat,cum quo antecedenti die altercatus fuerat, & illum occidere conatus erat, & poſtea ſic affectus dormitũ iuerat,& ea phantaſia motus ſomno oppreſſus eum interficit. In hac quæſtione uidebatur dicendum hunc irregularem fieri ob antecedentem opinionem; nam uidetur dediſſe cauſam ipſi homicidio,dum vigilaret, & hanc opinionem ſenſit Palud.lib.4.ſenten.d.32.q.1.art.3.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus,ſcilicet hunc irregularem non fieri; nam hoc ſenſit Mar.Socin.Sen.in c.ad audientiam. q.12.nu.54.& Alphonſ.à Caſt.quem refert,ac ſequitur Couar.in Clem.unic.in 3.p.in initio. nu.6.uerſ.Subſequitur ſtatim,ibi. Poteſt autẽ contingere.ubi & opinionem hanc communiter receptam teſtatur.de hom. Probatur autẽ primò, quoniam ira illa non erat cauſa certa ſemper,quæ efficeret illam imaginationem, eſto imaginatio illa fuerit cauſa homicidii;illa enim ira fuit cauſa remota;non enim frequenter ex huiuſmodi rixa effectum huiuſmodi q̃s operatur dormiendo,ergo non fuit hic irregularis factus. Poſtremò ſicuti per iram illam nõ eſt factus irregularis, ita nec per homicidium ſecutum,quoniam ab eo factum eſt, qui uſum rationis non habet,& ideo nec culpam ullã cõmittit.Nec repugnat antecedentis quęſtionis cõcluſio;nã ibi idcirco irregularis fit, quoniã ſciebat ſe dormientem ſurgere, arma ſummere,& percutere,& non proſpexit, ne facere ea poſſet;at hic non erat ſolitus,& idcirco ignorabat hoc euenturum,& idcirco irregularis nõ efficitur;ignorantia facti enim ab irregularitate excuſat,ut habetur in ca.apoſtolicæ.de cler. excom.min. A communi opinione igitur non diſcedemus.

2 Quarta quęſtio eſt,†an hic peccet,cuius qõnis ſolutio ex dictis habetur;nam, ſi nullã culpã admiſſit,quia ſcilicet ignorabat,nec cõſueuerat de nocte cõſurgere ſomno oppreſſus, uel ubi erat ſolitus,huic proſpexit, quantum in ipſo fuit,ſed alterius culpa id contigit, in hoc caſu non peccabit;ſic enim & pollutio nocturna, nec venialis,nec mortifera eſt,ubi quis nullam cauſam ei dedit;nam omne peccatum à rõnis iudicio pendet,quod hic ceſſat, atque ſic inq̃t S.Th.2.2.q.154.art.5.& Couar.in Clem. uni. de homici.in 3.p.in initio.nu.7. Secus autem ſi culpam aliquam admiſit. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

3 Poſtrema quæſtio hæc eſt,† an hic aliis pœnis præter irregularitatem afficiatur. In qua quæſtione breuiter concludimus nec aliis pœnis affici,ubi nec irregularis efficitur,& ſic ubi nullam culpam comiſſit;nam ſe habet, ſicut furioſus.arg.c.maiorem.§.item dormientes. de bapt.at furioſus non punitur,ergo neque etiã hic.Si uerò culpam aliquam commiſſit, punitur,ſed pœna extraordinaria,ita Bart. in l. pœna.ff.de paricid.& DD.communiter,ut teſtatur Couar.ibid.nu.6.& Iul.Clar.in Prac.crim. li.5.§.fin.q.6.uerſ.quæri etiam poſſe,quod aliquis dormiens.Sed de dormiente hactenus,ad infantem tranſeamus.

De Irregularitate, an oriatur ex homicidio non voluntario, nec neceſſario,nec culpa interueniente, ſed caſu,fortuitove,habito reſpectu ad infantem. Cap. XXVII.

SVMMA.

1 *Infans quid ſit.*

2 *Infans irregularis non efficitur,ſi quem mutilet,occidatve.*

3 *Infans irregularis efficitur,ſi doli capax ſit.*

4 *Infante maior an irregularis fiat,ſi doli capax non ſit.*

5 *Infante maior quis dicatur.*

QVARTO loco hic agẽdum eſt,an infans irregularis fiat ſi quẽ mutilet, aut occidat; quam quęſtionem ut dilucidiorem habeamus, hæc contemplabimur. Primùm q̃d ſit infans. Deinde,an fiat irregularis.Tertiò,quid ſi doli capax ſit.Poſtremò,quid de eo,qui infante maior eſt,ſed tamẽ doli capax non eſt.

1 Quoad primam qõnem,†ſcilicet quid ſit infans,breuiter concludimus eũ eſſe, qui minor ſeptenio eſt,ut habetur in l.ſi infanti.C.de iur.deli.ibi.n.dr̃.Si infanti,ideſt minori ſeptẽ annis.Ecce hic infantẽ eũ dici, qui minor ſeptenio:idẽ habetur in c.uni.in princip.de diſp.im pub.li.6.& no.Gl.in proœm.eiuſd.li.in uerb. Imperfectus.Et de prima qõne hactenus.

2 Quoad ſecundã qõnẽ,†an ſcilicet infans irregularis fiat,ſi quem mutilet;aut occidat,pro certo ponimus hunc irregularẽ nõ fieri, nã ſic dr̃ in Clem.un.de homi.& DD. ibi cõiter not. exploſa opinione Hoſt.qui cõtrariũ ſentiebat; nã & ab aliis pœnis excuſatur,ut de cõi ſententia teſtatur Clar.in Pract.cri.§.fi.q.60.in prin. Idque ob hanc rõnem, quoniam in ea ætate quis non intelligit,quod agit, ut habetur in l. infans.ff.ad le.corn.de ſicar.& in l.1.C. de fal. monet.& not. Gloſſ. ac DD. communiter in cita.Clem.unic.at quò irregularis quis fiat ob delictum,neceſſariò requiritur, ut in culpa ſit,

quæ in hoc deſideratur, ex quo rationis uſum non habet, ut tradidit Couar. in cita. Clemen. unic. in 3. p. in initio. num. 5. uerſicu. Vnde conſtat. In hac quæſtione igitur ſic concludendum eſt.

3 Quoad tertiam quęſtionem, † an irregularis fiat infans, ſi doli capax ſit. In hoc etiam breuiter concludimus irregularem hunc fieri. Et hoc ob hanc rationem, quòniam intelligit, quod agit, quamobrem ceſſat ratio in antecedenti quæſtione reddita, quæ ipſum excuſabat, ergo & diſpoſitio ceſſare debet. capi. cùm ceſſante. de apppell. Pręterea hic non eſt ſine culpa, & ad delictum uoluntas adeſt, quæ ad irregularitatem contrahendam ſat ſunt; non enim abſurdum eſt in ea ætate quem doli capacem eſſe, ut ait Abb. in c. 1. nu. 4. de delict. puerор. atque ſic dixit Abb. ibid. ut ſcilicet infans doli capax irregularis fiat, & ſic limitat cit. Clemẽ. unic. de homicid. ſequiturque eum Couar. in cit. Clem. unic. in 3. p. in initio. nu. 5. ibi. Eſt tamen hæc conſtitutio intelligẽda, niſi infans eſſet doli capax, ubi & alios plures idem ſentientes refert. Et de hac quęſtione ſatis.

4 Quoad poſtremam quęſtionem, † an maior infante irregularis fiat, ſi quem deformet, ubi doli capax non eſt. Breuiter concludẽdum eſt irregularem hunc non fieri, quicquid dixerit Hoſt. quem reprobat Glo. in cit. Clem. unic. in uerb. Infans, eſto Maiol. pro ſe eam alleget, & malè. Tũ quòd ratio, quæ in infante eſt, ubi irregularis non fit, & hic locum habet, quia ſcilicet doli capax non eſt, ergo & diſpoſitio locũ habere debet. argumen. l. illud. ff. ad leg. aquil. Tum quòd ſicut, ſi infans doli capax ſit, irregularis efficitur, vt proximè concluſimus, ita & maior infante non doli capax, irregularis effici non debet, ut quod operatur propoſitum in propoſito operetur oppoſitum in oppoſito. argum. l. fin. §. fi. ff. de leg. 3. Tum quòd hic eſt ſicut furioſus; at furioſus in quacunque ętate ſit, irregularis non efficitur, ergo neque etiã hic, atque ſic dixit Couar. in Clem. unic. in 3. pa. in initio. nu. 5. uerſ. Hinc ſequitur maiorẽ infante, & Anchar. in ead. Clem. n. 7. quem ſequitur Syl. in uerb. Homicidium. 3. q. 2. uerſ. Tertiũ. quare ab opinione Maio. diſcedendum eſt, qui contrarium ſenſit, lib. 5. de Irregular. capi. 48. nu. 11. uerſ. Infans; nam Gl. non id ſentit, quã allegat. In hac quæſtione igitur ſic concludendum eſt.

5 Quis autẽ maior infante dicatur † variæ DD. ſententiæ ſunt; communis tamen opinio eſt, in arbitrio iudicis id collocatum eſſe, ita Couar. ibid. num. 5. uerſi. Quis autem dicatur doli capax; & in tit. de ſponſal. 2. p. ca. 5. nu. 5. nõ enim iure id declaratum eſt, ergo ad arbitrium iudicis confugitur. arg. l. 1. ff. de iur. delib. & ca. de cauſis. de off. deleg. & de infante hactenus. Sed iam ad eum ueniamus, qui quidpiam committit, aut facit, quod mortem per ſe, aut ſua natura inferre non ſolet, ſed aliũde omnino uenit, an hic irregularis fiat.

De Irregularitate, an oriatur ex homicidio non neceſſario, nec volũtario, nec culpa interueniente, ſed caſu, fortuitove, habito reſpectu ad eum, qui quidpiam committit, aut facit, quod mortem per ſe, aut ſua natura inferre non ſolet, ſed aliũde omnino venit. C. XXVIII.

SVMMA.

1 *Homicidium non neceſſarium, nec voluntarium, nec culpa alia interueniente commiſſum, ſed caſu fortuitove, an irregularitatem inducat.*
2 *Cadens è tecto ſi quem occidat, irregularis non fit. Nec*
3 *Vinum bonum, qui fecit, irregularis eſt, ſi eo quis ebrius quem occidat.*
4 *Turrim, feneſtramve qui ędificat, irregularis non fit, ſi inde quis ſe præcipitem dedit.*
5 *Conuiuium lautum, qui fecit, irregularis non fit, ſi quis ſe ingurgitauit, vt crepuerit.*
6 *Reprahenſus ad conuerſionem, ſi ob id ſe occidat, vel mutilet, irregularis non fit, qui eum reprehendit.*
7 *Mittens quem aliquò, ſi in eo itinere pereat, irregularis non fit.*
8 *Mittens ruſticum ad ligna cedenda, vel ad hauriẽdam aquam, irregularis non fit, ſi pereat miſſus.*
9 *Mittens ad carnes emendas, irregularis non fit, ſi miſſus à macelario occidatur.*
10 *Furti, adulterijve committendi gratia ſi quis mittatur, & in itinere fulmine percuſſus intereat, irregularis non fit, qui eum miſſit.*

DE irregularitate hic denique nobis agendum eſt, an oriatur ex homicidio non neceſſario, nec uoluntario, nec culpa interueniente, ſed caſu, fortuitove, vbi quis quidpiam committit, aut facit, quod mortem per ſe, & ſua natura inferre non
1 ſolet, ſed aliũde, ut dixi omninò uenit. † In quã qõne breuiter cõcludimus irregularem quem in hoc caſu non fieri. Id quod probatur hac potiſſimum rõne, quoniam reſpectu habito ad operantem nulla culpa adeſt, nec reſpectu habito ad rẽ, quæ fit, ergo irregularitas non contrahitur; nã ad contrahendã irregularitatem pp homicidium à priuata perſona cõmiſſum, culpa aliqua interueniſſe neceſſe eſt, vt aſſeruit Couar. in Clem. un. de hom. 3. p. §. unic. in initio, uel ſaltẽ, ut res quę agitur natura mortẽ inferre conſueuerit. c. ſicut ex literarum. de homici. at in hoc caſu nihil horum interuenit, ergo nec irregularitas contrahitur.

2 Si ergo†, quis de tecto,quem cooperit, cadendo aliquem occidat,irregularis hic non efficitur;tum quod nec qui cecidit, hoc uoluit, nec cooperire tecta id facere conſueuit. Secus ſi ſponte,eſto non dolo malo;nam,quòd tenetur.l.in lege,& ibi Gloſſ.ff. ad leg. Corn.de ſicar.ob eam rem irregularis fit,& ita Maiol. de Irregular.lib.5.cap.48.§.3.numer.11.uerſicu. Quintò.

3 Qui etiam†vinum bonum fecit,quo quidā ebrius factus alium occidit , irregularis non habebitur ob eaſdem rationes.

4 Qui turrim ædificauit†feneſtramve, unde quis ſe præcipitem dedit,irregularis non efficitur.arg.c.de occidendis.23.q.5.

5 Non itidem†qui lautum conuiuium parauit,unde conuiuæ adeo ſe ingurgitarunt , ut nonnulli crepuerint;ſua enim culpa perierunt, & non parantis conuiuium, uel ipſius conuiuii natura.

6 Qui etiam† repræhendit aliquem ob delicta commiſſa, ut deſinat deinceps ea facere,& pœnas proponat, quas meretur ob commiſſa, ut pote mortem, uel membri mutilationem, irregularis non efficitur, ſi reprehenſus ea reprehenſione adeo motus eſt , ut ſe uel occiderit,uel mutilauerit. nam reprehenſio ad correctionem,& non ad mortem erat.Quare S. Antonius de Padua irregularis factus non fuit, cùm quidam pœnitens,qui ſua ei peccata confeſſus fuerat,pedem ſibi abſcidiſſet,propterea quòd ea pœna eum dignum ipſe dixit, ex quo ventrem matris eo percuſſerat; nam Sanctus ille nō ut ſibi pedem abſcinderet illud dixerat, ſed ut poſthac caueret,& peccati commiſſi cōtritionem conciperet.

7 Qui etiam†mittit Venetias ad quid agendum,contingatque tempeſtate orta miſſum in mari perire,irregularis mittens non efficitur; non enim mittens hoc intendit,& iter illud per ſe id facere non ſolet.

8 Qui mittit etiam†ruſticum ad ligna cedēda,uel ad aquam hauriendam;& dum incidit, arbor ſuper eum cadit,& moritur,uel dū aquā haurit,in puteum cadit,& obruitur,irregularitas non contrahitur à mandante.modò,ubi ad puteum mittis ſcit , de quo id timendum non erat;ſecus enim ſi puerum miſiſſet,& facilè in puteum cadere poſſet.

9 Qui itidem†ad carnes emendas quem mittit,& miſſus contendens cum eo,à quo uult emere,à vendente occiditur, ob prædicta irregularis non efficitur.

Quę diximus autem de eo,qui facit,uel mittit quempiam ad aliquid agendum,quod licitum eſt ; eadem ſentimus & de eo, qui mittit quempiam ad aliquod illicitum agendum, ſi non ob illud,ſed ob aliud occiditur.

10 Non†ergo irregularis efficietur, qui mittit quem ad furandum,uel ad adulterium cōmittendum,ſi in itinere aut fulmine pereat, aut à ſuis inimicis,quibus obuiam factus eſt, occidatur;nō enim mors interuenit ex natura eius delicti , ut per ſe patet,nec ex uoluntate ipſius mittentis.ita Nauar.in Conſil.19.numer.5.de homicid.lib.5. Sed de homicidio hoc hactenus;iam ad homicidium neceſſarium tranſeamus,& an inde irregularitas contrahatur,contemplemur.

De Irregularitate, an oriatur ex homicidio neceſſario commiſſo, vt quis mortem,membrive mutilationem euadat. Cap. XXIX.

SVMMA.

1 *Defendendo ſe,ne quis morte afficiatur,irregularis non efficitur,vbi aliter mortem euadere non poteſt.*

2 *Defendere ſe quocunque iure permiſſum eſt.*

3 *Defendere ſe contra furioſum,dormientemve quis poteſt,etiam eos occidendo.*

DE Irregularitate quando cōtrahatur ex homicidio uoluntario,antea copiosè, & abundè egimus, reſtat, ut agamus , an contrahatur ex homicidio,uel mutilatione neceſſariò commiſſis, vel ut ſe tueatur, uel honorem ſuum, ſeu famam, uel rem familiarem,uel alios,ſcilicet,ubi ſe,prędictosve,ſeu prędicta tueri non poteſt,niſi quē mutilet,aut occidat, ob hanc rationem enim homicidium neceſſarium hoc appellamus.Verùm,ut rem hanc dilucidiorem habeamus primò,ubi quis homicidium committit, uel mutilationem;quo ſe tueatur, deinceps alia eo ordine,quo propoſita ſunt,contemplemur ; iam igitur rem ipſam aggrediamur,de qua hæc videbimus.Primùm,an irregularis fiat, ſi quem occidat,uel mutilet,ut ſe à morte liberet. Deinde,quid ſi ea committat,ne mutiletur. Tertiò,ne uerberetur. Quartò,ne uerbis iniuria afficiatur.Quintò,quid iuris, ſi ipſe in ea neceſſitate ſe coniecit.Sextò,ubi licet quem occidere,ut ſe tueatur,an liceat iudices occidere iniuſtè mortem inferre uolentes . Septimò,an principes viros.Octauò,ubi occidere licet, an liceat arma alteri dare,quò nos tueatur,uel vocare,ut præſto nobis ſit,opemque ferat.Nonò, an liceat arma alii arripere, quò ſe tueatur cū damno eius,cui ea arripit. Decimò,an liceat occidere eum , qui uenit ad nos occidendum, & ſic præuenire.Vndecimò, an qui fuga ſe tueri poteſt,ne occidatur, irregularitatē euadat, ſi maluit occidere,quàm fugere. Duodecimò, vbi homicidium quis commiſſit, uel mutilationem,an exiſtimetur defenſionis neceſſariæ gratia id feciſſe. Decimotertiò,qua ratione probabitur defenſionis neceſſarię gratia quem occidiſſe,

occidiſſe,uel mutilaſſe.Poſtremò,an irregularis fiat,qui occidit aliquem ob ſuam defenſionem, ſed non ob neceſſitatem ineuitabilem. Hæ ſunt quæſtiones omnes,quæ in hoc primo capite diſſoluendæ ſunt,& prius primam.

1 Prima quæſtio igitur hęc eſt, † an irregularis fiat,qui ſuum aggreſſorem occidit,uel mutilat,cùm aliter mortem euadere non ualet.In qua quęſtione breuiter concludimus irregularem hunc nō fieri,ut habetur in Clem.uni.de homicid.ſic enim ibi dicitur;ſi furioſus,aut infans ſeu dormiens hominem mutilet, uel occidat,nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem de illo cenſemus, qui mortem aliter uitare non ualens ſuum occidit inuaſorē. Hęc ibi. Si ergo idem cenſet Summus Pont.de eo, qui quempiam occidit,uel mutilat, ubi mortē aliter euadere non ualet,quod de furioſo, de infante,& de dormiente, ergo hic irregularis non efficitur,& nullam irregularitatem cōtrahit:nam nec prædicti vllam irregularitatem incurrunt homicidium committentes,uel mutilationem,ut ex dictis apertiſſimè habetur. Nō

2 eſt igitur quòd hac de re dubitemus. † Id qđ & ſumma ratione factum eſt; omni enim iure tam diuino,& naturali, quàm humano quis ſe tueri poteſt,ut habetur in c.dilecto. de ſentē. excom.libr.6. Pręterea, dicitur enim ibi,cùm omnes leges, omniaque iura uim ui repellere, cunctiſque ſeſe defendere permittāt.Hæc ibi. Si ergo omnes leges, & omnia iura defenſionē permittunt,ergo tam ius diuinum, & naturale,quàm humanum id permittit. Idem habetur in cap.ſignificaſti.2.de homicid. & in leg. ſcientiam.§.qui cum aliter.ff.ad leg. aquil.& l.ut uim,& ibi DD.ff.de iuſtit.& iur.cum ſim. ergo omni culpa hic vacat, ex quo omni iure defenſio permiſſa eſt,ergo irregularis non efficitur;nam irregularitas,quę cōtrahitur ob homicidium à priuata perſona factum, culpā aliquam requirit,ut ſupra uidimus, & inquit Couar.in cit.Clem.unic.p.3.§.unic.in principio. Poſtremò,ubi ius aliquid concedit, & id omne conceſſiſſe exiſtimatur,ſine quo haberi cōceſſum non poteſt.le.2.& ibi Iaſ.ac DD. ff.de iuriſd.omn.iud.& ca.de cauſis. de off. delega. Ex quo igitur ius omne defenſionem nobis pmittit,ergo & ut aggreſſorem noſtrum occidamus,uel mutilemus permiſiſſe dicendum eſt, vbi aliter mortem euadere non poſſumus. Irregularis igitur quis non efficitur quempiam occidendo,ubi aggreſſorem ſuum occidit, uel mutilat, quando aliter mortem euadere non poteſt, atque ſic concludunt cōmuniter DD. in cit.Clem.unic.& Ancharan.nume.4.& Couar.ead.p.3.§.unic.in principio. Quare reiiciēda eſt opinio Specul.in tit.De Irregularitate. nume.47.qui contrariam ſententiam ſecutus eſt.Nec repugnat, ſi dicatur iudicem quoque neceſſario ui iuris,& officii, quo fungitur, ad mortem inferendam compelli, & idcirco nec ipſum irregularem eſſe debere, cuius contrarium tamen ſupra concludimus; nam neceſſitas illa fuit uoluntaria ab initio, hæc autē omnino neceſſaria,ſi mortem effugere uelit, quāobrem hunc,& non iudicem ab irregularitate exemit,cit.Clem.

3 Hęc†autem opinio locū habet uel occidat, furioſum,dormiētemve,qui eum aggreditur; nam ſi aliter mortem euadere non poteſt,ſine metu irregularitatis eos licite occidit, ſicut etiam nullum damnum patitur quis occidēdo animal irrationale,atque ſic aſſeruit Mar.Soc. Sen.in cap.ad audientiam.num.176. de homicid. Immo celebrans aggreſſorem occidēs poteſt deinceps inchoata ſacrificia obire,ita Ioā. de Lign.quem refert Socin.in cap. ad audientiam.nume.185.de hom. Item quicunque uel fratres minores ſint,uel prædicatores. Item vel uotum quis feciſſet ſe non defendere; nam illud uotum non ualet,ita Socin.eod.num.205. cum ſequen.& quiſque ſe defendere poteſt.

Verùm,an,qui ſe defendendo ob hanc rationem ſuum inuaſorem occidit, quòd aliter mortem euadere non poteſt, irregularis erit tam quo ad ordines ſuſceptos,quàm ſuſcipiendos? Maiol.de Irregular.lib.5.cap.48.num. 9. verſ.Sexta declaratio,& num. 11. uerſ.Octaua declaratio.ſic diſtinguit.Aut loquimur de laico,& in hoc caſu inquit admitti hunc ad ordines ſuſcipiendos poſſe,obtenta prius tamē declaratoria ſententia, ſcilicet ob neceſſitatem ſuæ uitæ id feciſſe, & in hoc caſu uera eſt hæc opinio,quam & DD.communiter tenent. Aut loquimur de clerico,& tunc inquit quoad ordines ſuſceptos adminiſtrare poſſe,obtēta prius declaratoria, quò plenè conſtet homicidium factum eſſe ob neceſſitatem uitę ſeruandę; id quod etiam uerum eſt,quoad ordines uerò altiores aſcendere non poſſe ſine diſpenſatione. Hanc autem opinionem probat primo per c. de his.d.5.ubi clericis,qui in obſidione poſiti ſanguinem fuderunt pœna imponitur, & officio priuantur,& tamen,ex quo obſeſſi tenebātur,neceſſitate compulſos id feciſſe exiſtimādum uidetur.Hic tamen canon nihil facit; nā etſi obſeſſi tenebantur, non tamen conſequitur mortem aliter euadere non potuiſſe. Non ob neceſſitatem igitur vitæ tuendæ, & quod aliter mortem euadere nō poſſent, homicidia commiſſerunt,& facit cap.ſuſcepimus.de homicid. Addo Clem.unic. de homicid.latam fuiſſe poſt eum canonem, & ob eam rē ipſi tāquam poſteriori ſtandum eſſe.argum.leg. non eſt nouum.cum ſequent.ff.de leg.Secundò allegat Maiol.Trid.Synod.ſeſſ.14.capi.7. de reform.nam ait ibi Sancta Synod. ſi homicidiū non ex propoſito,ſed caſu,uel uim repellēdo, ut quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſſum narretur, quamobrem iure quodamodo diſpenſatio debeatur, cōmittendum hoc eſſe loci ordinario, aut Metropolitano,ſeu uicinio ri Epiſcopo,qui cauſa cognita cum hoc diſpenſet.Ecce hic apertè haberi uidetur etiā ſi uim repellendo,

repellendo,ut ſe à morte defendat, quis homicidium committat,diſpẽſatione egere:Vnde inquit Maiol.eod.uer.Octaua. Sanctam Synod.per eum canonem addere aliquid ad cit. Clem.unic.de homicid.

Quid igitur concludendum?Ego à communi opinione ſupra poſita diſcedendum nõ cenſeo,ut ſcilicet uel clericus ſit,qui ob neceſſariã ſui defenſionem quem occidit,irregularem nõ fieri. Primùm,quoniam cit. Clem.unic. indefinitè loquitur,& ſimpliciter, indefinita autem æquipolet uniuerſali, ut dixit Bar. in l. 1.§.ſed & ſi.num. 3.ff.de uent.in poſſeſſ. mitt. Immò generaliter loquitur,nam ſic ibi dicitur,Et idẽ de illo,qui,quæ uerba generalia ſunt, ut ſentit Gloſſ.in cap.eos,qui de tempor.ordin.libr. 6. Vel igitur clericus ſit,uel laicus nihil intereſt. Item uel agatur de ordinibus ſuſceptis, uel ſuſcipiendis; nam totum contrarium colligitur ex cit.Clem.unic.nam inquit Nullam iregularitatem incurrit.Si ergo nullam irregularitatẽ incurrit,ergo non ſolùm quoad ordines ſuſceptos,uerumetiam & quoad ſuſcipiendos irregularis non erit;dictio enim illa,Nullam,omnem irregularitatem tollit. Poſtremò facit S. Synod.eod.cap.7.quæ & ipſa generaliter loqtur,nec diſtinguit de clerico,& laico,nec inter ordines ſuſceptos, nec ſuſcipiendos. Ex quo igitur & ius vetus, & nouum inter ſe conueniunt,nec diſtinguunt, ergo nec nos diſtinguere debemus.argum.l.de prętio.ff.de public.in rem.act.Nec uerum eſt Sanct.Synod.loqui ibi de eo,qui occidit, propterea quod mortem aliter reuadere non poſſet. Primò, quoniam etſi loquitur,ubi quis vim repellendo,ut ſe à morte defenderet, occidit, non tamen intelligit, vbi ſe aliter tueri nõ poterat,ſed de eo, qui moderationem inculpatę tutelę egreſſus eſt;id qđ hinc patet,quòd diſpenſatione opus eſſe ibi dicitur quoad ordines,& dignitates admittatur, at diſpenſatio non eſt neceſſaria,ubi quis mortem aliter euadere non poteſt, homicidiũ cõmiſſit.ob cit.Clem.unic. Nec facit, ſi dicatur correctam eſſe cit. Clem.à Sanct.Synod. nam, ſi hoc daremus ꝑ ſubauditos intellectus legis, correctio induceretur,quod fieri non debet,ut dixit Iaſ.in Auth.quas actiones.numer.21.C. de ſacroſanct.eccl.& Gloſſ. communiter recepta in cap.cupientes.§. quod ſi per uiginti.de elect.lib.6. legum enim correctio vitanda eſt iuribus uulgaribus. Poſtremò,ita interprætatur Sanct.Synod.eo in loco.Naua. in conſilio. 36.& in conſ.40.ibi.Tertium.de homicid.lib. 5.ut ſcilicet loquatur de homicida,qui moderationem inculpatæ tutelæ egreſſus eſt, ut ille diſpenſatione egeat,non autem de eo, qui aliter mortem euadere non potens ſuum inuaſorem occidit. A propoſita igitur regula cõmuni non diſcedemus,ut ſcilicet, irregularis non ſit,qui cùm aliter mortem euadere non poſſet, occidit ſuum inuaſorem,uel hic laicus,uel clericus ſit,uel de ſuſceptis ordinibus agatur, uel de ſuſcipiendis.Sed de quæſtione hac ſatis, ad alteram tranſeamus.

SVMMA.

1 *Occidens eum,qui te aggreditur,ne te mutilet, an irregularis fias.*

§. I.

1 §. †Secũda quæſtio eſt:an irregularis fiat, qui occidit aggreſſorem,quem uitare nõ poteſt,ne ipſum mutilet, niſi eum occidat. In qua quęſtione duæ ſunt DD. ſententiæ: quarum prima eſt Gonſal.à Villad. De Irregular.cap.De percuſſore,& Lap.quem refert, nõ tamen ſequitur Mar.Socin.Sen. in cap. ad audientiam.numer. 173.q.20.de homicidio,qui exiſtimarunt hunc irregularem eſſe. eãdem ſequitur Maiol.de irreg.lib.5.cap.48.numer. 7. Probari autem poteſt horum ſententia,primò per Clemen.unic.de homicid.nam ibi eximitur per eam ab irregularitate, qui alium occidit,ubi mortem aliter uitare non valet, ergo ſecus,ubi occidit,ut mutilationem euitet;incluſio enim vnius alterius excluſio eſt.l.cùm prætor.ff.de iud.cap. nonne.de præſumpt.Hęc tamen ratio horum ſententiam non omnino probat;& hoc ob hanc rationem, quòd per membri mutilationem mors ſequi ſæpè ſolet,ut experientia rerum magiſtra docet, ergo ut mortem uitet,quæ ꝑ mutilationem inferri poteſt, ſine irregularitatis metu occidere ſuũ aggreſſorem poteſt.Secundò pro hac ſententia ratio hęc facit; quoniam excedere moderationem inculpatæ tutelę hic uidetur,contra c.ſignificaſti.2.de homici.& l.1.C.unde ui. Atqui neque ratio hęc concludit ob rationem,ac reſponſionem factam ad priorem oppoſitionem,ex quo eum occidit,ubi aliter mutilationem euadere non poteſt,quæ mortem afferre ſæpè ſolet, ut dixi,nec ob id terminos moderatę tutelæ egreditur;nam immoderata tutela quis utitur, ubi quis ſe oratione alia tueri poteſt, quod in caſu noſtro non contingit, ſed culpa aggredientis.

Quare,cùm nulla ratione ſolida opinio hæc nitatur,contrarium ſequuntur Zabar. in Clemen.unic.de homicid.q.23.& Couar.in 3.pa. §.unic.num.2.uerſic.Primò ex his infertur,& Mar.Socin.Sen.in cit.cap.ad audientiam. nume.173.q.20.& Syl.in uerb. Homicidium.3. q.4.& Nauar.in Man.cap.27.numer.211.uerſicu.Dixi extra neceſſitatem ineuitabilem. Probatur autem horum ſententia primò,quoniam mutilatio,& occiſio ęquiparantur, quoad irregularitatem contrahendam; ergo & ẽt quoad euitandam paria eſſe debent,& idcirco ſicut pro uitanda morte ſine irregularitatis periculo aggreſſorem licet occidere, ita & pro mutilatione uitanda,idem poſſe fieri uidetur, ubi aliter fieri non poteſt. Hæc ratio tamen mihi non omnino probatur;nam ad irregulari

tatem

tatem contrahendam idcirco æquiparantur, quoniam ſic lex cauit;at non ita habetur cautum,quoad eam euitandam. Poſtremò ob hãc rationem irregularitatem quem euadere ſenſit Couar.quoniam ſicut ratione naturali,& iure diuino quis ſe defendere à morte poteſt, ita & à mutilatione et à morte ſe defendendo irregularis non fit,ergo neque ubi à mutilatione ſe defendit. Hæc ratio mihi non quadrat, nam proponit id pro certo,de quo quęſtio eſt; nos enim quærimus;an pro mutilatione membri liceat occidere ſine irregularitatis metu,ipſe uerò ponit pro certo id licere. Tertiò inquit Couar.id poſſe ſine metu irregularitatis.quoniam contingere poteſt ex membri abſciſſione mortem ſequi.

Quid igitur concludendum?Ego à poſteriori ſententia diſcedendum non cenſeo,ut ſcilicet irregularis non ſit, qui aggreſſorem occidit,ut mutilationem euitet,quàm ratione alia uitare non poteſt ob rationem, quam reddit Couar.quòd ſcilicet contingere poteſt per mẽbri mutilationem quem mori. Secundò,quoniam quis pro certo nõ habet mutilationem tantùm interuenturam;non enim in huiuſmodi actibus moderari quis ſe poteſt.argum.ca. fin.de homicid.lib.6.ubi,qui mandauit quem uerberari tantùm,irregularis efficitur, ubi occiſio interuenit etiam contra ſuam uoluntatẽ; & hoc ob hãc rationem, quod hoc euenire poſſe cogitare debebat. Multo magis igitur hic, qui mutilationem timet,quive eã inferre uult, mortem interuenire poſſe cogitare debet, ergo defendendo ſe à mutilatione, defendit ſe à morte,quæ ueriſimiliter contingere poteſt. Poſtremò facit,quoniam, ſi contrarium diceremus,ex quo aliter,quàm per mortem aggreſſoris mutilationem euadere quis non poteſt,e duobus neceſſe eſſet alterũ fateri, ſcilicet aut nobis non licere nos defendere;aut aggreſſori licere nos mutilare:at utrunque abſurdum eſt, & contra iura tam diuina,quàm humana,ergo ut abſurdum non eſt dicendum.l. nam abſurdum.ff.de bon. libert. Concludo igitur cum communi ſententia irregularem eum non fieri,qui aggreſſorem occcidit, ubi mutilationẽ aliter euadere non poteſt.Non tamen irregularitatem euadet,qui non aggreſſorem,ſed eũ, qui mandauit,uel conſuluit hoc,occidit; nam uerbis tantùm te hic aggreſſus,& non re,& ita Socin.in cap.ad audientiam.num.184. qui & Bald.idem ſentientem refert. de homicid. Et de quęſtione hac ſatis; iam tertiam aggrediamur.

SVMMA.

1 *Occidens eum,qui te uerberat,an irregularis fias.*
2 *Occidens eum,qui tibi iniuriam verbis infert, an irregularis fias.*
3 *Barba iniurię gratia tenentem te ſi occidas,irregularis efficieris.*

§. II.

1 †Tertia quęſtio eſt,an liceat cuipiam illũ occidere,qui eum uerberat , cùm aliter uerbera euitare nequeat. In qua q̃ſtione ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut in capite, & eo bacculo uerberat,quo ueriſimile eſt hũc mortem illaturum;& in hoc caſu,ſi aliter uerberatus ſe tueri non poteſt(quoniam hac ratione percutiens mortem inferre poteſt,ut habetur in cap.ſignificaſti.2.uerſi.Si uerò quemadmodum.de homicid. ubi dicitur ob modicũ ictum in caput,quem lætaliter ſolere lędi) irregularis hic non efficietur, ſi uerberantem occidat,quoniam,ut ſe à morte liberet, id facit, quo caſu irregularitatem quis euadit, ut habetur in Clem.uuic.de homicid.

Aut ea in parte eum uerberat,& ea re,ut pote ramo aliquo tenui,unde mortis periculum non adeſt;& in hoc caſu hunc irregularem fieri cenſeo,ex quo mortis, mutilationiſque periculum non adeſt;nam occidere ſuum aggreſſorem ſine irregularitatis metu tantùm quis poteſt,vbi mortem,mortiſve periculum ratione alia euadere non poteſt.

Atqui an licebit huic ſe defendere,eum occidendo,quando aliter ſe tueri non poteſt q̨n uerberetur?Ego ſentio id poſſe,ex quo & diuino,& humano iure defenſio permiſſa eſt, alioquin dicendum eſſet alteri licere eum uerberare,quod iniquum eſt,& contra §. iuris præcepta.in Inſtit.de iuſtit.& iur.fiet tamen hic irregularis. Excipio tamen,ubi uerberans correctionis gratia uerberaret,& ad id facultatẽ haberet,ut Pater,Dominus,Magiſter, Parochus, Abbas,Maritus,& huiuſmodi;in hoc enim caſu irregularis fieret, hos occidens , uel mutilans,

2 Verùm quid †ſi quis te uerbis iniuria afficiat,uel per barbam etiam capiat,nec te dimittere uelit,an irregularis fies,ſi aliter ab eo te liberare non potens,eum occidas,uel mutiles ? Planè,vbi uerbis iniuria tantùm fit, ſi iniuriã tibi inferentem occideris,irregularis fies? nã permittitur occiſio, ubi corporalis uiolentia infertur,& non ubi uerberalis, ut ait Innocen. in cap.dilecto.propè finem.de ſent.excommu. lib.6.& ſequitur.Gemin.ibid.num.12.uerſic. Gloſſ.in uerb.Eiſdem.Poſtremò per cita.Clemen.unic.de homicid. quis ab irregularitate eximitur alium occidens,uel mutilans, ubi q̨s aliter mortem uitare non poteſt, ut ibi habetur;at in caſu noſtro ſine occiſione mortẽ euadere poteſt,ut per ſe patet ; non enim uerbis mors per ſe infertur,ut per ſe patet;ergo.

3 Immò†nec irregularitatem effugit is, qui eum per barbam tenentem occidit, cùm nollet tamen occidere,qui per barbam eum tenebat,& hoc ob rationẽ proximè allatam, quòd occiſio ſine irregularitatis metu permittitur, ubi mortem aliter quis euadere non poteſt.p cita.Clem.unic.hic uerò mortis periculum nõ adeſt,ut in facto proponitur.Quare quidam ſa

cerdos

cerdos irregularis factus eſt,qui quendam ſe p barbam tenentem occidit. Ex his quarta quæſtio abſoluta eſt;iam quintam aggrediamur.

SVMMA.

1 *Occidens aliquem,quò ſe à mortis periculo liberet, an irregularis fiat,ſi ob delictum, & ſuam culpā, in illud periculum ſe coniecit.*

2 *Adulter occidens maritum adulteræ,quò ſe à morte tueatur,irregularis ſit.*

3 *Adulter irregularis eſt,ſi maritus vxorem adulteram occidat.*

4 *Adulter irregularis an ſit,ſi maritus adulterā percutiat,& ipſa abortum faciat.*

§. III.

1 §. † Quinta quæſtio eſt, an irregularis quis fiat occidendo aliquem,ut ſe à mortis periculo liberet, in cuius periculum ſua culpa,& delicto ſe coniecit,S.Antoninus.in 3.pa. tit.5.cap.8.§.1.quem refert,ſequitur, ac declarat Nauar.in Man.cap.15.nume.7.& cap.27.
2 num.238.ſenſit hunc irregularem eſſe;† nam eum irregularem eſſe dixit,qui cum uxore alterius inuentus à marito, maritum interficit, quò ſe ab eo defendat,qui eum occidere volebat;& hoc ob hanc rationem, quoniam ingreſſus hic dici poteſt eſſe uia ad hoc homicidiū, & ubi illicitum quidpiam quis aggreditur, qđ eſt cauſa, ut ob ſui neceſſariam defenſionem alium occidat, irregularis efficitur. Hanc opinionem S. Antonini ſequitur etiam Maiol.de Irregular.lib.5.cap.48.nume.7.uerſ.Tertia, & Syl.in uerb.Homicidium.3.q.4.uer.3.& probauit Pius Quintus,ut refert Nauar.in conſil. 34.de homicid.lib.5.vt ſcilicet inuentus à marito in adulterio cum uxore irregularis efficia-
3 tur,ſi ſe defendendo maritum occidat;† Immò idem Pius Quintus,ut ibidem teſtatur Nauar.irregularem eum eſſe dixit, qui adulteriū commiſſit, & maritus id ſciens uxorem occidit,ut pote,qa illicitæ rei cauſam dederat,quā uis Alphon.à Caſtro contrarium ſenſerit,ſi itidem extra iudicium maritus,uel pater,uel cōſanguineus occidat mulierem etiam ob ſimplicem fornicationem,uel meretricem, ut dedecus tollat,irregularis eſt,qui fornicatus eſt,ita
4 Maiol.eod.ca.§.3.num.15.†Sicut etiam,ſi ob id maritus uxorem percuſſit,unde abortum fecit;nam & in hoc caſu ob ipſum abortum irregularem fieri adulterum ſenſit, ut refert Nau. in conſil.35.eod. Additio tamen ad eum teſtatur Gregorium Decimumtertium, quoad caſum hunc poſtremum cōtrarium ſenſiſſe,ſe tamen dixiſſe ad cautellam poſſe cum eo diſpenſari,& ſic executioni mandatum fuiſſe. Poſtremò clericus,ut concluſit Nauar.in cita. conſil. 34.irregularis factus eſt, qui mulierē in eccleſiam uocauit,quæ iuuenis erat, ſicut & ipſe,ut de quodam matrimonio ſecum ageret,& ut ingreſſa eſt,ianuam clauſit; id quod ubi conſanguinei nouerunt,eam interfecerunt.

Quid igitur concludendum? Ego in hac quæſtione ſic diſtinguendum cenſeo, ut abſolutā materiæ huius cognitionem habeamus. Aut quis rem licitam aggreditur, & in hoc caſu ſi contingat eum ſine ſua culpa in hanc neceſſitatem venire,irregularem non fieri cenſeo, ſi, ut mortem euitet,quem occidat, ubi aliter eā uitare non poteſt,ut exempli gratia duobus ſeſe mutuo uulnerantibus,tertius interueniat,& dum uult eos ſeiungere, alter prædictorum in eum currit,quò eum occidat; in hoc enim caſu,ſi tertius hic eum occidit,cùm aliter ſe tueri non poſſit, irregularis non efficitur ob Cle. unic.de homicid.omni enim culpa uacat, ut in facto proponitur.

Aut quis rem illicitam aggreditur, & ex ea re ſæpius mors ſequi ſolet;& in hoc caſu, ſi ob hanc rationem hic quem occidat,irregularem fieri concludo;nam id euenire poſſe cogitare debebat,& idcirco non culpa uacat. argum.c. fin.de homicid.lib.6.Si ergo quis,exempli gratia,de nocte domum alterius ingreditur,ut furetur,ſiue adulterium committat, & maritus, dominuſve ab ipſo occidatur,quò à morte ſe liberet,planè irregularis erit, eſto aliter ſe tueri non poſſet;nam in culpa eſt ob rei naturā, qui itidem à iuſtitiæ miniſtris inuaſus iuſte,ſe defendens,ne capiatur,quem eorum occidit, irregularis fit,ita Syl.in uerb.Homicidium.3.q. 4.art.3.& Maiol.ibid.& uerſi.Quarta declaratio.Non tamen irregularis bannitus fit,qui impunè occidi poteſt,ſi occidat conantem ſe occidere , nam defenſio eſt de iure naturali,ita Mar.Socin.Sen.in cap.ad audientiam.numer. 181.de homicid.

Aut ex ea re illicita non ſolet ſæpius mortē contingere,ut in ludo alearum; & in hoc caſu, ſi ludentes inter ſe contendere incipiant, alterque alterum occidere uelit,qui ſe tuetur,ſi occidat,modò aliter mortem euadere non poſſit,irregularis nō efficitur:eſto enim rei illicitæ operam daret,non tamen talis erat,quæ natura mortem inferre ſoleret . In hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſeo: iam ſextam aggrediamur.

SVMMA.

1 *Iudicem occidere an liceat,vbi mortem iniuſtè alicui inferre conatur, & aliunde ſe defendere nequit.*

§. IV.

1 §. †Sexta quæſtio eſt,an contra iudicem ſe tueri quis poſſit,ubi iniuſtè quem perſequitur,& mortem ei inferre uult. Innoc. in cap.dilecto in principio.de ſentent.excom. inquit licere etiam laico ſe tueri, ſi iudex ſuus ordinarius ordine iudiciario non ſeruato iniuriatur ſibi in rebus,uel perſona. Hæc Innocen. ex quibus duo colliguntur unum expreſsè,ſcilicet,

licet,

licet, ubi ordine non ſeruato iudex iniuriam affert, licere ſe defendere contra eum, alterum tacitò, ſcilicet ſecus eſſe, ubi ordine ſeruato id facit.

Quid igitur concludendum? ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut iudex inuadit quempiã ut eum occidat, idque iniuſtè, & id conſtat; & in hoc caſu poteſt quis ſe tuendo, quando aliter non poteſt, eum interficere ſine metu irregularitatis; nam iudici licet occidere licitè, nõ illicitè, atque ſic dixit Sot. de iuſtit. & iur. libr. 5. q. 1. art. 8. uerſic. Quid autem ſi quis me iniuria laceſſiuit. nam & in hoc caſu ut priuata perſona exiſtimatur.

Aut non cõſtat iudicem illicitè facere, reus tamen ſcit ſe innocentem eſſe; & in hoc caſu licet etiam ei reſiſtere, & ſi contingat eum occidere, irregularem ipſum non fieri cenſeo, ubi aliter ſe tueri non poteſt, per Clem. unic. de homicid. quę non diſtinguit contra quem nos tueamur, ergo nec nos diſtinguere debemus. l. de prætio. ff. de publ. in rem act. præſertim, vbi de damno irrecuperabili agitur, ut hic; iudici enim nobis reſiſtere tunc licet. Quare ob has rationes, ſi iudex per ſuam ſententiam quẽ occidendum iniuſtè mandet, eadem ratione innocens condemnatus ſe defendere contra familiam executioni ſententiam mandare uolẽtem poterit, ubi, quò confugiat, non habet, quicquid dixerit Zabar. in cit. Clem. unic. oppoſition. 6.

Aut iuſtè inuadit, exempli gratia exules ad mortẽ dãnatos, & in hoc caſu irregulares fiũt iuſtè damnati, ſi iudicem, familiãve occidunt, etiam ſe defendendo, ne occidantur; quandoquidem ex parte ipſorum bellum iniuſtũ eſt, iuſtum autem ex parte iudicis, & idcirco irregulares fiunt. Secus ſi priuata perſona eos inuadit; nam, ex quo defenſio eſt de iure communi permiſſa eam non amittunt exules, ut dixit Zabar. in cit. Clem. unic. q. 32. de homici. & nos ſupra in antecedenti §. diximus.

Aut ſententia iudex quem morte afficiẽdũ damnat; & in hoc caſu iuſtè, uel iniuſtè ſententiam tulerit, condemnato occidere ipſum non licet, nec etiam teſtes, qui falſum teſtimonium in ipſum dixerunt ſine irregularitatis nota, nam occidere lex nobis permittit ſine irregularitatis metu, ubi factis nos quis aggreditur, non autem ubi uerbis, ut inquiunt DD. & Gemin. & Inn. in eod. c. dilecto, & Sot. ibid. In hac quęſtione igitur ſic concludendum cẽſeo, ad ſeptimam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Occidere an quis poſſit uirum praſtantem, & inſignem, qui & Reipublicæ valde vtilis eſſet, ubi aliter ſe tueri non poteſt, ſi perſona ipſa vilis ſit.*

§. V.

1 §. †Septima quæſtio eſt, an, ubi mortem aliter quis euitare non poteſt, occidere poſſit uirum pręſtantem, & inſignem, & Reipublicæ neceſſarium, qui eum iniuſtè uult occidere ſine irregularitatis periculo, ſi ipſe perſona uilis ſit, cuius uita ad bonum commune nihil intereſt. In qua quæſtione Sot. de iuſt. & iur. lib. 5. q. 1. uerſi. Quare tres ordines ſtatuendos, ſenſit hoc non debere, & hoc ob rationem charitatis.

Atqui contrariam opinionem ueriorem cẽſeo, ſcilicet hunc irregularem non fieri. Et hoc ob hanc rationem, quoniam cuique iure diuino, & naturali contra iniuſtum inuaſorem licet ſe tueri, ut antea uidimus, nec illud ius diſtinguit, ſicut nec etiam Clemen. uni. de homici. quę permittit nobis ſine irregularitatis metu inuaſorem noſtrum occidere, quando aliter mortem euadere non poſſumus, ergo nec in hoc caſu diſtinguemus. Nec repugnat opinio Sot. nam eſto ex debito charitatis deberet fortaſſe potius ipſe mortem oppetere, irregularis tamen efficitur, ex quo, ut omiſſio irregularitatem inducat, neceſſariò requiritur, ut debitum iuſtitiæ ſit, non autem charitatis, ut antea ſuo loco probauimus. Sed iam quęſtionem octauam aggrediamur.

S V M M A.

1 *Defendere ſe non potẽs quin occidatur, irregularis non efficitur, ſi alteri det arma quò ſe tueatur, uel ſi uocet quempiam, ut ſibi opem ferat.*

2 *Defendẽs alium, qui ſe non poteſt per ſe defendere, ne occidatur, irregularis efficitur, ſicut etiam ſi p̃beat arma ei, quò ſe per ſe tueatur.*

§. VI.

1 §. †Octaua quæſtio eſt, an, ſi inuaſus iniuſtè ab aliquo non poteſt ſe ipſe tueri, det arma alteri, quò ſe tueatur, irregularis fiat, ſi is, cui arma dedit, aggreſſorẽ occidat. In qua quæſtione breuiter concludo irregularem hũc non fieri, & hoc ob hanc rationem, quoniam, ex quo lex permittit, ubi alia ratione mortem euadere non poteſt, ut ſuum aggreſſorem quis occidat ſine irregularitatis metu, ut habetur in Clem. unic. de homicid. ergo & omnia ei permiſiſſe concludendum eſt, quæ ad eam defenſionem pertinent, & idcirco uocare alios, ut ſe tueantur, & ipſis etiam arma tradere, & ſi per ipſos aggreſſor occidatur, irregularem eum non fieri, conceſſo enim aliquo, omnia conceſſa intelliguntur, ſine quo conceſſum haberi nõ poteſt. argum. l. 2. & ibi Iaſ. ac DD. ff. de iuriſdi. omn. iud. & l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procurat. Ex quo igitur cit. Clemen. unic. concedit, quò quis ſe à morte liberet, ut inuaſorem ſuum occidat, iure, ubi id per ſe non poteſt, alterius ope uti poterit, atque ſic dixit Nauar. in Man. cap. 27. num. 212. uerſicu. Secundò ſequitur. & Mar. Socin. Sen. in c. ad audientiam. de homicid. num. 245. qui ait irregularem eum non fieri, qui ob corporis ſui periculum

periculum clamauit ſuccurrite.

2 Verùm†an irregularis ſaltem fiet is,qui ab eo arma accipit,uel q ei dat arma,quò ſe tueatur? In utroque caſu concludendum eſt hunc irregularem fieri;nam cit.Clemen.uni.eximit ab irregularitate eum tantùm,qui ſe tuetur,nõ autem,qui alium,& ita Gloſſ. communiter recept.not.ibi.ergo qui ab inuaſo arma accepit, & eum tuendo inuaſorem occidit, irregularis efficitur;ſicut etiam,qui ei arma dedit,quãobrem inuaſus inuaſorem occidit;nam,& qui arma iudici præbet,irregularis efficitur, ut ſupra concluſimus,atque ſic in caſu noſtro dixit Nauar.eod.uerſ.Tertiò ſequitur. Et de quęſtionę hac ſatis;ad nonam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Defendere ſe potens ne occidatur fugiendo, an irregularis fiat,ſi maluit aggreſſorem occidere,quam fugere.*

2 *Clericus irregularis ſit,ſi fugiendo potuit mortem euadere,ſed maluit ſuum inuaſorem occidere.*

3 *Laicus etiam irregularis ſit,ſi fugiendo potuit mortem euadere,& maluit inuaſorem occidere.*

4 *Mortem euadere qui poteſt alia ratione,quàm occiſione inuaſoris,irregularis fit,ſi occidat.*

5 *Fugere potens per unam uiam tutò,an irregularis fiat,ſi per aliam fugit,quò eum perſequẽs pereat.*

§. VII.

1 §. †Nona quæſtio eſt,an irregularis fiat, qui ſuum inuaſorẽ occidit,ubi fugiendo mortem euadere poterat. In qua quæſtione Glo.in Clem.unic.in uerb.Non valens. de homicid.ſenſit hunc irregularem fieri;nam,cùm cit.Clem. eximat ab irregularitate occidentẽ ſuum inuaſorem,ubi aliter mortem uitare nõ ualet,declarans Gloſſ. ubi inuaſus aliter mortem euadere non poteſt,inquit,quia inangulatus erat,uel ſic arctatus, quòd fugere non poterat. Ecce hic Gloſſ.tunc aliter mortem euadere hunc non poſſe ſentit,ubi nec fugere poteſt; ergo & ſentit, ubi fugiendo mortem euitare poteſt,beneficio eius canonis non frui, & ſic irregularem fieri, ubi mortem fugiendo quis euitare poteſt,ſi malit inuaſorem occidere,idẽ tenet Gloſſ.in cap.ſuſcepimus.in uerb. Interimeretur.de homicid. Hanc opinionem Gloſſ. inquit locum habere poſſe Zen.ubi qui aggreſſus eſt,mortem euadere poteſt, hoſtia domus claudendo, uel intra illam, uel in turrim forte ſe includẽdo,hanc opinionem ſequitur Maio. de irregul.lib.5.cap.48.nume.6.uerſ. quarum prima,& alii ab eo citati.

Quare contrariam opinionem ipſe Zen.ſequtur,ut ſcilicet irregularis hic non fiat. Primò, quia fugiendo ſæpius cadere poteſt,& ſic ab inuaſore faciliùs occidi,nemo autem tenetur ſe tanto periculo exponere.leg.2.§.pen.ff.ſi quis cau.& c.accedens.ut lit.non conteſt. Præterea cõtingere poteſt fuga honeſtę perſonæ eſſe decori,ergo perinde habetur,atque ſi fugere non poſſet,paria enim hæc habentur nullo modo poſſe recedere,uel recedere cum dedecore. l.in eadem.ff.ex quib.cauſ.maior. Auchara. reſpondet quoad hoc poſtremum, uerùm illud eſſe quoad alias pœnas euitandas, non autem quoad irregularitatem,ita ait ibi,num.5.uerſ. Hoc vltimum non credo uerum, & Mar. Soci. Sen.in cap.ad audientiam.num.134.q. 15.uerſic.Ego autem. de homicid.Hanç opinionem Zen.æquiorem exiſtimauit Zaba.in cit.Clem. q. 26.in fine,ſibi tamen placere contrariam opinionem quoad irregularitatem , & hoc ob hanc rationem,quòd cit.Clemẽt.poſtulat,ne quis irregularis efficiatur inuaſorem occidendo,ut aliter mortem euadere quis non poſſit; at,qui fugiendo mortem euadere poteſt,aliter poteſt mortem euitare,quàm occidẽdo ſuum inuaſorem,ergo irregularis fit eius occiſione.

Quid igitur concludendum? Ego primum pro certo pono irregularem hunc non fieri, ſi aggreſſorem occidat,ubi pro certo habet ſe fuga mortem non euaſurum;nam in hoc caſu aliter ſe tueri,quàm aggreſſoris morte nõ poteſt, quo caſu ſine irregularitatis periculo ſuum aggreſſorem occidere licet, & ita DD. omnes ſentiunt.

Secundò pro certo etiam pono irregularem hunc non fieri, ubi dubitat, an fuga ſe tueri poſſit,ut pote,quia ipſe habilis non eſt ad currendum,uel ob lubricum uię dubitat, ne cadat, uel aggreſſor celerior eſt ad currendum, & per fugam ſuam animus illi adderetur. In hoc igitur caſu ſi aggreſſorem quis occidat,irregularis non efficitur;nam re dubia id, quod certum eſt,ſequi,quàm incertum debeo,argu. c.iuuenis.de ſponſ.& potius meæ, quàm aggreſſoris uitæ rationem habere debeo;ordinata enim charitas à ſeipſo incipit.argum.l.præſes.C.de ſeruit.& aqu. Et hæc quæ diximus,locum habent uel clericus, religioſuſve ſit, uel laicus, quem quis aggreſſus eſt,& communis opinio eſt,de qua teſtatur Couar.in cit.Clem. unic.in 3.par.§.un. num.3.

His pręmiſſis reſtat,ut uideamus, an irregularis fiat,qui ſuum inuaſorem occidit, ubi pro certo habet ſe fuga mortem euaſurum.In quą

2 quęſtione† ubi clericus eſt, uel religioſus ſine dubitatione irregularis efficitur;nam ita DD. omnes concludunt.Gloſſ.in capi. ſuſcepimus. in uerb.Interimeretur.de homicid.nam, cùm ibi quidam monacus in cuſtodia furum relictus ab altero monaco eſſet, qui fures conſtricti erant uinculis, uereretur que monacus cuſtos relictus,ne ſe diſſoluerent,& eum interficerent,& idcirco eos occidiſſet. Romanus Pont. conſultus,an eſſet irregularis factus, reſpondit irregularem ipſum,necnõ alterum monacum factum eſſe.Gloſſ.quæ ibi rationem huius redDẽs,inquit, idcirco id ita eſſe,quoniam debuiſſet potiùs fugere,dum ſoluere ſe nitebantur fures,quàm eos occidere.Ecce hic clericus erat,

& quia

& quia potuit ſe fuga,à morte liberare,irregularis factus eſt ob id,quòd maluit fures occidere,quàm fugere.Hanc Gloſſ.not.Abba.ibi.numero 4.& ſequitur etiam Felin.ibid. & Mar. Socin.Sen.numero 10.Idem ſenſit Gloſſ.in citat.Clemen.unic.in uerb. Non valens.& Couar.ibidem.Idem Syl. in uerb. Homicidium. 1.quæ.9.uerſic.Tertium.ubi & alios quoſdam idem ſentientes refert.Eandem opinionem ſequitur quoque Nauar.in Man.cap.27. numero 21.uerſic.Ille uero dicitur eſſe in prædicta neceſſitate.& Abba.in cap.1.num.17.de reſti.ſpol.De clerico igitur,& religioſo non eſt, qđ dubitemus.

3 Quoad laicos uerò†idem ſentio,ut irregulares fiant,ubi fuga mortem euadere poſſunt,ſi aggreſſorem occidere malint, quàm fugere. Nam primò DD.id inquiunt magna ex parte. Abba.in citat.cap.olim.1.num.17.ibi enim indiſtinctè tenet irregularem eum fieri,qui cùm fugiendo mortem euadere poſſet, maluit aggreſſorem occidere,uel mutilare. Eundem ſequitur Nauar.eodem uerſicu. & Ancharan.in citat.Clemen.unic.numero 5. & Couar.ibidē in 3.par.§.unic.numero 4.Secundò id probatur per cita.Clemen.quæ ſimpliciter loquitur, & non diſtinguit,an clericus, uel laicus ſit,ergo nec nos diſtinguere debemus.argum.le.de prætio.ff.de publ.in rem act.Poſtremò regulariter non licet pro honore tuendo quem occidere,ut infra probabimus,& non eſt uerum eū propriè ſe tueri non poſſe, ubi amittit honorem.Nec repugnat,ſi dicatur militi non licere fugere;nam nec iudici licet iuſtitiam ommittere,& tamen irregularis fit, ſi quem occidendū mandat.Concludo igitur uel clericus,uel laicus ſit,irregularem fieri,ſi ſuum inuaſorem occidit,uel mutilauit,cùm poſſet fugiendo mortem,mutilatio emve ipſe euadere,quamuis alia pœna laicus non afficietur,ubi ob honorem tuendum quem occidit, uel ſaltem pœna minuetur,ita Couar.ibid.inquit.

Quæ diximus autem de eo, qui fuga potuit mortem euitare ſine inuaſoris ſui occiſione,

4 ut irregularis fiat,†eadem ſentimus de eo, qui ſe in ædes,domumve,uel turrim abdere ſe potuit,uel clamando opem petere,& tamen maluit ſuum aggreſſorem occidere; nam irregularis & hic fiet:id quod ſenſit Gloſſ.in cita. Clemen.unic.in uerb.Non ualens.

5 At quid † ſi fugiens poteſt per unam uiam tuto fugere;ſed elegit per eam, per quam inimicus eum perſequens moritur, quoniam in præcipitium cadit,quod adeſſe ibi ignorabat, an fugiens irregularis fit? Mar.Socin.Sen.in capitu.ad audientiam.numero 168. ſentit hunc irregularem eſſe,& meritò,nam fuit cauſa, ut occideretur inimicus, & ſic egreſſus eſt moderationem inculpatæ tutelæ.Secus ſi id non cogitauit,uel alias non potuit, uel ipſum admonuit.Sed de quæſtione hac ſatis; iam ad decimum tranſeamus.

S V M M A.

1 *Defenſionis ſui gratia an liceat arma alteri arripere,quibus ereptis eorum dominus occiditur.*

2 *Captus ab hoſtibus,vel inimicis, qui uolunt eum interficere,an anteaquam eum aggrediantur,occidere ipſos poſſit ſine metu irregularitatis.*

3 *Defenſionis gratia an occidere poſſit aliquem ex ſuis inimicis, ubi tamen pro certo non habet ſe mortem euaſurum.*

4 *Inſidias inimici ubi uitare quis non poteſt,niſi occidendo irregularis non fit,ſi occidat.*

§. VIII.

1 †Decima quæſtio eſt,an liceat ei, quē ſui inimici aggreſſi ſunt,arripere arma alteri, qui ibi adeſt,ſi per arreptionem eam eorum dominus deinceps occiditur ob id, qđ non habet,unde ſe defendat.In qua quæſtione breuiter concludimus irregularem fieri, & etiam peccare. Et hoc ob hanc rationem, quòd fuit cauſa ipſius occiſionis,ex quo ademit arma,quibus ſe tueri poterat, & ſic facto fuit homicidii cauſa,quo caſu irregularis quis efficitur.cap.ſi quis uiduam. diſt.50. atque ſic ſenſit Maiol.de Irregular.lib.5.cap.48. numero 11.uerſicu.Ex iis infertur,qui hoc inquit de eo,qui in naufragio è tabula inſidentem eiicit, & de eo, qui hoſtes fugiens alteri equum adimit,unde vterque mortuus eſt.Et de quęſtione hac ſatis.

2 Vndecima quęſtio eſt,† an captus ab hoſtibus, uel inimicis, qui volunt eum interficere pro certo,antequam eum aggrediantur, occidere ipſos poſſit ſine metu irregularitatis, cū aliunde ſpem ſalutis non habeat. In qua quæſtione uidebatur dicendum id huic nō licere, & hoc per cap.ſuſcepimus. de homicid. cùm enim ibi quoſdam fures duo fratres ligaſſent, quouſque ad notitiam capituli rem deferrent, & alter ex dictis fratribus relictus cuſtos furum eos occidiſſet,quoniam dicti fures ſe ſoluere nitebantur,& frater ille dubitabat,ne ſoluti eum interficerent, Romanus Pont.hac de re certior factus irregulares ambos fratres cenſuit;nam mandauit,ut ſe ab altaris miniſterio abſtinerēt,quod irregularitatis proprium eſt. Ecce hic frater ille uerebatur, ne à furibus interficeretur;& tamen,quia eos occidit, pro irregulari habitus eſt,ergo non uidetur nobis licere eos interficere,qui nos interficere uolunt. Atqui canon hic nihil facit ad rem noſtram. Primò,quia frater ille poterat inde abire,& fugere,antequam fures ſe diſſoluerent,& ita Gl. inquit ibi in uerb.Interimeretur, unde non erat in extrema neceſſitate conſtitutus, ex quo & aliunde mortem euadere poterat. Poſtremò caſus noſter diuerſus eſt ab illo; nam hic, qui mortem timebat, ab inimicis tenebatur; ibi uerò,qui mortē timebat, fures conſtrictos tenebat.Ex quo igiť diuerſi caſus ſunt, ab vno

ad alterum argumentum ſummi non poteſt. arg. l. Papinianus exuli. ff. de minor.

Quare contrariam opinionem ego ſequor, ſcilicet hunc ab inimicis conſtrictum irregularem non fieri, ſi, ubi aliter mortem euadere nô poteſt interficiat, qui eum cuſtodiebat, & ſic euadat, modò duo concurrant, ſcilicet, ut pro certo id ſciat, uel probabiliter id credat, quia ſic facere conſueuerunt, ut ſuperioribus annis exules Romandiolæ, qui inimicos à ſe captos occidere ferè ſemper ſolebant. Alterum, ut aliter mortem euadere nequeat. Probatur autem hęc ſententia. Primò hac ratione, quia hic in manibus inimicorum erat, & iam iam mortẽ expectabat, quam aliter uitare non poterat, niſi aliquem eorum, uel eos occidendo, ergo irregularis non efficitur, ſi quem eorum occidat, ob cit. Clem. unic. de homicid. ubi ab irregularitate eximitur is, qui non poteſt aliter mortẽ euadere, quàm ſi ſuum aggreſſorem occidat, & hi inimici ſunt aggreſſores, ſine dubio, ex quo eum aggreſſi ſunt, & captiuum adduxerũt. Poſtremò, quoniam licet præuenire aggreſſorem ſuum, ut in ſeq. quęſtione probabimus; ergo etiam & in hoc caſu. Irregularis ergo hic non efficietur. atque ſic dixit Mar. Soc. Sen. in c. ad audientiam. num. 178. uerſic. Secus ſi ueriſimiliter. de homicid.

3 Verùm quid,† ſi plures ſunt inimici, à quibus tenetur, & non pro certo habet ſe mortem euaſurum, eſto aliquem occidat, an nihilominus irregularis hic erit? Adhuc cenſeo irregularem hunc non eſſe; fieri enim poteſt, ut morte unius alii detereantur. In hac quęſtione igi-
4 tur ſic concludendum cenſeo.† Quare, ubi qs inſidias inimici aliter euadere non poteſt, niſi eum occidat, occidere illum ſine metu irregularitatis poterit, aliàs non, atque hoc ſenſit Couar. in Clem. unic. de homicid. 3. p. §. unic. nu. 3. uerſic. Secundò. Atqui an generatim liceat præuenire quoad occiſionem aggreſſoris, antequam nos aggrediatur? Hãc quæſtionẽ in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Præuenire an liceat, ubi quis te uult occidere, ſine metu irregularitatis.*

§. IX.

1 S†Duodecimà quæſtio eſt, an liceat præuenire aggreſſorem, ideſt eum interficere, uel mutilare, antequam nos percutiat. Zab. in Clem. unic. q. 27. de homicid. ſentit nô expedire nobis expectare primum ictum, uel ut quis prius nos offendat; nam ibi ait, ſi quis manu potenti, & bracchio extenſo inuaſit aliquẽ, ita quod inuaſus poteſt ſuſpicari de morte, niſi ſe defendat; uel ſi minatur mortem, & erat aliàs inimicus, uel talis, q efficere ſolebat, quod dicebat, uel alia ueriſimilia, non expedire expectare primum ictum, ergo idem in caſu noſtro. Idem dixit Bald. in l. 1. nu. 6. uer. Quæritur. C. unde ui, & in l. 1. in fine. C. quando lic. ſine iud. ſe uind. nam ibi ait occidere in ipſo actu quem poſſe eum, qui mortem ei minatus eſt, nec debere expectare ſe percuti ab eo; melius eſt enim occurrere in tempore, quàm poſt tempus vindicare. Idem Gloſſ. in cita. l. 1. in uerb. Moderatione; nam inquit non neceſſe eſſe, ut prius te percuti expectes, ſed ſat eſſe terrorem armorum, uel iactationem pcuſſionis; ſequiturque eam ibi Bald. num. 17. uerſ. Quęrit Gloſſ. Idem Gl. in l. 3. §. qui armati, in uerb. Armorum. ff. de ui, & ui arm. quæ ait non oportere expectare primò ſe percuti, & Gloſſ. in le. ſed etſi. ff. ad leg. Aquil. & Bart. in cit. l. 1. num. 9. C. unde ui. & Mar. Soc. Sen. in cap. ad audientiam. q. 24. num. 179. de homicid. communis denique DD. ſententia hęc eſt, quę & probatur per l. Sed etſi quæcunque. ff. ad leg. aquil. nam ibi dicitur, ſi quis occidat petentem ſe ferro, non uideri iniuria occidiſſe, & Gloſſ. ibi inquit etiam ſi prius me non percuſſit; nam ſufficit terror armorum. Si ergo licet mihi occidere eum, qui cum ferro me aggreditur, antequã me percutiat, ergo expectare non debeo, ſed ꝑuenire poſſum.

Contrariam ſententiam tamen nonnulli ſecuti ſunt, ut ſcilicet præuenire non liceat, ut Maiol. de Irregular. lib. 5. cap. 48. num. 10. uerſicu. Septima eſt declaratio. Primò per le. 1. §. arietes. ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dicat. ubi habetur ratio ad eum, qui priùs offendit. Hæc tamen ratio nihil facit; nam ibi ideo id conſideratur, quoniam in animantibus ratione carentibus conſpici non poteſt, an periculum mortis fuerit nec ne, niſi ex facto ſecuto. Præterea citatur l. ſi ex plagis. §. Tabernarius. ff. ad leg. aquil. ubi, cùm quidam lucernam ſuſtuliſſet Tabernario, eumque conantem retinere flagello uerberare cepiſſet, ut ſe dimitteret, & Tabernarius occulum ei effodiſſet, Iureconſu. ait ibi iniuriam eum feciſſe, ſi prior ipſe percuſſus non fuit, ergo niſi prius te quis feriat, percutere alium nô debes ad te defendendum, atque ſic colligit Gloſſ. ibi in uerb. Vexatus. Hæc tamen ratio mihi non probatur; nam primò de periculo mortis ibi non agebatur, ut in caſu noſtro; nec uolebat, qui lucernam ſuſtulit tabernarium occidere. Præterea leuis res erat, & idcirco non debebat tabernarius ſic ſęuire. argumen. cap. ſuſcepimus. de homicid. quem canonem pro hac ſententia citauit Maiol. ibidem, ſed tamen nihil facit; non enim ibi erat timor, qui caderet in conſtantem uirum, nec periculum tale mortis, ex quo enim fures ligati erant, poterat ipſe inde abire, & fugere, vt hoc per ſe patet; at quæſtio eſt, ubi ratione alia quis ſe tueri nequit, nihil igitur ad rem facit. Nec Syl. quem ad hoc citat, id dicit, ut cuique ipſum legenti conſtare poteſt; ſicut nec etiam Tab.

Quid

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quis aggreditur nos, ut tunc uulneret, uel occidat : id quod uel factis declarat, quoniam ſtricto enſe, uel dimiſſo ſclopo, aliisve armis in nos irruit, uel uerbis, quia incipit clamare armatus inquiens non euades nunc manus meas; & in hoc caſu communem opinionem ueriſſimam cenſeo, ut ſcilicet is, in quem irruere conatur, poſſit ipſum prius percutere, & occidere ſine irregularitatis metu. Primò, quoniam, ſi quis deberet expectare, ut prius ipſe percuteretur, non eſſet hoc ſe defendere, ſed iniuriam illatã uindicare, quod prohibitum eſt, ut uidebimus. Pręterea, ſi hoc daremus, contingeret ſæpius quem ſe defendere non poſſe; quid enim ſi bracchium, uel pes abſcinderetur? Planè hic ſe tueri deinceps non poſſet. Poſtremò contingeret quem aliquando interfici; quid enim ſi quis cum ſclopeto quem aggrediatur? Planè ſi inuaſus uult expectare, ut ſclopetum in eum immittat fortaſſe occideretur, ac deinceps non erit, quod ſe tueatur: quæ omnia abſurda ſunt, & idcirco uitanda l. nam abſurdum. ff. de bon. libert. Vbicunque igitur quis aggreſſorem in ſe irruentem armis uidet, priùs eum offendere poteſt; & quò ſe tueatur, quando aliter ſe tueri nequit, aut fugiendo, aut occludẽdo ſe domi, ratione ve alia tunc occurrenti, eum occidere, atque ſic DD. communiter ſupra allegati concludunt in hoc caſu, ſi horum dicta paulo diligentius quis cõtempletur. Quare nec irregularis in hoc caſu hic fiet, ut dixit Socin. ibid. & probatur per ci. Clem. unic. de homicid.

Aut non aggreditur quis nos, quamuis minetur, & ſe uelle nos occidere iactet, [1]ſed tunc nihil aliud agit; nõ enim ad nos ſtricto enſe venit, nec aliis armis, ſed ſolùm verbis, & in hoc caſu eum nobis occidere non licere, nec præuenire concludo & ſic contraria ſententia locum habet. Primùm, quoniam hoc ſentit Bald. in citat. le. 1. numero 17. cum ſequent. & Iaſ. in le. ut uim. numero 14. ff. de iuſtit. & iur. qui inquiunt non licere occidere, ubi in actu non erat. Idem dixit Nauar. in conſ. 31. de homicid. libro 5. Poſtremò id ratione probatur; nam tunc quis aliter mortem euadere poteſt, uel cuſtodes ſecum ducendo, uel inde abeundo, uel vt fideiuſſoria cautio de non offendendo ab ipſo inimico pręſtetur apud iudicem curãda; id enim poteſt, & iudex id curare debet. leg. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præſid. tradidit latè Clar. in Pract. crimin. libro 5. §. fin. q. 47. Et de quęſtione hac ſatis; iam alteram aggrediamur.

SVMMA.

1 *Percuſſus, ſeu vulneratus ab aliquo an poſſit eum repercutere, & interficere ſine metu irregularitatis.*

§. X.

1 §[1]Decimatertia quæſtio eſt, an poſteaquã quis percuſſus ab aliquo eſt, ſeu uulneratus poſſit aggreſſorem percutere, & interficere ſine irregularitatis metu. In qua quęſtione breuiter ſic diſtinguendum eſt. Aut, qui primò percuſſit, ſeu uulnerauit, iterum uulneraturus exiſtimatur: id quod hinc apparebit, ſi inde non abeat, ſed adhuc conetur alia uulnera inferre; & in hoc caſu, ſi aliter uulneratus ſe tueri non poteſt, occidere eum ualet; nam adhuc ſe defendere uidetur, ne alia uulnera inferantur, & occidatur, atque ſic ſenſit Bald. in l. 1. nume. 27. C. unde ui; nam ibi ait. Si Titius vulnerauerit Seium, & ſtatim aufugit, & Seius poſt eum currẽs uulnerauerit, id non licere, ex quo non timebat ulterius ſe percuti; ergo ſecus, ſi timuiſſet iterum ſe offendi: idem Barto. ſentit in ead. leg. nume. 10. & Zabar. in Clemen. unic. q. 27. uerſ. Quia Hug. de homicid. Quare neque in hoc caſu irregularis fiet, ex quo aliter mortem euadere, ſeu mutilationem non poterat.

Aut inde ſtatim abiit, qui percuſſit, & uulnerauit; & in hoc caſu poſt eum currere, & eũ occidere non licet ſine irregularitatis metu; nam uel mortiferè uulneratus eſt; & in hoc caſu amplius non poteſt ſibi conſulere; aut non eſt uulneratus mortiferè, & tunc non adeſt amplius mortis periculũ; ex quo aggreſſor aufugit. Poſtremò hic non ſe defendere uult, ex quò à nemine tunc offenditur, ſed uult ſe uindicare, quod non licet, atque ſic DD. allegati concludunt, ut teſtatur Viu. in ſua Syl. opinio. 189. num. 10. In hoc igitur caſu irregularis hic efficietur, ſi aggreſſorem perſecutus eum mutilet, uel occidat. Et de quęſtione hac itidẽ ſatis; iam ad aliam tranſeamus.

SVMMA.

1 *Defendens ſe ab aliquo, an poſſit eum licitè interficere ſine irregularitatis metu, quãdo aliter ſe tueri non poteſt, ſi nouit aggreſſorem in mortifero peccato eſſe.*

§. XI.

1 Decimaquarta quæſtio eſt, an defendens ſe ab inuaſore poſſit eum ſine irregularitatis metu occidere, ubi aliter mortẽ, mutilationemve euadere non poteſt, ſciens eũ inuaſorem in mortifero peccato eſſe. In qua q̃one uidebatur dicendum id non poſſe; nam hãc opinionem ſequuntur Gerſon. Abulenſ. & Gõſal. à Villad. ut refert Couar. in Clem. uni. in 3. p. §. uni. nu. 2. in fine. verſ. Illud ſanè. de homici. Horum ſentẽtia uerò probari poteſt hac potiſſimum ratione, quoniam quis tenetur magis diligere ſalutem animæ proximi, quã propriam corporis, ut tradidit S. Th. cõiter recep. q. 26. ar. 5. at ſi eũ quis occidat, cauſa eſt, ut aĩa eius pereat, ex quo mortiferi pc̃ti culpa tenetur, ergo, ne cõtra charitatẽ faciat, potius mortẽ corporis ipſe pati, q̃ inuaſorẽ occidere dẽt.

Poſtremò defenſio permittitur cum moderamine inculpatæ tutelæ,ut dicitur in ca.ſignificaſti.2.de homicid. quæ moderatio hic non ſeruatur,ex quo anima,quæ præcioſior corpore eſt,interimitur,quò ipſum corpus ſeruetur.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus,ſ.licere cuique aggreſſorem ſuum occidere in peccato mortali exiſtentem,ſine irregularitatis metu,quando aliter quis ſe tueri non poteſt.Nam ſic inquiunt Dom. Sot. de iuſtit. & iur.quem refert.ac ſequitur Couar.ibid. & theologi omnes. Probatur autem hęc ſententia primò hac ualidiſſima ratione;quoniam,ſi hoc daremus,nunquam ferè liceret nobis quẽquam interficere ad mortem, mutilationemve euitãdam;nam ea occiſio permittitur,quaſi ſemper,ubi iniuſtè quis nos aggreditur, non autem,ubi iuſtè;, & ſic permittitur inuaſorem occidere iniuſtè nos inuadẽtem,&,qui in mortifero peccato iam detinetur; at hoc abſurdũ eſt,& contra omne ius tam diuinum, quàm naturale,ac poſitiuum, quę iura omnia permittunt nos contra inuaſorem uel eum eius morte tueri,ergo,ne inutilis permiſſio illa ſit, concludendum eſt uel inuaſor mortiferi peccati culpa detineatur, occidi poſſe, quando aliter nos tueri non poſſumus.Præterea cit.Clemen. unic.de homicid.ſimpliciter permittit,ut quis poſſit ſuum inuaſorem occidere, uel mutilare,quando aliter quis mortem euadere nõ poteſt,nec diſtinguit,an inuaſor in peccato mortifero ſit necne,quippe,quæ ſciebat huiuſmodi culpa eum ferè ſemper pollutum eſſe, & ſic non diſtinguit,ergo nec nos diſtinguere debemus.arg.l.de prætio.ff. de publ. in rem actio. Concludo igitur hunc irregularem non fieri, & ita DD.communiter concludunt.

Non obſtant rationes antea propoſitæ. Nõ prior, nam etſi debemus animã proximi plus diligere,quàm corpus noſtrum, hoc tamen verum eſt,ubi proximus ſaluti ſuæ animam proſpicere ipſe non poteſt,& idcirco eſt in extrema neceſſitate;at hic poteſt,ut per ſe patet, & ſic nulla neceſſitate præmitur,à qua ſe liberare ipſe nequeat,ergò ei proſpicere quis non tenetur.

Non obſtat altera ratio;nam in unoquoque actu id ſemper inſpicitur,quod in primis agitur,& non id,quod per accidens conſequitur. l.non omnis.ff.ſi cert.pet.l.1.ff.de auctor.tut. c.cùm uoluntate.de ſent.excom.at hic in primis ſe tueri uult,ne occidatur,& hoc intendit, quod licet;ergo quamuis deinceps contingat aggreſſorem occidi,id non curatur,ex quo per accidens eſt.Nec ob id moderationem inculpatę tutelæ egreditur,quoniam ratione alia ſe tueri non poterat,quàm illum occidẽdo,egredi autem moderationem tũc quis dicitur,ubi cum poſſet ratione alia ſe tueri, maluit tamen aggreſſorem occidere,uel mutilare,ut colligitur ex cit.Clem.unic.uerſ.Aliter uitare nõ ualens,& ex le.ſcientiam.§.qui cum aliter. ff.ad leg.aquil. A priori ſententia igitur diſcedendum non eſt.Et de quęſtione hac itidem ſatis.

SVMMA.

1 *Defenſionis gratia homicidium factum, vel mutilatio,an probari,debeat,vel præſumatur.*

2 *Defendendo ſe ſi quis quempiam occidat,& ſi irregularis non ſit, debet tamen à iudice prius id declarari,antequam obeat functiones eccleſ.*

§. XII.

1 S †Decima quinta quæſtio eſt,an homicidium,mutilatiove defenſionis cauſa facta ubi ſunt,probari debeat ob defenſionem facta,an verò ipſo iure id præſumatur. In qua quæſtione breuiter concludẽdum eſt, ubi quis quẽpiam occidit,uel mutilauit,& defenſionis gratia ſe id feciſſe aſſerit, probare id ipſum oportere,non autem id ipſo iure præſumi. Primò,quoniam homicidiũ, & mutilatio ſua natura mala ſunt,& delicta;at in delictis dolus prǽſumitur,ideſt dolo malo facta exiſtimãtur, & prauo animo,ut habetur in c. 1.de præſcri. & l.1.C.ad leg.Cornel.de ſicar.& l.ſi non conuicii.C.de iniur.& ut in re noſtra dixit Coua. in Clem.unic.2.p.in initio.nume.3.uerſ. Sunt enim actus quidam.de homicid. Ex quo igitur contra ſe iuris præſumptionem habet,probari defenſionis gratia ea facta eſſe oportebit. Hinc Inn.in eod.c.7.de præſumpt.inquit malum,& damnum illatum ſemper pręſumi factũ malo animo,niſi probetur contrarium, & ſequitur eum ibi Abba.nume.3. ubi & ipſe ait pręſumptionem eſſe contra delinquentem,ſeu illicitam rem facientem,& idem Gloſſ.ibi quoque ſentit.Hinc quoque Bart.in l.inter omnes §.rectè.ſſ.de furt.inquit ſi contrectans rẽ alienam alleget ſe credidiſſe dominum conſentire,ipſi non credi,& ſequitur Abb.in cit.c.1.ergo multo minus in caſu noſtro,ubi mors,mutilatiove interuenit.Probabit igitur, qui quempiam occidit, mutilauitve ſe defenſionis gratia ea feciſſe,qua probatione facta declarabit†

2 iudex defenſionis neceſſariæ gratia occidiſſe, uel mutilaſſe,& idcirco irregularẽ non eſſe,& poterit tunc & ordinibus initiari, & ſi initiatus erat,functiones eorum exercere;antea autem non debet ob ſcandalum,quod daret, & ita ſenſit Maiol.de Irregular.lib.5.cap.48.nume.9.uerſ.Sexta.Atqui qua ratione id probabitur?Hoc in ſeq.explicabimus.

SVMMA.

1 *Defenſionis gratia ſe quempiam occidiſſe,mutilaſſeve qua ratione probetur.*

2 *Defenſionis gratia quando quis occidiſſe,mutilaſſeve dicatur.*

3 *Moderatio inculpatę tutelæ quando interueniſſe exiſtimabitur*

exiſtimabitur ſe tuendo.

4 *Moderationem inculpatę tutelæ in ſe tuendo quãdo quis egreditur, irregularis fit.*

§. XIII.

1 S†Decimaſexta quęſtio eſt, qua ratione ꝓbetur defenſionis gratia, ideſt ut ſe à morte, mutilationeve liberaret, quem occidiſſe, uel mutilaſſe. Glo. in Clem. unic. in uerb. Non ualens. de homicid. ſic diſtinguit. Aut ſumus in foro pœnitentiæ, & in hoc foro credetur ipſi aſſerẽti defenſionis gratia ſe occidiſſe, uel mutilaſſe; quod enim in eo foro nemini ꝑiudicium fit, niſi ipſi confitenti, nemoque immemor ſuæ ſalutis exiſtimatur, ob eam rem ei fides adhibetur. c. ſignificaſti. 2. in uerb. Credẽdum ſit. de homicid. & ibi Gloſſ. & Abb. num. 7. & Felin. uerſ. Tertiò fallit. Stabitur ergo dicto eius, atque ſic dixit quoque Mar. Soci. Sen. in c. ad audientiam. q 16. eod. Quoad forum conſcientię igitur ab hac ſententia, quę uerißima eſt, non diſcedemus.

Aut res agitur in foro contentioſo, & exteriori, & in hoc DD. uarii ſunt. Gloſſ. in cit. Clemen. inquit ei non credendum, ſed per circumſtantias occurrentes id iudicari oportere. Bal. ac DD. in l. 1. C. unde ui. multa dicunt, & Iaſ. atque alii in l. ut uim. ff. de iuſt. & iur. & in eod. c. ſignificaſti.

Ego autem ſic diſtinguendum cenſeo. Aut manifeſtò conſtat, qui ſuum occidit inuaſorẽ, ſe potuiſſe defendere ſine occiſione, uel mutilatione; exempli gratia, qui eum aggreſſus eſt, uilis perſona erat, nec arma ferrea habebat, ſed bacculum tãtùm; is uerò, quem fuit aggreſſus, erat uir fortis, & armatus; ipſumque ſe aggredientem uidit, quamobrem facilè ſe tueri poterat. In hoc igitur caſu irregularis hic fiet, qp pe qui aliter mortem euadere poterat; idem ſi aderat in oſtio domus, & potuit oſtium claudere, & inimicũ extra excludere; id quod ſenſit Gloſſ. in cit. Clem. unic. in uerb. Non ualẽs. Niſi igitur hic contrarium probet, pro irregulari habebitur: tum ob præſumptionem iuris; tum ob coniecturas propoſitas.

Aut conſtat nulla ratione ſe potuiſſe defendere, niſi eum occidiſſet, exempli gratia ab aggreſſore fugiendo diſcedit, & tamen ille eum perſequitur, & quoniam in anguſtũ locũ redactus eſt, unde alio ſe recipere nequit, & clamat, nemo tamen ei opem fert, uel ſe defendit, ſed uulnera uitando, deffeſſus erat, uel enſis ruptus vel baculum, quo ſe tuebatur, quamobrem dubitabat, ne occideretur. Planè, quod per ſe hic conſtat ob uitæ defenſionem aggreſſorẽ occidiſſe, ſi hęc probabit, irregularis hic non exiſtimabitur, ſicut in ſuperiori caſu pro irregulari habebitur, niſi contrarium probet. Multo facilius etiam probabit ſe ob mortem uitandã aggreſſorem occidiſſe, ſi plures eum aggreſſos eſſe probauerit.

Aut neutrum prædictorum probare põt, & tunc ſi ſaltem probet ſe ab alio prouocatum, in foro exteriori præſumetur defenſionis gratia id feciſſe. arg. l. 1. §. cũ arietes. ff. ſi quadru. pau. fecíſ. dicat. & ita tradidit Fel. in cit. c. ſignificaſti. nu. 12. uerſ. Secunda concluſio ad excuſandum eum, ubi pluribus rem hanc egit.

Excipitur tamen, ubi qui primò percuſſit, leuiter offendit, uel offendere potuit; is uerò, q ſe defendit grauiter, habito reſpectu uel ad inſtrumentum, quod graue uulnus inferre põt; vel ad partem corporis, ubi percuſſio mortem facilè inferre ſolet, ut pote caput percuſſit. arg. cit. c. ſignificaſti. uerſ. quemadmodum.

Aut non poteſt probari inſultus, ſeu ſe prius prouocatum, & tunc, ex quo præſumptionem contra ſe habet, in foro exteriori irregularis iudicabitur; in hoc tamen iudicis arbitrium plurimum uerſabitur. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

2 Verùm quando † quis dicatur occidiſſe, mutilaſſeve ad ſui defenſionem, & ratione alia ſe defendere nõ potuiſſe, ne occideretur, uel mutilaretur? Gl. in cit. Clem. uni. in uerb. Non ualens. ſentit tunc id eſſe, quando exempli gratia ita inangulatus, uel arctatus erat, quod fugere non poterat, nec ſe iuuare clamore, uel aliter.

Ego autem ut paucis rem hanc comprehendam eũ occidiſſe, mutilaſſeve ad ſui defenſionem ſentio, ubi tria concurrunt. Primùm, ut iuſtè ſe defendat: ſi enim iuſtè ſe nõ defenderet, irregularis tamen fieret, ut ſi quis iuſtè condẽnatus, dum ad mortem ducitur, quempiam occidit, quò mortem effugiat; eſto enim aliter mortem euadere non poſſet, irregularis tamẽ hic efficietur; id quod & antea probauimus, atque ſic dixit Nauar. in Man. ca. 15. num. 7. uer. Vnde infertur. Secundò requiritur, ut mortẽ, mutilationemve aliter euadere nõ poſſit, quã mutilando, aut occidendo, per cit. Clem. unic. Tertiò requiritur, ut cum moderatione inculpatę tutelæ id faciat, ut dicitur i c. ſignificaſti.

3 2. & ibi communiter not. de homic. † Moderatio autem hæc, etſi multi multa ſcripſerint, tamen breuiter ſic adhibebitur. Primũ ut ſi rõne alia, ut dixi, mortẽ, mutilationẽve euadere põt ſine aduerſarii morte, aut mutilatione, ipſum nec occidat, nec mutilet, alioquin cõtrafaciẽs, irregularis efficeretur, ex quo moderatione uſus non eſt. Item ſi poteſt uitare mortem per mutilationem aduerſarii tantum, ne id conetur morte; alioquin & hic fieret irregularis ob eandem rõnem. Ad ſummam ſi minori aduerſarii offenſa ſe tueri ab eo poteſt, maiori efficere id non debet, ut colligitur ex cit. c. ſignificaſti, & c. ſuſcepimus. de homicid.

4 Vbicunq. igitur † moderationem inculpatæ tutelæ qs egreditur, irregularis efficitur, ut neceſſitate cogatur ſe defendere. Primũ, qñ tũc irregulares nõ efficimur, ubi occidim*, uel mutilamus, qñ aliter nos tueri nõ poſſumus, ergo ſecus, ubi alia rõne. Scdò, quoniã ſic habetur etiam in c. ſignificaſti. 2. de homici. qui canon

probat irregularem eum eſſe,qui modum exceſſit in ſe defendendo . Poſtremò ſic inquit Couar.in Clem.unic.in 3.p.§.unic.num.3.uerſicu.Primò,ibi.Nam hic exceſſus,|de homici. idem ſenſit Nauar.in conſi.29.& in conſi.36. de homicid.lib.5.Sed de uitæ defenſione hactenus;ad defenſionem famæ tranſeamus.

De Irregularitate, an oriatur ex homicidio neceſſario commiſſo, vt quis ſuam famam, honoremque tueatur. Cap. XXX.

SVMMA.

1 *Famam ſuam vt quis tueatur,an liceat quem interficere,vel mutilare ſine metu irregularitatis,vbi verbis tantum te infamat.*

2 *Mulier an interficiens eum, qui uult eam uiolare, peccet,& ſi uir ſit,ſi quis ei ſtuprum inferre velit,an irregularis fiat , & ſic an liceat occidere qui factis nos infamare conatur.*

3 *Occidere an liceat ſine irregularitatis metu,qui ad peccandum te cogere uult.*

SECVNDA quæſtio primaria hęc eſt, an pro fama, honoreque tuendo ſine irregularitatis metu liceat quem occidere,uel mutilare.quam quæſtionem ut ab ſolutam magis habeamus, duos caſus contemplabimur. Primùm,ubi qs uerbis tantùm te infamare conatur. Alterum, vbi factis.

1 Quoad primum igitur, † ubi quis te uerbis infamat,ſeu infamare conatur,non licet quempiam abſq; irregularitatis metu occidere , aut mutilare.Primò,quoniam Clem. unic. de homicid.eximit ab irregularitate occidendo,mutilandoque quempiam,ubi mortis periculum adeſt,ut ibi dicitur; ergo ſecus, ubi pro fama tuenda,ſeu honore,quem quis aut mutilat,aut occidit;ex diuerſis enim non fit illatio. argũ. l.Papinianus exuli.ff.de minor. etenim maius bonum eſt uita,quàm fama,ut DD. communiter concludunt,atque ſic Nauar. in Man.in re noſtra.cap.27.num.213.uerſicu.Et quia ſequeretur.Quod igitur conceditur pro uita tuẽda,non intelligitur conceſſum pro fama conſeruanda. Poſtremò cit.Clemẽ.unic.eximit ab irregularitate interficientem aliquem,uel mutilantem,ubi aliter mortem euadere quis non poteſt;at hic non modò euadere mortem põt, ſed ne mortis quidem metus infertur;ergo irregularis efficitur.Accedit, quòd ſi hoc daremus,moderationem inculpatæ tutelę egrederemur offendendo factis eum , qui nos uerbis lędit contra cap.ſignificaſti.2.propè finem.de homicid. Ab hac igitur opinione diſcedendum non eſt.

2 Quoad ſecundum caſum, † ubi ſcilicet factis infamare nos quis conatur, ut pote ſtuprũ inferendo,an ſi eum interficiamus,mutilemuſve,irregulares efficiamur.Lud. Lopes in ſuo libro inſcripto Inſtructio conſcientiæ.capit.62. propè finem tenet mulierem non peccare,quę pro tuenda caſtitate ſuum aggreſſorem occidit,quam aliter tueri nõ poterat.Idem Archiepi.Flor.quem refert,ac ſequitur Ioan.Tabien. in uerb.Homicidium.q.7.uerſi.Vnde mulier. Probatur autem per l.1.§.item diuus.ff. de ſicar.nam ibi,cùm Adrianus Imperator conſultus eſſet de eo,qui occiderat ſtuprum ſibi per vim inferre conantem , reſcripſit dimittẽdum ipſum eſſe,ergo non punitur, & idcirco nec irregularis effici uidetur.

Contrarium tamen ſuadere uidetur citat. Clemen.unic.quę ſolùm loquitur de occidente,ubi aliter mortem euadere non poteſt , ergo ſecus,ubi aliter famę conſulere nequit.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo.Aut,qui ſtuprũ inferre uult, mortem minatur ei,ſi non cõſentiat ; & in hoc caſu,ſi id conantem inuaſus occidat, irregularem hunc non fieri cenſeo. Et hoc ob hanc rationem,quod occiſio hæc in perſonæ defenſionem redundat, quàm occidere minatur ſtuprum inferre uolens,niſi conſentiat, quo caſu licet quem occidere, ubi aliter mortem iuſtè euadere quis non poteſt,per cit.Clem.uni.de homicid.Quod tamen uerum cenſeo, ubi, qui mortem minatur,id efficere ſolet,uel ueriſimiliter timetur;& in hoc caſu ſecunda opinio locum habebit.Nec repugnat, ſi dicatur mortẽ euadere aliter poteſt,ſcilicet conſentiendo;nã eſt res illicita,& modus illicitus,& ideo non faciendus;nam & communiter concluditur nõ licere fornicari,ne fame moriatur.

Aut non minatur ei mortem,ſed tantũ uim infert;& in hoc caſu,quoniam non peccat,modò animo non conſentiat, ut ſenſit Lop. eod. cap.73.in principio,hũc irregularem fore ſentio,ſi inuaſorem occidat;nam , non quò mortem,mutilationemve uitet,id facit , ſed ut honorem tueatur;at cit.Cleme.unic. non eximit tuentem ſuum honorẽ ab irregularitate,ſi quẽ occidat,ſed liberantem ſe à morte ; iure igitur irregularis hic erit,quamuis non peccet per cit.§.item diuus,& ut DD.allegat. concludũt. Et de quęſtione hac ſatis.

3 Ex his apparet ſolutio alterius quęſtionis,† an iceat eum occidere ſine irregularitatis metu,qui uult te ad mortiferè peccãdum cogere, vt pote ad thus dandum idolis, ad circunciſionem ſuſcipiendam, ad fidem renunciandam ; nam ſi metus redundat in mortis periculum ueriſimile,& probabile,occidere ſine irregularitatis damno quis poteſt;quamuis plurimum apud Deum mereretur , ſi mortem potius oppeteret , exemplo ſanctorum virorum,qui ne chriſtianam fidem contaminarent,grauiſſima ſupplicia

ſupplicia pati, ac ſanguinem demum profundere maluerunt.

Si verò mortis metus non inferatur, irregularis efficietur, quemcunque alium metum inferat, ſi id conantem mutilet, uel occidat. Sed iam ad occidentem pro re familiari tuenda, an irregularis fiat, tranſeamus.

De Irregularitate, an oriatur ex homicidio neceſſario commiſſo, vt quis rem ſuam familiarem tueatur. Cap. XXXI.

SVMMA.

1 *Defenſionis rerũ gratia ſi quis furem occidat, aut mutilet, ubi non licet, irregularis efficitur.*

2 *Defenſionis rerum gratia ſi quis furẽ occidat, ubi id à iure permittitur, an irregularis fiat.*

3 *Capere ſi quis te vult, non ut te occidat, ſed ut pro ſeruo te vtatur, an irregularis fias, ſi aliter te tueri nequeas, niſi eum occidas.*

4 *Captus ab hoſtibus an occidere poſſit ſine irregularitate, qui eum detinet.*

QVAESTIO propoſita nunc mihi explicanda hæc eſt, an irregularis fiat, qui quẽpiã occidit, mutilatve, quò rem ſuam familiarem tueatur. Et quoniam diſputatur quęſtio hæc, ubi contra furem quis agit, (in bello enim ubi res agebatur, iam uidimus) & uarii in hoc DD. ſunt; ob eam rẽ, ut facilitati conſulam, duo capita contemplabimur, quibus tota materia hæc continetur; quorum primum erit, an in caſibus, ubi furem occidere non licet, uel mutilare, ſi quis eum occidat, uel mutilet, irregularis fiat. Alterum, an, ubi è contrario mutilare, occidereve licet, irregularis quis fiat, ſi eum mutilet, uel occidat.

Quoad primum igitur, ut ordinatim res agatur, explicãdi prius ſunt caſus, in quibus occidere furem non licet.

Primùm ergo nobis occidere non licet furem, quem ad furandum ueniſſe ſcimus, ubi nihil adhuc furatus eſt: ſed ſtatim, ut nos uidit, aufugere conatus eſt; & hoc ob hanc rationem quia hic neque nos, neque rem noſtram læſit, neque etiam lędere uult; at occidere aliquem priuata auctoritate nõ poſſumus, niſi ubi lęſio aliqua grauis timetur. arg. l. ut uim. ff. de iuſti. & iur.

Secundò occidere nobis non licet furem, q iam res abſtulit, ſed ſtatim, ut nos uidit, ablatas res dimiſit ob rationes in antecedenti concluſione allatas.

Tertiò non licet furem occidere, qui cum rebus ablatis inuenitur, ſi permittit ſe capi nulla ui adhibita, in hoc enim caſu quis punitur, ſi furem occidat, ut habetur in cap. 2. de homicid. & ita Couar. in Clem. unic. in 3. p. §. unic. num. 5. uerſ. Octauò. de hom.

Quartò non licet etiam occidere furem, ſi rem abſtulit, & cum ea fugit, uel eam conatur contra dominum defendere, ubi res modici momenti eſt, ut not. Abb. & Felin. in cit. c. 2. & Couar. in eod. §. unic. nu. 6. uerſi. Decimò non eſt prætermittendum.

Quintò non licèt etiam furem occidere, ubi quis poteſt apud iudicem rem ablatam recuperare, ita Gloſſ. in l. 4. in uerſi. Vt tamen. ff. ad leg. Aquil. & in l. furem. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. modicum enim damnum ſentit quis hic, & idcirco pro leui iactura occidere hominem quis non debet. Id quod uerum cenſeo, uel conaretur fur dominum occidere, niſi cum ſuis rebus abire eum permittat, ex quo, ut dixi, alia ratione ei conſultum eſt. Quæ omnia locũ habere cenſeo, uel fur nocturnus, uel diurnus ſit, ob eaſdem rationes. Hi ergo caſus omnes ſunt, in quibus furem occidere non licet.

1 An igitur † irregularis in his caſibus quis fiet, ſi furem aut occidat, aut mutilet? Planè ꝓ certo habeo irregularem hunc fieri. In primis tribus caſibus, quoniam domino nullum mortis periculum imminet à fure, ut per ſe patet; occidere autem aliquem non licet ſine irregularitatis metu, niſi ubi mortem uitare aliter nõ poſſumus; ob cita. Clemen. unic. de homici. Poſtremò, quod nec rei periculum in eiſdem caſibus adeſt. Quare nec occiſio neceſſaria eſt pro rerum defenſione. Non etiam in aliis duobus caſibus ſine irregularitatis nota occidere furẽ licet; In primo caſu, quoniam res modica eſſe proponitur, unde moderatio inculpatæ tutelæ non ſeruatur, & facit capit. ſuſcepimus. de homicid. Non in poſteriori caſu, & quòd nec uitæ periculum adeſt, ut in facto proponitur, nec etiam rei, ex quo apud iudicem recuperare eã quis poteſt. Merito igitur in utroque caſu occidens irregularitatem contrahit. Et de primo capite hactenus; iam ad ſecundum trãſeamus, ubi ſcilicet furem occidere licet, an occidendo irregularis quis fiat. Quare, & ut hic rem ordinatim agamus, primò ponemus caſus, in quib. nobis furem occidere licet; deinde id, quod in primis quærimus, an irregularis occidendo quis fiat.

Primum igitur occidere licet furem nocturnum, uel diurnum res noſtras ſecum ferentẽ, ſi dominus uolens eas recuperare ſtatim à fure telo, & armis petitur cum periculo uitæ domini; in hoc enim caſu, ubi res allata non modici momenti eſt, ex quo defenſio furis redundat in offenſam perſonæ domini, occidere licet, ob cita. l. 4. ff. ad leg. aquil. & l. furem. ff. ad leg cornel. de ſicar. & ita Couar. eo. uer. Sextò.

Secundò occidere etiam licet furem nocturnum, ſi ignoramus, an uenerit ad furãdum, uel occidendum, ſi ſe capere non permittat, ſed conetur ſe telo defendere, ut habetur in cit. c. 3.

iunct.

iunct.c.2.de homicid.nocturnum enim furem impune occidere licet, ſi parcere ei ſine periculo quis non poteſt, ut habetur in l.4.ff.ad le. aquil.iunct.cit.l.furem. Quare, ſi non reſiſteret, uel fugeret, occidi non poſſet ob cit.ll.

Poſtremò licet furem occidere, qui ui conatur domino rem ſuam auferre; nam uis hæc inferri non poteſt, niſi perſonę uis inferatur, quo caſu, ex quo redundat in periculum uitæ, ſi aliter ſe tueri dominus non poteſt, occidere eum ualet, uel mutilare, per cit. Clem.unic.de homicid.& cit.l.4.ff.ad leg. aquil. Interdiu autem deprehenſum, ſcilicet furem, dicitur enim ibi ita pmittit occidere, ſi is ſe telo defendat. Hæc ibi, ex quibus apparet occidi licere furem diurnum uim armis inferentem, atque ſic in caſu noſtro dixit Couar.in eod.§.unic.num.6.uerſ. Tertiò, qui & de communi DD. ſententia teſtatur: nam ait ibi licitam eſſe raptoris occiſionem, quoties ea fit ad defenſionem rerum, & pſonæ eaſdem res defendentis, quę ipſe raptor offendere conatur, ne rerũ occupationem impediat. Hęc Couar. In his igitur caſibus tribus occidere furem licet.

2 Verũ † an occidendo furem in his caſibus irregularis quis efficitur? Planè in duob.primis caſibus ſentio irregularem quem fieri. In priori caſu, quoniam fur rem noſtram iã abſtulit, nec domino uim inferre uult, ſed cũ rebus aufugere; ergo periculum uitæ dominus nõ adit, & idcirco cit.Clem.unic.de homicid.locũ hic ſibi non uindicat. Nec obſtat, ſi dicatur licere ſtatim rem ſuam recuperare, & auferre à fure, & idcirco ſi fur reſiſtat, mortem ei inferre; nã non ob id ſequitur, quin irregularis fiat; nam & in bello iuſtè moto, ut noſtra recuperemus, irregulares fiunt, qui aduerſarios occidunt, ut ſuo loco probauimus, & facit capi.pen.de homicid. In poſteriori irregularitas contrahitur, quoniam euadere poteſt, ne à fure occidatur, ſi permittat furem abire, ut enim irregularitatẽ quis effugiat alium occidendo neceſſariò requiritur, ut ratione alia mortẽ effugere nequeat, ut dicitur in ead.Clem.unic.at hic mortem effugere poteſt permittẽdo furem abire, & facit c.ſuſcepimus.de homicid.

Quoad poſtremum caſum autem, ubi fur vi conatur domino rem auferre; etſi ui auferri nequit, niſi perſonæ uis inferatur, adhuc tamẽ cẽſeo irregularitatem hic contrahi; & hoc ob ca. penu.de homicid. ibi enim inimici dominicæ crucis chriſtianorum caſtrum quoddam inuaſerant grauiter, & aggreſſi fuerant, & ſic res eorum chriſtianorum auferre, immo & ipſos capere ſine dubio conabantur, & tamen cùm inter eos, qui contra eos infideles è caſtro exiuerant, ad ſe, ſuaque tuenda, clericus interfuiſſet, Romanus Pont.mãdat eidem, ex quo ibi hinc inde plurimi occiſi fuerant, ut ſi de interfectione cuiuſquam in illo conflictu conſcientia eũ remordet, ut à miniſterio altaris ſe abſtineat. Ecce hic agebatur de defenſione rerum omnium, immò, & de perſonarum captione, & interitu, & tamen, qui in illo conflictu quempiã occidit, irregularis exiſtimatur, ergo irregularitas cõtrahitur, ubi pro defenſione rerum quẽpiam quis occidit. Nec repugnat, quod tradũt DD.in cap.1.de reſtit.ſpol. in hoc caſu, qui clericum percutit in excommunicationem nõ incidere; ob eam rem enim id fit, quòd in eam excommunicationem quis nõ incidit, niſi, ubi ſuadente diabolo id fecit, & idcirco, ubi mortiferè peccat. cap.ſi quis ſuadente diabolo.17.q.4.& cap.nemo, & c.nullus.11.q.3. at irregularitas contrahitur etiam, ubi quis non peccat, ut in caſu noſtro, ex quo res ſuas tuetur: immò & ubi meretur, ut de iudice alibi concluſimus, & de deferente ligna ad hęreticum comburẽdũ. Quare, eſto alias contrarium ſenſerim, nunc tamen ob prædicta ſentio irregularem & hũc etiam eſſe; nam contraria ſententia ſolùm hac ratione nititur, quod licet furem in his caſib. occidere ſine peccato: ſed tamen id nihil eſt, quoniam irregularitas contrahitur etiam ſine peccato, ut ſæpiſſimè diximus. Excipio tamen unum caſum, ubi res, quam conatur fur auferre, tunc neceſſaria eſſet ad me ſuſtentãdum, & ea ſublata neceſſariò mori cogerer, ut ſi eſſet ingens fames, cuiuſmodi Hieroſolymis fuit. Quare in hoc caſu quis non eſſet irregularis, quippe, quia eſſet hoc uitam tũc tueri, atque ſic ſenſit Maiol.de Irregular.lib.5.cap.48.num.7.

3 Verùm quid † ſi quis conatur te capere, non ut te occidat, ſed uel ut pro ſeruo te utatur, qđ faciunt ſæpius Turcæ, uel ut poſtea te pecunia redimas, quod & Turcæ itidem faciunt, & ſuperioribus annis exules Romãdiolę, an, ſi eos occidas, uel mutiles, cũ alias eius manus euadere nequeas, irregularis fias? Ego ſentio & in hoc caſu te irregularem fieri: & hoc ob cita.ca. pen.de homicid. nam inimici Chriſti caſtrum inuaſerãt, ut deprædarentur tam homines, quã res in primis, & tamen homines eius loci, qui ſe defenderunt, ſed ex hoſtibus quempiam occiderunt, irregulares factos ibi habetur. At reuera cit.Clem.unic.de homicid. eximit ab irregularitate ſolùm, ubi quis mortem euadere non poteſt, ergo aliàs ſecus. Irregularis igitur efficeris, ſi, qui te capere uult, occidas.

4 Idem ſentio, † ut irregularis fiat, qui apud Turchas, alioſve captiuus eſt, ſi, ut ab eorũ manibus euadat, cùm tamen ipſum occidere nolunt, ſed pro ſeruo uti, quem eorum occidat, & inde occaſionem nactus fugiat; nam &, qui hęreticũ interficit, irregularis efficitur, & iudex etiam, quamuis mereantur. Sed de his hactenus, ad quæſtionem alteram tranſeamus. Si illud addiderimus prædictos irregulares nõ fieri, ubi probabiliter ſcirent, qui eos ceperunt, ſeu capere uolunt, occidere etiam uelle, non enim tunc irregulares fient, ſi ipſos prius occident; licet enim præuenire, ut antea probauimus.

De Irregularitate, an oriatur ex homicidio neceſſario commiſſo, vt quis alium tueatur. Cap. XXXII.

SVMMA.

1 *Defendendi alterius gratia à morte, an liceat quẽ occidere ſine irregularitatis periculo, vbi aliter eum defendere quis non poteſt.*

2 *Defendendi parentes gratia à morte an liceat quẽ occidere ſine irregularitatis nota.*

3 *Defendendę Chriſtianæ fidei gratia ſi quempiã quis occidat, irregularis ſit.*

1 POSTREMA quęſtio eſt, † an ſine irregularitatis metu liceat nobis quempiam occidere, quò alium à morte tueatur, ubi aliter eum tueri non poſſumus. Hæc quæſtio diſputatur, ubi alia ratione tueri alterum quis non poterat. Videbatur igitur dicendum ſine irregularitatis metu id licere. Primò per cap. dilecto. de ſenten. excom. nam ibi dicitur licere cuilibet ſuo uicino, uel proximo pro repellenda ipſius iniuria ſuum impertiri auxilium; immò ſi poſſit, & negligat, uideri eum iniuriam manifeſtam fouere, ac eſſe participem eius culpæ. Facit quoque c. quãtę. de ſenten. excommu. & cap. non in inferendo. 23. q. 3. Si ergo licet pro repellenda iniuria auxiliare uicino, ac proximo, ergo irregularis nõ ſit, ex quo permittente lege auxiliatur. ca. qui peccat. 23. q. 3. & l. Gracchus. C. de adult. Confirmatur hoc, quoniam contingere poteſt, ut tueri habeamus parentes, filios, & conſanguineos, & patriam, quos tueri debemus. argu. le. ueluti, & ibi Gloſſ. ff. de iuſtit. & iur. quo caſu irregulares efficimur, ſi eos non tueamur, ut antea probauimus. Poſtremò facit, quoniam percutiens clericum, quò parentem, filios, coniugem tueatur, in excommunicationem non incidit latam per capi. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. ut tradidit Innocen. in cap. ſi uerò. 1. in uerb. Inferentem. de ſenten. excomm. quem ſequitur Abba. ac DD. communiter, ubi & pro defenſione extraneorum, ſi quis clericum percutiat, in excommunicationem non incidere etiam addit, & de communi ſententia teſtatur ibidem. num. 11. & Felyn. num. 5. uerſi. Vtrum pro defenſione proximi, & Couar. in Clemen. unic. de homicid. 3. p. §. unic. nume. 5. uerſicu. quintò. qui ob hanc rationem etiam opinionẽ hãc ſequitur. Si ergo in excommunicationem quis non incidit alium defendendo, ergo nec irregularis effici debet.

Atqui contrariam opinionem ſequitur Gl. in cit. Clemen. unic. in uerb. Suum; in ead. ſentẽtia eſt Zabar. ibi q. 28. ubi & alios quoſdã idẽ ſentientes refert, amplectitur eam quoque Felin. in cap. 2. in fine. de homicid. & Maiol. de Irregular. lib. 5. cap. 48. num. 9. uerſi. Quinta declaratio, & Syl. in uerb. Homicidium 1. qu. 9. uerſ. Quartum. Nauar. in Man. cap. 27. numer. 213. uerſic. Quarto, & cap. 15. num. 5. uerſi. Dixi ſupra Iniuſte, quam & communiter receptã teſtatur ibi. ſequitur quoque eam Add. ad eũ in conſ. 29. de homicid. lib. 6. Probatur autem communis hęc opinio, quoniam per ci. Clem. unic. permittitur ſuum tantum occidere inuaſorem ſine irregularitatis metu; ergo ſecus, ſi alterius inuaſorem occidat. Huic tamen rationi repugnare uidetur, quòd appellatione ſuorum ueniunt coniuncti uſque ad ſeptimũ gradum, ut dixit Gloſſ. in le. ſi fœmina. C. ad ſen. conſ. Turpill. quam not. Iaſ. in l. 1. in fine. ff. de in ius uoc. ergo ex quo dicit, Suum inuaſorem, intelligi poſſe uidetur, uel ſuos propinquos qui inuadat. Hæc tamen obiectio nihil facit, ut uidebimus. Vnde ſecundò Gloſſ. ratione alia opinionem hanc probat, qui alium tuetur non eſt in neceſſitate ineuitabili, quod requirit ea non ille, ut irregularitatem euadat; ibi enim inquit. Et idem de illo cenſemus, ſcilicet, ut in irregularitatem non incurrat, qui mortem aliter uitare non valens ſuum occidit, uel mutilat inuaſorem. Ecce hic requiri, ut per homicidium irregularis quis non fiat, ne mortem aliter euitare poſſit; at hic non eſt in neceſſitate hac, ex quo nemo eum aggreditur, ergo irregularitatẽ non euadit, & ſic ſublata eſt obiectio facta ꝓximè de pronomine illo Suum.

Quid igitur concludendum? Ego à ſentẽtia Gloſſ. diſcedendum non cenſeo, ut ſcilicet irregularis fiat, qui quẽpiam occidit, uel mutilat,

2 quò aliũ tueatur, † uel pr. uel mater, vel vxor ſit, ac pręter rationes Gl. his ego rationibus ꝓbo. Primùm, quoniam irregularitas contrahitur ſemper per homicidium, & mutilationẽ, ubi ſpeciatim contrarium cautum non eſt. c. ſi quis uiduam. d. 50. iunct. capi. pen. de homici. & c. fin. ne cler. uel monac. lib. 6. & cap. penult. de homicid. eodem libro & citat. Clement. unic. at caſus hic non eſt exceptus in toto iure, ut irregularis non fiat, ubi quis alium occidit, uel mutilat ob alterius defenſionem, ergo eũ nec nos excipere debemus, aut poſſumus. Accedit, quòd ante cit. Clemen. unic. irregularis quis efficiebatur quempiam occidendo, etiã ſi ob ſui neceſſariam defenſionem occidebat, (ut colligi poteſt ex S. Thom. 2. 2. q. 64. artic. 7. ad tertium. ubi tenet irregularem eum fieri, q alium occidit, quò ſe tueatur, & hoc ob hanc rationem, quod ſuo tempore lata non erat cit. Clem. unic. de homicid. non enim opinionem eam habuiſſet; quandoquidem eum canonem non ignoraſſet, atque ſic dixit Maiol. de irregula. lib. 5. cap. 48. num. 6.) & per cita. Clemẽ. is exceptus tantùm eſt, qui occidit, uel mutilat, ubi aliter mortem ipſe euadere nõ poteſt, vt ibi habetur, ergo ſecus, ubi aliter mortẽ euadere põt, quod contingit, quando alium ipſe à morte tueri uult, ut per ſe patet, uel parentes defendat

defendat; incluſio enim unius alterius excluſio eſt.l.cum prætor.ff.de iud.& c. nonne.de pſumpt. & argumentum à contrario ſenſu eſt ualidiſſimum. argum.l.1.& ibi not.ff. de offic.eius.ergo diſpoſitio citat.Clemen. non trahetur ad defendentes alios, quamuis parentes ſint.Tum quòd uerba eius huic caſui non conueniunt;non enim tunc quis ſuum occidit,uel mutilat inuaſorem, & aliter mortem euitare non valet;quæ duo requiruntur per citat.Clement.ut ibi habetur.Tum quòd,ex quo ius antiquum corrigit,ſtrictius intelligi debet.l.c.iubemus.C.de teſtam.& l.ſancimus.C. de app. A ſententia Gloſſ.igitur non diſcedemus.

Non repugnant modo rationes contrariæ. Non prior, eſto enim liceat nobis uicino, ac proximo opem ferre,ne iniuria afficiatur, non tamen ſequitur,quin irregulares efficiamur, ſi quem mutilemus,aut occidamus,quò iniuriā proximi propulſemus;nā & Iudex poteſt, immò debet & mortem inferendo iniuriam propulſare.l.congruit.ff.de off.præſid. & miles in iuſto bello pugnare, & tamen uterque irregularis efficitur,ſi quem ipſi occidant, occidendumve mandent,cap.ſi quis uiduam.diſ.50.& c.penu.de homicid. Non obſtat,quòd parentes,ac reliquos prædictos tueri debeamus, & quòd filius etiam cenſetur eadem perſona cū patre,nam hic caſus exceptus non eſt ab irregularitate in ead.Clemen.unic.nec uerè, ac ꝓpriè filius eſt eadem perſona cum patre,ſed ſictè quoad effectus quoſdam;ex quo enim indiuidua diuerſa ſunt, idem eſſe nequeunt. Nec repugnat ſi dicatur ratio citat.Clemen.eſt,qđ ſicut natura unicuique inſitum eſt, ut ſe tueatur,ita naturalis ratiò dictat,ut filios,parentes, & noſtros tueamur:nam quo iure impellimur nos tueri,non eodem impellimur noſtros, ut enim nos tueamur eo naturali iure ducimur, quo prędita ſunt omnia animalia,& quod ſolo inſtinctu,& inclinatione naturali conſtat, & propriè ius non eſt; ex quo enim & brutis eſt commune,in eis cùm nulla ratio ſit,nec ullum ius conſtitui poteſt. Vt verò parentes,ac noſtros tueamur,eò iure ducimur, quod hominibus tantùm commune eſt, & ut hoc ſecundarium,ita illud primarium eſt à DD. appellatū, ita tradidit perpulchrè Ioachim Mynſinger.in Inſtit.§.ius naturale.de iur.natu.gent.& ciuil. Non igitur eadem ratio eſt in utroque caſu, ergo neque etiam eadem iuris diſpoſitio eſſe debet.argum.l. Papinianus exuli.ff.de min.Hinc parcitur ei, qui quacunque ratione ſuum ſanguinem redimit,non autem qui alienum.l.c. 1. ff.de bon.eor. qui ant. ſent. A communi iure igitur non diſcedemus;etenim & chriſtianam fidem,& patriam quis tueri debet, & tamen irregularis fit,qui Turcam, lutheranumve ob ea occidit.argumen.citat.c.penu. de homicid.irregularitas enim contrahitur ſine culpa;immò etiam cum merito,ut dixit Gloſſ.in cit.Clem. unic.in uerb.Suum.Non obſtat, quod dictum eſt de excommunicatione;nam ad eam incurrendam requiritur culpa, & peccatum mortiferum,& ut ſuadente diabolo id faciat, ut habetur in cap.nemo Epiſcoporum,& ca.epiſcopus. 11.qu.3.& in c. ſi quis ſuadente diabolo. 17.q.4.& ut DD.communiter concludunt, ꝙ peccatum ceſſat,ubi quis pro tuendis parentibus,filiis,ac coniuge,uel extraneo clericum percutit;nam immò meretur,& idcirco in excommunicationem non incidit.At irregularitas & ſine culpa,immò cum merito contrahitur,ut à iudice,ut dixi. Iure igitur irregularis efficitur, qui alios tuendo quempiam mutilat, uel occidit,atque ſic reſpondet. Gloſſ.in ead. Clemen. unic.

Vel igitur parentes tueamur,vel liberos,uel coniuges,uel extraneos,irregulares efficimur, ſi ob id quempiam mutilemus, uel occidamus.

3 Immò † nec ſi pro fide catholica tuenda hæreticum,uel Turcam occidamus,irregularitatem euadimus ob rationes antea allatas, atque ſic ſentit Nauar.in Man.capi.27. numero 217.uerſic.Nonò.Hinc,qui fert ligna ad comburendum hæreticum,ſi ipſis comburatur, irregularis efficitur, ut de communi ſententia teſtatur Nauar. ibidem.uerſic.Decimò,& facit cap.penu.de homicid.Et de quæſtione hac ſatis;necnon de irregularitate, quæ oritur ab homicidio quâcunque ratione commiſſo ; iam de iis agamus,qui in hac irregularitate diſpenſare poſſint:id quod in ſequen. præſtabimus.

De ijs,qui diſpenſare poſſunt cum irregulari ob homicidium quacunque ratione commiſſum. Cap. XXXIII.

S V M M A.

1 *Homicidium duplex eſt.*

2 *Homicidium voluntarium aliud cum peccato, aliud ſine peccato.*

3 *Homicidium non voluntarium duplex eſt.*

QVANDO contraheretur irregularitas ex homicidio uidimus,modò, quinam cum irregulari ob homicidium diſpēſent,uideamus. Id qđ vt dilucidius fiat præmittendum eſt homicidium quotuplex ſit.

1 Homicidium igitur,† ut diuiſionem repetamus eius breuiter, quam capite quinto ſupra poſuimus,quod ad rem noſtram pertinet, duplex eſt,uoluntarium,& non voluntarium, ut tradidit etiam Clar.in Pract.Crim.lib.5.§.homicidium.paulo poſt principium.

Homicidium

2 Homicidium uoluntarium† duplex itidem eſt;nam aliud eſt ſine peccato,ſcilicet id,quod fit auctoritate publica, aut in iudiciis, aut in bello iuſto ex parte eorum,qui bellum iuſtum gerunt. Aliud cum peccato, & eſt id, quod fit auctoritate priuata nullo iure id permittente, ut ſi quis in rixa,uel inſidiis,uel ꝓditione, uel aſſaſſinio quempiam occidat,ut dixit Clar.eo. in loco,& Nauar.in conſi.40.de homicid.lib. 5.& ex utraque ſpecie huius homicidii irregularitas contrahitur,ut uidimus; & hoc propriè homicidium uoluntarium eſt,ut colligitur ex Trid.Synod.ſeſſ.14.de reform.cap.7.

3 Homicidium autem†non uoluntarium duplex itidem eſt;nam aliud eſt omnino inuolũtarium,& eſt id, quod omnino à caſu proficiſcitur,de quo egimus ſupra cap.28.ubi & irregularitatem ab eo non naſci probauimus.Quare de eius irregularitatis diſpenſatione, quæ nulla eſt,non agemus.

Aliud uerò ſecundum quid inuolũtarium; nam aliud eſt neceſſariũ,& eſt id, quod fit ob neceſſariam ſui defenſionem, ob quod etiam irregularitas non contrahitur, ut probauimus ſupra cap.29.Hinc nec in hoc caſu de diſpenſatione agendum erit,modò inculpatæ tutelæ moderatio ſeruata ſit.

Inuoluntarium autem non neceſſarium eſt illud homicidium,quod contingit primũ, ubi quis rei illicitę operam dat;deinde,ubi rei licitæ,ſed diligentiam,quã debuit,non adhibuit, & dicitur in his caſibus homicidium hoc, homicidium caſuale,ut tradidit Gloſſ.communiter recept.in cap.ſicut dignum.in §.fin.in uer. Conſilium. uerſi.Si uerò caſu committitur homicidium.de homicid.tertiò, ubi neque rem licitam,neque illicitam agendo,ſed ommittẽdo ſimpliciter homicidium ſecutum eſt,de q̃bus omnibus egimus etiam abundè antea capitu.23.& cap.18.& in capi.ſequen.in quibus caſibus irregularitatem cõtrahi probauimus. Et in his caſibus homicidium eſt inuoluntarium,ut colligitur à Triden.Synod.ab eodem ca.7.nam ibi duo genera homicidii facit,unũ uoluntarium,quod per induſtriam, & inſidias committitur;alterum contrarium priori, & idcirco non uoluntarium, quoniam non ex propoſito,ſed caſu,uel uim repellendo committitur:ab eius declaratione igit̃ non diſcedemus, omiſſis longis ambagibus DD.

De diſpenſatione igitur contracta in tribus caſibus agemus.Primùm,ubi eſt contracta ex homicidio auctoritate publica commiſſo, aut in iudiciis,aut in bello iuſto. Deinde,ubi eſt contracta ex homicidio uoluntario iniuſto, auctoritate præſertim priuata facto. Tertiò,ubi eſt contracta ab homicidio non uolũtario,ſed ab eo tamen,quòd cõtingit,uel quòd quis rei illicitæ operam dabat,uel quod licitæ,ſed diligentiam debitam non adhibuit, uel ob ſimplicem omiſſionem; iam igitur primum caſum explicemus,ſcilicet quis in irregularitate contracta ex homicidio licitè commiſſo diſpenſare poſſit:id quod in ſeq.pręſtabimus.

SVMMA.

1 *Diſpenſare an poſſit Epiſcopus cum irregulari,qui iuſtè,& auctoritate publica homicidium cõmiſſit,vel in iudicio,vel in bello iuſto.*

2 *Diſpenſare cum hoc homicida Rom.Pont.poteſt.*

§. I.

† Quæſtio nobis explicanda primò hæc propoſita eſt,ſcilicet,Quis diſpenſare cũ eo poſſit, qui irregularitatem contraxit ex homicidio licitè commiſſo auctoritate publica in iudiciis,uel bello(non enim irregularitas ex homicidio quocunque orto tollitur per pœnitentiam.cap.fin.de tempor.ordin.& ca. inquiſitionis.de homic. immò regulariter nulla irregularitas tollitur pœnitentia; quoniam non eſt peccatum,ut ſuo loco probauimus.) Et uidebatur dicendum Epiſcopum cum hoc diſpenſare poſſe,& hoc ob cap.liceat.de refor. ſeſſ.24.apud Trid.Synod.nam ibi permittitur Epiſcopis,ut diſpenſare poſſint in irregularitate ex delicto occulto proueniente,ergo multo magis permiſſum eſſe ipſis uidetur,ut cum irregularitate ex homicidio licitè nata diſpenſent.argumen.auth.multo magis.C. de ſacroſanct.eccl.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus,ſcilicet Epiſcopos in hac irregularitate diſpenſare non poſſe. Id quod probatur potiſſimum per cita.cap.licèt.de reform.apud Trid. Synod.nam ibi permittitur Epiſcopis, ut diſpenſent in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, excepto homicidio uolunrario.Hæc S.Synod.Si ergo poſſunt Epiſcopi in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus diſpenſare, excepta ea,quę oritur ex homicidio uolũtario, ergo in hac diſpenſare non poſſunt. Tum quòd hęc nõ oritur ex delicto,ut in facto proponitur,ibi uerò permittitur diſpenſatio,ubi irregularitas ex delicto orta eſt,ergo incluſio unius alterius excluſio eſt.cap.non ne.de præſump. & l.cum prætor.ff.de iud.Tum quòd permittitur ibi diſpenſatio,modò non oriatur ex homicidio uoluntario; at hic ſumus in homicidio uoluntario,ergo eo iure apertiſſimè probatur epiſcopos diſpenſare in hoc caſu nõn poſſe, atque ſic tradit Nauar.in conſ.39.de homicid.lib.5. & communiter DD.Non obſtat ratio contraria, nam pręter rationes inde depromptas,quæ eã tollunt,in materia diſpenſationis argumentũ à maiori ad minus non ualet,ut id pluribus ꝓbauit Quint.Mandoſ.in Tract.de Signat.grat. in tit.de diſpenſationibus propè finem. uerſi. In materia. A propoſita igitur ſententia non diſcedemus.

2 Verùm†quis in hoc caſu diſpenſabit? Sine dubitatione Romanus Pon.nam,ut alibi pro

bauimus,

bauimus,in quacunque irregularitate Romanus Pont.diſpenſare poteſt,ex quo irregularitas omnis à iure poſitiuo eſt,vt ſupra probauimus,quicquid alii dixerint , qui & ibi, & hic contrarium ſenſerunt. Poſtremò,quoniam & hoc aſſerit Nauar.in conſ.39. ubi etiam teſtatur totius orbis conſuetudinem hanc eſſe, ut irregularitatis huius diſpenſatio a Papa petatur,& ſequitur Thom.Zerol.in Prax. Epiſcop. in uerb.Irregularitas.uerſic.Octauò. Ab hac conſuetudine igitur nec nos diſcedemus.argumen.l.minime.ff.de legib.

Quare Summus Pont. tantùm diſpenſabit cum iudicibus,cum aſſeſſoribus, teſtibus,aduocatis,procuratoribus,publicis ſcribis, & aliis,qui re, aut verbis ad homicidium huiuſmodi opem tulerunt.

Et diſpenſatio hæc facilè conceditur, & ſine pœnitentia,ut dixit Nauar.in conſi. 40.numero 3.de homicid.& in cita.conſi. 39. Quare ſi facultas concedatur diſpenſandi cum homicida caſuali,non intelligetur facultas conceſſa diſpenſandi cum homicida iuſto.Sed de diſpenſatione huius irregularitatis hactenus, ad diſpenſationem eorum tranſeamus,qui ob homicidium uoluntarium,ſed iniuſtum irregulares facti ſunt.

S V M M A.

1 *Diſpenſare an Epiſcopus poſſit cum homicida voluntario,& iniuſto cum dolo, vbi manifeſtum eſt.*
2 *Diſpenſare an poſſit cum homicida voluntario occulto.*
3 *Papa diſpenſat cum hoc homicida.*
4 *Nuntij,& legati Apoſtolici an diſpenſare poſſint cum homicida uoluntario.*

§. II.

1 S †Secunda quæſtio eſt quis diſpẽſare poſſit cum eo,qui homicidium uoluntariũ, & iniuſtum commiſit. In qua quæſtione pro certo habendum eſt epiſcopos diſpenſare non poſſe.Id quod probatur apud Trid.Syno. ſeſſ.23.de reform.capitu.6.ibi enim epiſcopis conceditur licentia diſpenſandi in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto prouenientibus,excepta ea,quæ oritur ex homicidio uoluntario.Si Sancta Synodus ergo dans facultatem epiſcopis diſpenſandi in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto uenientibus, excipit eam,quę oritur ex homicidio uolũtario, irregularitas hæc eſt huiuſmodi,ſcilicet ex homicidio uoluntario orta, ut in facto proponitur;ergo in ipſa Epiſcopi diſpenſare non poſſunt.Poſtremò Trid.Synod. hunc nullo tempore ad ſacros ordines uult, ut poſſit promoueri, nec conferri ei ulla eccleſiaſtica beneficia,ut ſanciuit ſeſſ. 14.de reform.capi. 7.Cùm etiam. dicitur enim ibi,qui per induſtriam occiderit proximum ſuum,& per inſidias,ab altari euelli debeat:qui ſua uoluntate homicidiũ perpetrauerit,etiam ſi crimen id nec ordine iudiciario probatur, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, nullo tempore ad ſacros ordines promoueri poſſit,nec illi aliqua eccleſiaſtica beneficia,etiam ſi curam non habeant animarum,conferri liceat;ſed omni ordine,ac beneficio,& officio eccleſiaſtico perpetuò careat.Hec ibi Sancta Synodus.Si ergo non uult Sancta Synodus,ut ullo tempore ad ſacros ordines promoueri poſſit, nec ut ulla eccleſiaſtica beneficia,etiam ſi curam non habeant animarum liceat ei conferri ; epiſcopi diſpenſare cum hoc nequeunt;nam, ſi vbi iure permittitur diſpenſatio,epiſcopis poteſtas diſpenſandi data eſſe cenſetur,ut tradidit Innocen. communiter recept.in cap.dilectus.de temp.ordi. ergo,ubi diſpenſatio iure prohibetur, ſublata facultas diſpenſandi epiſcopis dicendum uidetur,ut quod operatur propoſitum in propoſito operetur oppoſitum in oppoſito. le. fin.§. fin.ff.de le.3.Pro certo igitur habebimus cum hoc homicida epiſcopum diſpenſare non poſſe.Id quod in homicidio manifeſto dubitatio nem non habet,nec apud DD.

2 Verùm quid,†ubi homicidium occultũ eſt, an cum hoc diſpẽſare epiſcopus poterit?DD. plures,quos refert,& ſequi uidetur, quamuis dubius,Couar.in Clemen.unic.p.2.§.3. numero 4.uerſ.Idem in praxi receptum eſt, ſenſerunt epiſcopum diſpenſare poſſe cum homicida uoluntario, ubi omnino occultus eſt, ideſt, ut probari nequeat,eoſdem refert,non tamen ſequitur Addit.ad Diaz.in Pract.crim.canon. cap.94.in uerb.Diſpenſare.uer.Hodie autem, ibi, Et ſic ſacroſanctum Concilium.Et quoniã horum opinioni repugnat Trid.Synod.eod.capitu.7.ob eam rem Couar.itidem dicebat ſanctam Synodum occultum homicidium ibi accipere,ubi homicidium,& ſi occultum eſt,probari tamen poteſt , non autem in homicidio omnino occulto,quod probari nequit; nam in hoc caſu epiſcopos diſpenſare poſſe cenſuit,ut DD.ab eo allegati cenſent.

Atqui omiſſo iure antiquo, & antiquorum hac de re opinionibus hodie contrarium ſentire debemus, ſcilicet epiſcopos nec cum hoc homicida omnino occulto diſpenſare poſſe.Et hoc per cita.cap.7.apud Trid. Synod. nam ibi decernitur, ut qui ſua uoluntate homicidium perpetrauit,etiam ſi occultum fuerit, ut nullo tempore ad ſacros ordines promoueri poſſit, (hoc enim ibi habetur) at occultum homicidium uti genus dicitur tam de homicidio occulto,quod probari poteſt, quam de occulto, quod probari non poteſt; utrumque enim occultum eſt,vt per ſe patet,ergo caput illud vtrãque ſpeciem occulti homicidii complectitur, genus enim æquè de omnibus ſuis ſpeciebus prædicatur,ut logicę artis magiſtri docent. Pręterea complectitur illud caput homicidium, quod nec ordine iudiciario probatũ , nec alia ratione publicum eſt,vt ibi etiam id dicitur;at

homicidium

homicidium omnino occultum eſt in primis tale,ut per ſe patet; ergo eo iure comprehenditur.Tertiò complectitur idem canon eum,qui per inſidias occidit,ut ibi habetur; at homicidia ratione hac commiſſa potiſſimum occulta ſunt,ut experientia rerum magiſtra docet; ergo canon ille hoc etiam homicidium complectitur,quod nulla ratione probari poteſt.Quartò canon ille non diſtinguit quoad occultum homicidium,an probari poſſit nec ne;ergo nec nos diſtinguere debemus.argu.l.de ptio.ff.de publ.in rē act.præſertim quia ſi hoc uoluiſſet S.Synodus id dixiſſet;nam quod non idē ius eſſe uoluit in homicida ex propoſito,& in homicida nō ex propoſito,ob eam rem id diſtinxit, idē ergo feciſſet in homicidio occulto,ſi aliud in eo quod probari pōt,aliud in eo, quod non pōt probari,ſtatuere uoluiſſet;quod cum nō fecerit,nec nos facere id debemus. Poſtremò cōtraria opinio nulla ratione ſolidiori tollere,ac reſpondere ad eum canonem S.Synod.pōt,ergo omnino reſpuenda eſt.Cùm homicida hoc uoluntario igitur diſpenſare Epiſcopus non poteſt,atque ſic tenuit Maiol.quem refert,ac ſequitur Addit.ad Diaz.in Prac.crim.c.94.in uerb. Diſpenſare,ibi. Sed quod ſtāte concilio. Ab hac igitur opinione diſcedendum non cenſeo,quę communis eſt.

Quæ locum habet ēt in minoribus ordinib. nam nec, ut ad eos homicida hic admittatur, diſpenſare Epiſcopus pōt,& hoc ob cit.c.7.ibi .n.præcipitur,ut hic homicida omni ordine,ac beneficio eccleſiaſtico perpetuò careat; ergo Eps nec in minoribus cum hoc diſpēſare pōt: ex quo.n.ipſi omnis ordo ꝓhibetur, ergo nec minores excipiuntur.l.Iulianus.ff. ad exhibē. atque ſic dixit Nauar.in Man.cap.27.nu. 240. & in conſi. 13.in fine.de homicid.lib.5.

Item locum habet opinio hæc, ut nec in ſuſceptis ordinibus diſpenſare Epiſcopus poſſit, ob cit.ca.7. quamuis nonnulli contrariū ſenſerint,ut refert Couar.in Clem.de homicid.2.p. §.3.nu.5.uerſ. Diſpenſat verò Papa ſolus.

Tertiò nec diſpēſare pōt Epiſcopus,ut beneficiū ſimplex,curā animarū non habens; hēat; nam hoc dicitur in eo.c.7. ibi, Etiam ſi curam non habeant animarum. atque ſic dixit Naua. eod.uerſi.& in eod.conſil.ibidem.

3 Quis igitur†cum hoc diſpēſabit? Planè Romanus Pont.tantùm,nam ipſe in omni irregularitate diſpēſare poteſt,ut ſępe diximus.Quę tamen diſpenſatio difficillimè obtinetur,& ſolùm pro eo,qui religioſus fit,uel eſſe uult in aliquo mendicantium religioſorum monaſterio, ut teſtantur Ludoui.Gomes.in Tract.expectiuarum.nu.88.& Io.Staphil.de liter.grat.& iuſtitię pag.193.quos refert Coua.eod.§.3.nu.3. uerſ. In hoc tamen conueniunt omnes. Immò in homicidio uoluntario omnino occulto ait, idem Gomeſ.ibid.Summum Pont.diſpenſare conſueuiſſe,ut in ſuſceptis ſaltē ordinib.miniſtret,cum publico aūt homicida quoad altaris miniſterium diſpenſare cōſueuiſſe hac lege,ut intra triennium altari non miniſtret, ac deinceps extra locum, ubi homicidium cōmiſſum non fuit,ita inquit Addit.ad Diaz.in eo.uerſi. diſpēſare. & ideo S.Trid.Syn.ſeſſ.14.de refor. ca.7.perpetuò ut omni ordine,ac beneficio, & officio eccl.careat,ſanciuit.

4 Non igitur†Nuncii,non Legati è latere,nec Summus pœnitentiarius;nec Prætorium ſacrę pœnitentiariæ cum hoc diſpenſare poſſunt,qñ quidem hanc poteſtatem diſpenſandi cū homicida uoluntario non concedit ipſis Sūmus Pont.ut teſtatur Nauar.in conſ.15. & in conſ. 38.de homicid.lib.5.& in Man.ca.27. nu.24. uerſ.Tertiò.Sed de huius homicidæ diſpenſatione hactenus,ad tertium tranſeamus.

SVMMA.

1 *Homicidium commiſſum culpa non dicitur uoluntarium propriè,nec irregularitas inde contracta dicitur eſſe ex homicidio voluntario per ſe,et propriè,ſed ex homicidio caſu commiſſo.*

2 *Irregularitas contracta ex homicidio caſuali diſpēſabilis eſt.*

3 *Diſpenſare cum irregularitate orta ex homicidio caſuali manifeſtò Summus Pont.tantùm poteſt.*

4 *Diſpenſare cum irregularitate orta ex homicidio caſuali occulto Epiſcopus poteſt.*

§. III.

Tertia quæſtio eſt quis diſpēſare poſſit cū irregulari ob homicidium culpa ſecutū, vel quia rei illicitæ operam dabat, uel qꝛ rei licitę,ſed tamen eam,quam debuit,diligentiam non adhibuit.Quam quæſtionem,ut dilucidiorem habeamus, præmittenda duo ſunt. Primū,an irregularitas hæc ex homicidio uoluntario ſit.Deinde,eſto non ſit ex homicidio uoluntario,ſed caſuali,an ſit diſpenſabilis,id eſt facilè in ea diſpenſetur.

1 Quoad primum igitur†breuiter concludendum eſt,irregularitatē hanc non eſſe ex homicidio uoluntario per ſe,ac propriè, & de induſtria,ac dolo,ſed caſu commiſſo.Nā primò,ſic dicitur,ac not.à DD.& à Glo.in c.ſicut dignū. §.fin.in uerb. Conſilium.de homic.& in c. preſbyterum,& in c.continebatur, & in c.ſuſcepimus,& in c.ad audientiam.cum multis ſeq.de homicid.in ipſis enim iuribus agitur de homicidio,ſeu de irregularitate,quę oritur ex homicidio,quod contingit,uel ob id, quod quis rei licitę operam dabat,ſed diligētiā nō adhibuit, quam debuit:uel rei illicitæ;& tamen homicidium illud de induſtria commiſſum non dicitur;ſed caſu,ſeu caſuale. Præterea S.Th.homicidium hoc appellat homicidium uolitū in cauſa,& non in ſe,in 2.2.q.64.art.8.in reſp. ergo non eſt homicidium uoluntarium, & de induſtria commiſſum,atq; ſic quoque ſenſit Coua.in Clem.unic.2.p.§.4.num.1.de homicid.

& ita concluſimus ſupra in initio huius cap. ex ſententia Trid. Synod. ſeſſ. 14. cap. 7. de refor. nec igitur irregularitas, quæ oritur ex hoc homicidio, dr̄ eſſe ex homicidio de induſtria cōmiſſo, & omnino, & per ſe uoluntario, ſed per accidens, & de hoc primo ſatis.

2 Quoad ſecundum † an irregularitas hęc orta ex hoc homicidio diſpenſabilis ſit, ideſt diſpē ſari in ea poſſit: breuiter concludendum eſt diſpenſabilem eam eſſe, ut habetur apud Trid. Synod. ead. ſeſſ. 14. de refor. c. 7. nam, poſteaq̄ Sancta Syno. prohibuit, ut homicida per induſtriam nullo unquam tempore ad ſacros ordines promoueatur, & ne ulla ei beneficia eccleſiaſtica conferantur, & idcirco ne cum hoc diſpenſetur, ſic ſubiūgit. Si uerò homicidium nō ex propoſito, ſed caſu, uel uim repellendo, ut quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſſum narretur; quam ob cauſam ad ſacrorum ordinum, & altaris miniſterium, & beneficia quæcunque, ac dignitates, iure quodāmodo diſpē ſatio debeatur: cōmittatur hoc ordinario, aut ex cauſa metropolitano, ſeu viciniori Epiſcopo, qui non niſi cauſa cognita, & probatis præcibus, ac narratis, nec aliter diſpenſare poſſit. Ecce hic homicidium, quod caſu cōmittitur, vel uim ui repellēdo diſpenſabile eſſe ibi dici, ſeruatis ibidem traditis. Cum irregulari ergo ob hoc homicidium diſpenſari poteſt, atque ſic ſenſit etiam Nauar. in Man. cap. 27. n. 239. uerſ. Secundò not.

Nec facit, ſi dicatur ibi non agi de homicidio culpa commiſſo, ſed de commiſſo caſu, uel uim repellēdo, ut quis ſe à morte defenderet; nam immo de homicidio culpa commiſſo ibi agitur. Id quod hac ſolidiſſima ratione probatur; nam aut ibi agitur de homicidio induſtria commiſſo, aut de homicidio commiſſo omnino caſu, aut de homicidio, quod contigit, ubi quis dabat operam rei illicitæ, uel licitæ, ſed diligentiam, quam debuit, nō adhibuit. Non de primò accipi poteſt; tum quòd de ipſo egit antea proximè; tum quòd uerba ei nō cōueniūt; tum quòd, ex quo ſpeciatim de ipſo actū eſt, ſequentia generalia ad ipſum non ſpectant. argum. c. ſecundò requiris. de appel. Non etiam accipi poteſt de homicidio commiſſo omnino caſu; nam per hoc quem irregularem non fieri antea probauimus; & quamuis de homicidio commiſſo caſu ibi agatur, intelligi tamen debet; ubi quis irregularis ex eo fit, quod contingit ſolum, ubi culpa, uel dolus interuenit, q̄ duo in homicidio hoc omnino deſiderantur; nam fruſtra de diſpenſatione ibi ageretur, ex quo ex eo homicidio irregularitas non naſcitur, in qua diſpenſetur; quamuis ergo de homicidio caſu commiſſo ibi agatur, de homicidio cōmiſſo caſu, culpa tamen aliqua noſtra interueniente accipiemus, ut uerba ad rei naturam accōmodentur, & ad ſubiectā materiā, quod fieri debet. l. plenum. §. equitii. ff. de uſu & habit. & l. ſi uno. ff. loc. & c. intelligentia. de uerb. ſig. Non etiam accipi pōt de homicidio commiſſo ab eo, qui aliter mortem euadere nō potuit, ubi moderationem inculpatæ tutelę nō eſt egreſſus; nā hic irregularis non efficitur ob Clem. un. de homic. Ex quo igitur in ullo caſu ex prædictis S. Syno. ibi agit; neceſſariò ibi agitur de homicidio culpa cōmiſſo, uel ſe defendendo abſque moderatione inculpatæ tutelæ, uel licitæ rei operam dando, ſed diligentia debita non adhibita; uel illicitę ualet enim argumētum ab ennumeratione partiū ut habetur in Inſt. de obli. quæ ex quaſi cōtrac. & de obli. quæ ex quaſi delict. cum homicida igitur hoc diſpenſari poteſt, atque ſic ſenſit Nauar. in cōſi. 36. de homic. li. 5. de homicida, qui homicidium cōmiſit ob ſuam defenſionem, ſed moderationem inculpatæ tutelæ exceſſit. Pro certo igitur habendum eſt diſpēſari cū hoc poſſe.

His pręmiſſis iam uideamus, quis in hac irregularitate diſpēſet. In prima quęſtione ſic di-
3 ſtinguendū eſt. † Aut homicidiū eſt manifeſtū; & in hoc caſu Epiſcopus diſpenſare nō pōt. Id quod probatur hac potiſſimum ratione, quoniam Epiſcopus cū hoc pōt diſpenſare, ubi diſpēſatio ei cōceſſa eſt à Papa, ut habetur apud Trid. Syno. eo. c. 7. ſeſſ. 14. Si uerò homicidiū, dr̄ enim ibi, nō ex ꝓpoſito, ſed caſu, uel uim repellendo, ut quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſſum narretur, quam ob cām ēt ad ſacrorū ordinū, & altaris miniſteriū, & bñficia quæcunque, ac dignitates iure quodammodo diſpēſatio debeatur, committatur loci ordinario, aut ex cā Metropolitano, ſeu uiciniori Epiſcopo, qui non niſi cā cognita, & probatis præcib. ac narratis, nec aliter diſpēſare poſſit. Hæc ibi. Si ergo, ut inde colligitur, quò in hoc homicidio Ep̄s diſpenſare poſſit, requiritur, ut illud ei committatur, & cā cognita, & probatis probandis tūc diſpēſet, nec aliter diſpēſare poſſit, ergo Ep̄s ſuo iure diſpēſare in hoc homicidio nequit, ſed reqritur, ut hoc ei cōmittatur: fruſtra. n. expectaretur, ut cā hęc ei cōmitteret, ſi per ſe id poſſet. Pro certo igitur habebimus Ep̄m cū hoc diſpēſare nō poſſe, ſed Romanus Pon. ut aſſeruit Coua. in Cle. uni. 2. p. §. 3. nu. 5. uer. Diſpenſat. de homic. & Maiol. de Irreg. li. 5. c. 48. §. 3. n. 18. Id quod locū habet ēt in minoribus ordinib. nā nec in ipſis diſpēſare Ep̄s poſſe uidetur ob dictionem illam etiam, quæ includit caſum minus dubium, & exprimit caſum magis dubium, ut inquit Iaſ. in l. ſi cui legetur. §. ſi titio. num. 11. ff. de leg. 1.

Item locum habet ēt in ſuſceptis ordinib. ob uerbū illud & altaris miniſteriū; nam ad altaris miniſteriū cū nemine diſpenſare quis pōt, niſi prius ordinem ſuſceperit, ergo & de ſuſceptis ordinibus ibi agitur.

Tertiò nec diſpenſare poteſt quoad beneficia eccleſiaſtica ſimplicia ſuſcipienda ob uerba illa. Et beneficia quęcūque, dictio enim illa Quęcunque, omne complectitur, ut habetur in c. ſolitę. de maior. & obed. Nec repugnat, quod

dixit

dixit Nauar.in Man.cap. 27.num.240.uerſic. Quartò not. nam eius dictum de iure antiquo accipiendum eſt, ob iura ab eo allegata,nō autem de iure nouiſſimo Trid.Synod.

Poſtremò nec diſpēſare poterit Epiſcopus quoad ſuſcepta beneficia;tum quòd Trid. Synod.generaliter loquitur;tum quòd & in antecedenti caſu ſic eſt conſtitutum, ergo idem & in conſequenti; una enim pars legis aliam declarat,& ſic reſpondetur ad Couar.in Clemen. unic.in 2.p.§. 3.num.5.cum ſeq. Excipitur tamen,ubi homicidium occultum eſſet, tunc.n. Epiſcopus in prędictis diſpenſare poterit,& in hoc caſu locum etiam ſibi uindicabit opinio Nauar.& Couar.

4 Aut† homicidium eſt occultum,& in hoc caſu Epiſcopus diſpenſare omnino poterit,ut habetur apud Trid.Synod.ſeſſ.24.de reform.ca. 6. Permittitur enim ibi epiſcopis in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto prouenientibus facultas diſpenſandi in foro conſcientię, excepta ea,quæ oritur ex homicidio uoluntario. Si igitur quoad diſpenſationem excipitur ea irregularitas, quæ oritur ex homicidio uolūtario,quod propriè eſt,ubi per induſtriam, & volens, & per ſe quis homicidium commiſſit, ut habetur eod.cap.7. hoc enim homicidium voluntarium ibi appellatur;ergo ſecus,ubi homicidium uoluntarium non eſt,cuiuſmodi eſt illud,quod quis culpa committit,nam caſuale potius dicitur,ut ſenſit Trid.Synod.eod. capi. 7.uerſic.Si uero homicidium, & ut antea probauimus. Poterit ergo ī hoc caſu Epiſcopus diſpenſare. Confirmatur opinio hæc;nam S.Synod.tradens facultatem diſpenſandi in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto prouenientibus,excipit eam, quæ oritur ex homicidio uoluntario;ergo ſecus quoad eam,quę oritur ex homicidio non uoluntario propriè; exceptio enim contrariam regulam eſſe ſignificat;atque ſic aſſeruit Maiol.eod.§.3.nume.18. uerſic.Huius irregularitatis, ibi,Hodie verò. Nec repugnat,ſi dicatur uetitum eſſe per Triden.Synod.ſeſſ.14.eod.capi.7.ne epiſcopi diſpenſent,niſi cauſa eis committatur; nam ibi agitur in foro exteriori;at in cap.6.ſeſſ.24.agitur in foro conſcientię. Secundò reſponderi poteſt ibi agi, ubi homicidium manifeſtum eſt;at hic,ubi eſt occultum. In hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſeo. Et de diſpenſatione irregularitatis ortę ab homicidio hactenus;ad alias irregularitatis ſpecies tranſeamus.

De Itregularitate deſcēdēte à vitio animi,reſpectu habito ad eos,qui ab hæreticis baptizati ſunt. Cap. XXXIV.

S V M M A.

1 *Hæreticus quid ſit.*
2 *Baptiſmus ab hęretico collatus an valeat.*
3 *Baptizatus ab hęreticis irregularis eſt,ſi baptizatus rationis vſum habeat.*
4 *Baptizatus ab hæretico,vbi periculum mortis adeſt,irregularis non fit,vbi alium non habet, qui eum baptizet.*
5 *Irregularis an ſit infans,qui ab hęreticis baptizatus eſt.*
6 *Diſpenſare quis poſſit cum irregulari ob baptiſmū ſuſceptum ab hęretico.*

QVARTA ſpecies irregularitatis,quæ à uitio animi deſcendit,ſcilicet ob peccatū, eſt ea, quæ contrahitur ob ſuſceptionem baptiſmi ab hęreticis: quam ſpeciem ut cognitā magis habeamus, pręmiſſis prius quid ſit hęreticus, & an baptiſmus ab hęretico collatus valeat, has quęſtiones contemplabimur. Primùm,an rationis uſum habens,ſi ab hæreticis baptizetur,irregularis fiat. Secundò,quid de infante. Poſtremò quis diſpenſare cum his poſſit.

1 Quoad primum igitur† Hæreticus eſt chriſtianus,qui elegit opinionem contra ea, quæ ſunt fidei Chriſtianę pertinaciter, ut tradidi in Tractatu Bullæ cœnæ Domini. 2. p.capit. 1. ubi abundè definitionem hanc explicaui.

2 Quoad ſecundum† baptizatus ab hæreticis ſecundum formam Eccleſiæ ſacramentum ſine dubitatione recipit;nam ſic habetur in c. ſiue hæreticus.de conſecr.diſt.4.& in cap.ſi qui apud illos hęreticos.cum ſeq.& in ca.oſtenditur,& in c.nullus autem negat.& in cap.non in uobis.cum duobus ſequent.ead.diſt.& in cap. ſecundum.diſt.19.ac nouiſſimè contrarium aſſerentes anathemate damnauit Trid. Synod. de ſacram.ſeſſ.7.can.4. Contra verò ſacramentum non confertur,ubi forma Eccleſiæ adhibita non eſt.argumen.cap.de Arrianis.de conſecra.d.4.quæſtio autem noſtra proponitur,ubi baptiſmi collatio ualuit.

3 His præmiſſis† quoad primam quęſtionem, an ſcilicet iregularis fiat, qui ab hæreticis baptiſmum ſuſcipit,ubi rationis uſum habet,breuiter concludendum eſt, irregularem hunc fieri,ut habetur in capitu.qui in qualibet. 1.quęſtio. 7.qui in qualibet ętate, dicitur enim ibi, alibi,quàm in Eccleſia catholica,aut baptizati,aut rebaptizati ſunt, ad Eccleſiaſticam militiam prorſus non permittantur accedere. Hæc ibi.Si ergo ii,qui extra Eccleſiam baptizati ſunt,prohiberi debent, ne ad eccleſiaſticam militiam accedāt,ideſt ad ordines (Qui enim ordinibus initiantur,milites Dei fiunt, quorum arma ſunt lachrymæ,& orationes) ergo irregulares ſunt;nam ipſa irregularitas hoc efficit,ut quem ab ordinibus excludat, ut ſæpe vidimus.Non eſt igitur, quod hac de re dubitemus.

4 Excipio tamen† ubi mortis periculum impenderet, & nullus catholicus adeſſet; tunc enim irregularis non fiet; nam Eccleſia id permittit, ut habetur apud Catech. Roman. capit. De miniſtris baptiſmi. uerſic. Extremus ordo illorum eſt. ergo nulla pœna, nec irregularitatis affici debet, qui eo tempore ab his hæreticis baptiſmum ſuſcipit. arg. le. Gracchus. C. de adult. & c. qui peccat. 23. q. 4. Et de quæſtione hac ſatis.

5 Secunda quæſtio eſt,† an irregularis fiat infans, & rationis uſu carens, qui ab hæretico baptiſmum habet, extra etiam neceſſitatis caſum (ubi enim neceſſitas adeſt, nec uſum rationis habentem irregularem fieri proximè concluſimus.) Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 12. etiam infantes ab hæreticis baptizatos irregulares eſſe ſenſit, & hanc opinionem ſenſiſſe etiam Gl. ait in cap. placuit. 1. q. 4. quæ quidem Glo. hoc non ſentit, immò contrarium, ex quo quatuor modis conatur reſpondere, ut uidebimus ad contrarium quoddam. Hæc igitur eius opinio amplexanda mihi non uidetur, ex quo nullo iure, nullaque ratione eam probat.

Quare contrariam opinionem ſequitur Gl. in eod. cap. placuit, & etiam Archid. ubi & Io. de Fantuc. idem ſentientem refert. Probatur autem per citat. capitu. placuit; nam ibi ſic dicitur. Placuit de infantibus, qui ab hæreticis baptizantur, neque ſuo hoc fecerunt iudicio, cùm ad Eccleſiam Dei ſalubri propoſito fuerint reuerſi, ne parentum illos error impediat, quò minus promoueantur ad ſacri altaris miniſterium. Hæc ibi. Si ergo infantes, qui ab hæreticis baptizati ſunt, impediri non debent ob errorem parentum, qui ab hæreticis eosq; baptizandos curarunt, quo minus promoueantur, ad ſacri altaris miniſterium, ubi ad Eccleſiam Dei reuerſi ſunt, ergo irregulares non fiunt; impedirētur enim eſto ad Eccleſiā reuerſi eſſent, ſi irregulares euaſiſſent, cùm irregularitas non per reuerſionem ad Eccleſiam tollatur, ſed diſpenſatione. Idem habetur in c. qui apud. ead. q. ubi paruuli, & ſic doli non capaces, qui apud Donatiſtas baptizati ſunt, impediri non debere ad ſuſcipiendum munus clericatus ob id ibi dicitur, ſi poſtquam ad ætatem rationis capacem peruenerūt, agnita ueritate, falſitatem hęreticorum abhorrentes per manus impoſitionem ab Eccleſia recepti ſunt. Ecce hic quoq. apertè prædictam opinionē probari; nō enim manus illa impoſitio diſpenſatio irregularitatis eſt. Poſtremò id probatur per capi. quæris. de conſecr. diſt. 4. ubi habetur parentes perfidos non nocere paruulis ſuis baptizatis ergo neque etiam in hoc caſu. Cùm igitur irregularitas non contrahatur, niſi ubi iure id cautum habeatur, iure rationis uſu carentes ab hæreticis baptizati, irregulares non erunt, ex quo id cautum non habemus. Facit poſtremò c. uentum. uerſi. Sed noſtræ. 1. qu. 7. ubi ab hæreticis baptizati à clericatu excluduntur, qui tunc baptizati ſunt, ut ibi dicitur, id eſt, qui rationis uſum habentes ſunt baptizati; non enim tunc ſi eſſent baptizati infantes, ad ordinem petendū uenirent. Non obſtat modò cap. qui in quacūque; nam, quòd legum correctio uitanda eſt, & iura iuribus ſunt concilianda. c. cum expediat. de elect. li. 6. & l. 1. C. de dot. promiſſ. interpretari debemus eum canonem locum habere, ubi rationis uſum habent, qui ab hæreticis baptizantur, ne correctionem iurium, quę proximè allegauimus, inducamus. Et quamuis nomen illud. Quacunque, omnem ętatem cōplectatur, ob correctionem tamen uitandam coarctabitur ad eos, qui in ea ætate ſunt, ut rationis vſum habeant, ex quo nulla diſpoſitio tam generalis eſt, quæ non recipiat interpretationē, & reſtrictionem ad habilia. argum. l. ut gradatim. ff. de mun. & honor. Irregulares igitur nō ſunt, qui rationis uſu carentes ab hæreticis baptizati ſunt.

Opinio tamen Maiol. locum habere poſſet, vbi manuum impoſitionem pro diſpenſatione acciperet, & idcirco ipſe dixit diſpenſationem, perquam facilè his concedi, quæ tamen re uera diſpenſatio non eſt, ex quo à quouis Epiſcopo fieri poteſt, & etiam ab inferiori. Itē locum habere poteſt, ubi rationis vſum adepti in errore hęreticorum uerſantur: id quod nobis ſignificatur in cit. ca. qui apud donatiſtas, ibi: Si poſtquam ad ætatem. In hac quęſtione igitur ſic concludendum cenſeo.

6 Quoad tertiam † quis diſpenſare cum irregulari hoc poſſit, breuiter concludendum eſt, Epiſcopum cum hoc diſpenſare non poſſe, & hoc per citat. capitu. qui in qualibet ætate; ibi enim prohibetur, ne ab his baptizati ad eccleſiaſticam militiam prorſus permittantur accedere. Si ergo prorſus prohibentur, ergo diſpenſatio prohibita eſt, & idcirco Epiſcopi diſpenſare nequeunt, cùm diſpenſare ipſi tantùm poſſint, ubi diſpenſatio ſimpliciter permiſſa eſt, uel expreſſe iis conceſſa, uel ſaltem non prohibita, ut tradidit Innocen. communiter recept. in cap. dilectus. de temp. ordin. Ad Romanum Pont. igitur diſpenſatio hæc pertinebit. Sed de irregularitate hac ſatis, ad irregularitatem eorum tranſeamus, qui aut rebaptizati, aut iterū confirmati, aut iterum ordinati ſunt.

De Irregularitate deſcendente à vitijs animi cum peccato, reſpectu habito ad eos, qui ſæpius aut baptiſmum, aut eumdem ordinem ſuſceperunt, vel adminiſtrarunt. Cap. XXXV.

SVMMA.

1 *Baptiſmus, confirmatio, ordo iterari nequeunt.*

2 *Baptiſmum iterum recipiens, cùm eſſet legitimè baptizatus, irregularis efficitur.*

Quinta

QVINTA ſpecies irregulari
tatis, quæ naſcitur à uitiis
animi cum peccato eſt ea,
quę oritur ob iterationem
ſacramentorum,quæ iterari
nequeunt;quam materiam,
vt abſolutā habeamus, has
quæſtiones contemplabimur. Primùm ſacra-
menta hæc quænam ſint,& quamobrem itera-
ri nequeant. Deinde,an ſæpius baptiſmum ſu-
ſcipientes irregulares ſint Tertiò, quid ſi igno
rantibus baptiſmus conferatur. Quartò,quid
ſi per uim,aut metum.Quintò,an in aliquibus
caſibus irregularitatem quis effugiat. Sextò,
quid de rebaptizantibus.Septimò,quid de rei
terantibus confirmationem. Octauo,quid de
reiterātibus ordinem.Nonò,in caſibus,ubi ir-
regularitas contrahitur,quis diſpenſare poſſit.
Prima quæſtio igitur hæc eſt,quænam ſacra
1 menta ſint,quæ iterari nequeunt.† In qua bre-
uiter concludimus tria eſſe ſacramenta,quę ite
rari nequeunt,baptiſmum,confirmationem,&
ordinem;ita enim DD.omnes aſſeruerūt, qui
ex fide rem hanc tractarunt. Idem declarauit
nouiſſimè,& anathemate muniuit Trid.Syno.
ſeſſ.7.de ſacram.canon. 9.& ſpeciatim de ba-
ptiſmo habetur in cap.2.de apoſtat. & in cap.
quod quidam.1.q.1.& in capi.miramur.§.his
auctoritatibus.24.q.1.& capi. manus impoſi-
tio.1.q.1.& cap.oſtenditur.de conſecr.d.4.&
in cap.1.& c.3.diſt.68.& tradidit S. Thom. in
3.p.q.66.art.9.ubi quatuor rationibus pulche
rimè ſententiam hanc Eccleſiæ confirmauit,
& Couar.in Clemen.unic.& Apoſtol. & alio-
rum DD.auctoritatibus.1.p.num.8.uerſic. Se
cunda conſtituitur.de homici.& Diaz.in Pra-
cti.Crim.canon.& Addit. ad eum cap.15.De
confirmatione uerò,& ordine habetur in cap.
dictam.de conſecr.di.5.& in cap.1.& c. fin.de
ſacram.non iteran.& in c.1.d.68.Idque meri-
tò, nam per hæc ſacramenta character animæ
imprimitur,qui deleri non poteſt, atque idcir
co ſine ſacramentorum iniuria iterari nequit,
ut aſſeruit S.Syno.ibid. Et de hac qōne ſatis.
Secunda quæſtio eſt,an,qui bis,ſępiuſve ba-
ptizatus eſt,irregularis ſit. Hęc quęſtio diſpu-
tari de eo poteſt qui ſciens, ac uolens permiſ-
ſit ſe iterum baptizari, cùm legitimè baptiza-
tus eſſet.Secundò de eo, qui inuitus baptiza-
tus iterū eſt.Tertiò de eo,qui ignorās baptiza-
tus eſt.ſingulos igitur hos caſus contēplemur.
2 Quoad primum igitur† pro certo habendū
eſt,eum,qui ſciens,ac uolens legitimè baptiza
tus;ſe iterum baptizari permiſsit, irregularem
eſſe;nam primò id habetur in cap.qui in quali
bet.1.q.7. Qui rebaptizati ſunt, dicitur enim
ibi,ad eccleſiaſticam militiam prorſus non p-
mittantur accedere.Hęc ibi.Si ergo omnīnò p
mitti non debent ad eccleſiaſticam militiam,
qui rebaptizati ſunt,ergo irregulares sunt; nil
aliud enim irregularitas efficit,quàm prohibe
re,ne quis ad eccleſiaſticam militiam admitta
tur,id eſt ad ordines. Secundò idem habetur
in c.confirmandum.d.50.Neque unquam per
mittendum,diciturque quoque ibi, ut rebaptizati
ad cleticatus gradum promoueātur. Facit quo
que c.fin.d.51.& c.qui bis.de conſecr.di.4.&
Gloſſ.id ait in cap.ſalubertimum.1.q.7.com-
munis denique DD. ſententia hæc eſt, ut ſen-
ſit Couar.in Clem.uni.1.p.num.8.uerſ.Secun
da conſtituitur, ibi: In ſpecie autem conſtitu-
tum eſt,& Syl.in uerb.Irregularitas.q.4. Non
eſt igitur hac de re dubitandum.Summa ratio
ne autem id factum eſt; nam iniuria baptiſ-
mo fit, quaſi primò collatus nequiuerit effe-
ctum ſuum pręſtare, unde videtur Chriſtum
iterum cruci affigere;iam igitur alterā aggre-
diamur:id quod in ſeq.præſtabimus.

SVMMA.

1 *Rebaptizatus ignoranter an irregularis ſit.*

§. I.

1 S. †Tertia quęſtio eſt,an irregularis ſit, qui
ignoranter rebaptizatus eſt,ut pote, quia
infans erat,uel dormiebat, uel rōnis vsū
non habebat.In qua quęſtione duę DD. ſentē
tię ſunt;quarum altera fuit hęc, ut hic irregula
ris non eſſet.Hanc opinionem amplexati ſunt
Scot.Hen.& Turrecremat.quos refert,ac ſequi
tur Couar.vti probabiliorem.in Clem. uni.1.
p.nu.8.uerſ.Secunda cōſtituitur,ibi.At dubiū
eſt,& Syl.in uerb.Irregularitas.q.4.uerſ. Si ve
rò ignoranter. Probatur autem horum ſenten-
tia hac potiſſimum ratione,quoniā culpa om-
nino carent,& ſi contingeret hoc dari,in manu
cuiuſque eſſet,inhabilem ad ordines quē red-
dere,quod abſurdum eſt.arg.c. ſicut tuis lite-
ris.de Simon.Hæc tamen ratio non probat;nā
irregularitatis natura hoc etiā patitur, ut & ſi-
ne culpa quis irregularis fiat,ut ſi membrū in-
iuria cuipiam abſcindatur. Secundò pro hac
ſententia citatur c.eos.iunct Gl.de conſecr. d.
4. ubi probatur eos irregulares eſſe, qui ſua
ſponte,aut metu conditionali,rebaptizati fue
runt,ergo,vbi ignorātia probabili,& iuſta fue-
rit rebaptizatus,irregularis non erit.Hęc ratio
non etiam valet,ex quo ſpeciatim contrarium
expreſſum habemus,ut uidebimus.
Quare contrariam opinionē, ut hic ēt igno-
rans irregularis fiat,ſi iterum baptizetur, am-
plexati ſunt Palu.Archi.Flor.Alber.Trot.& Ar
chid.quos refert Couar.in eod.uer. Probatur
autem hęc ſententia potiſſimum per c.qui bis.
de conſecr.d.4.ubi ſic dicitur;Qui bis ignoran
ter baptizati ſunt,non indigent pro eo pœni-
tere,niſi quod ſecundum canones ordinari nō
poſſunt,niſi aliqua magna neceſſitas cogat. Ec
ce hic apertè habetur rebaptizatos ēt ignoran
ter ordinari nō poſſe,ergo irregulares ſunt. Co
uar.duobus modis ad eum canonem reſpon-
dit. Primò eū canonē accipiendū eſſe de his,q
ignorātia culpabili,ſupina,& craſſa rebaptiza-

 ti ſunt;

ti ſunt;uel de iis,qui poſtea baptiſmum ratum habuerunt.Secundò reſpondet eum canonem eſſe Theodori,qui nec Romanus Pontif. erat, nec is,qui legis condendę auctoritatem haberet.Hę reſponſiones non mihi probantur.Nō prior,quoniam,ex quo de ignorantibus loquitur,de uerè,& propriè ignorantibus accipi debet;qui enim ſimpliciter loquitur,propriè loquitur,& in potiori ſignificatu.iuxta.l.quęritur.ff. de ſtat.homin.Id quod hinc patet,quod,ut ibi dicitur,non indigent pro eo pœnitere;at ſi culpabiles eſſent,pœnitentia egerent, ut per ſe patet.Non etiam altera reſponſio de ratihabitione;nam & hic peccaſſent, illicitum actum confirmando,unde indigerēt pro eo pœnitere, qđ negat canon ille.Non etiam poſterior reſponſio; ex quo enim liber ille Gratiani publicè in ſcholis legitur,receptus eſſe debet, ex quo & multa alia Sanctorum dicta ibi ſunt recepta, qui nec ipſi auctoritatem legis ferendæ habebant.Præſertim, quod iuribus aliis non repugnat.Quid igitur concludendum? Ego ab hac ſententia diſcedendum nō cenſeo; nam pœna hæc & ignorantibus inuſta eſt,quò Donatiſtarum,& Armenorum, & Anabatiſtarum hæreſes uitarentur,qui partim eos, qui in Eccleſia catholica baptizati erant, baptiſmum uerum non accepiſſe aſſeuerabant;partim pueros baptizatos iterum,cùm adoleuiſſent, baptizandos aſſerebant,ut refert Alphonſ. de Caſtr.lib. 3.aduerſus hæreſes in uerb.Baptiſmus. Nec repugnat.cap.placuit.1.q.4.ubi infantes ab hęreticis baptizatos irregulares non fieri habetur,& antea concluſimus,quamobrem Glo.dubitauit in cita.cap.qui bis, quandoquidem iteratio baptiſmi delictum grauius eſt,quàm baptizari ab hæreticis;nam baptiſmum ab hæreticis aliquando conferri poſſe permiſſum eſt, & collatum ſecundum formam Eccleſiæ ſemper ualere communiter concluditur; at iterari baptiſmum rectè collatum,nunquam eſt permiſſum,neque collatum unquam ualuit. Mirādum igitur non eſt,ſi hic, & non ibi irregularitas contrahitur;hinc odio delicti quis beneficio priuatur,ut habetur in ca. ſicut tuis literis. de Simon.eſto is,qui beneficium habuit, ſimoniam commiſſam ignoraret,ut ibi habetur. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſerem . Quare,qui rationis uſum non habet,ut quia furioſus,uel infans eſt,uel dormit,irregularis efficitur,ſi iterum baptizetur; etſi enim ſine culpa,non tamen ſine cauſa.

Verùm,quòd hæc ignorantia facti eſt, quid ſi ſciens ſe rebaptizandum curat, exiſtimans id iure licere,an irregularis hic fiet? Concludo breuiter & hunc irregularem fieri ; nam, ſi ignorantia facti non excuſat, ut proximè uidimus,multo minus excuſabit ignorantia iuris. l.regula eſt.ff.de iur.& fact.ignor.Poſtremò citat.ca.qui bis. ſimpliciter de ignorantia loquitur,& non diſtinguit,ergo nec nos diſtinguere debemus,argum.l.de prætio.ff. de publi. in rem act.In hoc igitur caſu ſic concludendum cenſeo,atque ſic dixit Borgas.De Irregular.p. 6.nume.36. De ſacram.non iteran.ſed iam ad aliam quæſtionem tranſeamus.

S V M M A.

1 *Rebaptizatus vi,ac metu an irregularis ſit.*

§. II.

1 §. †Quarta quæſtio eſt,an,qui per uim, metumve ſe iterum baptizari permittit,irregularis hic fiat.In qua quæſtione pro regula ponimus irregularem hunc fieri, ubi minis,metuve ipſi illato etiam mortis permittit ſe iterum baptizari.Nam primò id dixit Glo. in cap.eos.de conſecr.diſti.4.& ſequitur eam Couar.in Clem.unic.p. 1.num.8.uerſicu.Facię ad hæc opt.tex.de hom.& Syl.in uerb.Irregularitas.q.4.in fine,& Maiol.de irregular. capi. 14.num.3.libr.3.Poſtremò id probatur etiam ratione;nam,ſi irregularis efficitur is, qui omninò nullam ad id uoluntatem habet, ut ignorans,ſicut antea uidimus proximè,multo magis,qui aliquam habet,ut hic ; uoluntas enim coacta uoluntas eſt.l.ſi mulier.§. ſi metu coactus adii.ff.quod met.cauſ.Non eſt igitur qđ hac de re dubitemus.Immò & mortiferè peccat,ex quo contra diuinum præceptum uenit, quod ut tueretur,potius mortē oppetere, quā illud tranſgredi deberet.argum. c. ſi quis coactus.22.q.5.

Excipitur tamen,ut neque hic peccet, neque irregularis fiat,ubi abſolutè ad id cogeretur,ut pote conſtrictis manibus,ac pedibus ad aquas eum deferentes baptizant: In hoc enim caſu,ex quo nullam ad id uoluntatem habet, ſed ſimpliciter,& uiolenter fertur , irregularis non efficitur,ita dixit Gloſſ.in cita.cap.eos,& Syl.& Maiol.in allegat.locis,& Add. ad Diaz. in Pract.crim.canon.cap.15. etenim & qui baptizatus non eſt,ſi ſic uiolenter ad baptiſmum feratur,ſacramentum non recipit, ut habetur in c.maiores.§.item quæritur.uer.Ille verò.de bapt. atqui iam quintam quæſtionem aggrediamur.

S V M M A.

1 *Rebaptizantes an irregulares ſint.*

2 *Rebaptizantibus qui opem ferunt,an irregulares ſint.*

3 *Baptizatus domi legitimè,in Eccleſia debent ſuppleri reliqua,& non iterum baptiſmum conferri.*

4 *Baptizans eum,quem ſcit baptizatum eſſe legitimè,irregularis eſt, quamuis ſub conditione eum baptizet.*

5 *Baptiſmus an adminiſtratus ſit necne dubitās quid facere debeat,vel facti,vel iuris dubitatio ſit, & quid ſit dubitatio iuris,& facti.*

6 *Compatres an irregulares ſint,qui ſuſceperunt puerum baptizatum,ubi iterum baptizatur.*

7 *Rebapti-*

7 *Rebaptizantes ob ignorantiam iuris, an irregulares ſint.*

§. III.

1 Sexta quęſtio eſt, an rebaptizantes eum, quem ſciunt legitimè baptizatum eſſe, irregulares ſint. In qua quæſtione conclu-
2 dimus hos irregulares eſſe. † Nam primò id habetur in cap. 2. de apoſta. ubi, cum accolythus rebaptizanti operam tribuiſſet, irregularis efficitur, quaſi delictum publicum fuit; ſi ergo, q rebaptizanti operam tantùm tulit, irregularis fit, multo magis, qui rebaptizauit. Poſtremò id inquiunt DD. Couar. in Clemen. unic. p. 1. in initio. num. 8. uerſic. Secunda conſtituitur. ibi, In ſpecie autem. de homicid. & Syl. in ver. Irregularitas, & Maiol. de irregular. lib. 3. capi. 14. num. 3. uerſic. Eadem quoque. & Addit. ad Diaz. in Prac. crim. canon. in uerb. Ordinandi. cap. 15. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 246. & DD. alii communiter. Non eſt igitur hac de re dubitandum.

3 Quę regula locum habet † etiam ſi domi ab obſtetrice baptizatus legitimè quis ſit; nā miniſter debet alia ſupplere tantùm, ubi nouit legitimè baptiſmum collatum eſſe; non autem iterum illud conferre; eiuſdem enim uirtutis eſt baptiſmus domi collatus, cuius eſt is, q in Eccleſia confertur. Quare in hoc caſu parochus, ubi nouit quem ab obſtetrice baptizatum eſſe, non debet eum baptizare, antequam nouerit an ab ipſa legitimè fuerit baptizatus; tunc enim ſi legitimam formam, ac materiam adhibita eſſe animaduerterit, nulla ratione baptiſmum iterabit, ſed catechiſmum, & exorciſmum, necnon unctiones conſuetas adhibebit. Si uerò minus rectè baptiſmum adminiſtratū nouerit, ſimpliciter, ac purè eum conferat; non enim hic irregularis fiet, ut in priori caſu.

4 Secundò † locum habet propoſita regula, ut irregularis fiat, qui baptiſmum iterauit, ubi nouit eum legitimè collatum, etiam ſi ſub conditione baptizet, ita dixit Catec. Roman. in Tracta. de baptiſ. cap. de fructibus baptiſmi. in fine, quem refert, ac ſequitur Addi. ad Diaz. ibidem in litera C. ibi, ſed labitur, ubi & Sot. idē ſentientem refert, & communem opinionem hanc eſſe teſtatur Cordu. ab ipſo relatus contra Nauar. qui exiſtimauit, ubi ſimplicitate ductus quis id feciſſet, hunc irregularem non eſſe; nam ob culpam, quam committit, eam non euitat.

5 Verùm † quid ſi parochus dubitet, an legitimè ſit baptiſmus adminiſtratus, hinc quinta q. ſoluetur, ut uidebimus. Hæc dubitatio poteſt eſſe & iuris, & facti. Iuris, ut ſi dubitet an hac forma baptiſmus collat' ſit: Ego baptizo te in nomine Chriſti, quam formā nonnulli uolunt in initio naſcentis Eccleſię adhiberi conſueuiſſe, uel ſi eſſet hac adhibita forma: Ego baptizo te in nomine Sanctæ Trinitatis, uel genitoris, geniti, & procedentis ab vtroque; hæ ſunt enim dubitationes iuris; ſicut & hæc ſi baptizatus fuit loto tantùm digito, uel parte pedis. Facti uerò dubitatio eſt, ubi dubitatur non de forma, & huiuſmodi, ſed de facto, ut exēpli gratia expoſitus eſt puer, ſeu infans ad hoſpitale, uel inuentus in nemore, uel ad ualuas Eccleſiæ, & nullum ſignum adeſt, quod ſuadeat eum baptizatum eſſe; uel ſi adeſt, quia ſcriptura ibi reperitur, quę dicit eum baptizatum eſſe, nō tamen baptizantis nomen adeſt, unde ſciri poſſit, an baptizans nouerit baptizare: dubitationes igitur huiuſmodi ſunt facti dubitationes, ut colligitur ex l. 1. ff. de iur. & fact. ignor.

Quæcunque igitur dubitatio ſit, uel iuris, uel facti, tunc ſub conditione baptizari debet, ut habetur. in cap. 2. de baptiſ. De quibus, dicitur enim ibi, dubium eſt, an baptizati fuerint, baptizentur his uerbis præmiſſis, ſi baptizatus es non te rebaptizo, ſed ſi nondum baptizatus es, ego te rebaptizo in nomine Patris, & cęte. Ecce hic, ubi dubium eſt, an quis ſit baptizatus, ſub conditione baptizari debere: & quoniam non diſtinguit de quo dubio, ergo tam de dubio iuris, quàm de dubio facti eum canonem agere interpretabimur; atque ſic communiter id receptum ſenſit Abba. ibi. quicquid dixerit Innocen. qui exiſtimauit eum canonem loqui, ubi facti dubitatio eſt, cuius opinionem ueram non eſſe, præterquam quòd ratio, quæ eſt in dubio Facti, eſt etiam in dubio Iuris, uerbum illud ultimo prolatum, Rebaptizo, id nobis indicat, nam de eo ibi agitur, qui ſemel baptizatus erat; ſed an legitimè baptizatus eſſet, dubitabatur, & ideo dicitur, Sed ſi nōdum baptizatus es, ego te rebaptizo. Quod uerbū, ubi dubitabatur an de facto eſſet baptizatus, accōmodari non poteſt; ſi enim eum rebaptizabāt, ergo ab initio baptizatus erat; nam rebaptizare eſt iterū baptizare; dubitatio igitur potius fuit iuris, quàm facti. In duobus igitur his caſibus ſi baptiſmus conferatur, uel contingat ipſum iterari, nec ipſum conferens, nec ipſum recipiens irregulares fiunt, ob citat cap. 2. de baptiſ. & in hoc caſu locum habet opinio communis, ſcilicet baptizantem baptizatū ex ignorantia iuſta irregularem non fieri, ut teſtatur Couar. in Clemen. unic. p. 1. in initio. nume. 8. uerſ. Conueniunt. de hom. & ſic quinta quæſtio eſt ſoluta. aliàs autem ſic. Nam & in hoc caſu extra ſcilicet dubitationem iuris, & facti, & is, qui adminiſtranti baptiſmum opem fert, irregularis efficitur, ſi id publicum eſt, ſecus aūt ſi non publicum, ut dicitur in cap. 2. de apoſt.

6 Quare † ob eandem rationem, & compatres irregulares fiēt, ut qui in primis ad id operam ſuam præſtent, atque ſic dixit ead. Addit. ad Diaz. eod. cap. 15. in uerb. Ordinandi. uerſicu. Efficiuntur etiam ſimiliter irregulares. & Maiol. eod. cap. 14. num. 6. Immò & parentes baptizati, qui offerunt ſuos infantes, ut iterum baptizentur, irregularitatem non effugere ſentit, ut in cit. c. 2. de apoſtat.

Irregulares

Irregulares etiam fieri,quoſcunque rebaptizantes cenſeo (prædictis caſibus exceptis) et ſi non dolo malo,ſed inſcitia rebaptizant, uel ob alium finem per ſe bonum,ob cit.ca.2.nam ibi baptiſmus iteratus fuit,quò quis ægritudine liberaretur,ut ibi dicitur,& ſic nō dolo malo,ergo uel ignorantia,uel ſimplicitate, qui ſi id faciat,irregularitatem non effugiet ; unde hinc conuincitur non recte ſenſiſſe Nauar. in Man.cap.27.numero 246.uerſic.Secundò,qui exiſtimauit quoſdam irregulares factos non eſſe , qui eos rebaptizarunt ſub conditione, quos nouerant rectè baptizatos eſſe, nam & in cit.cap.2.ex ſimplicitate etiam baptizarunt,& tamen non excuſantur.

Ex his iam apparet tam baptizantes,quàm baptizati quando irregulares fiant,non fiātve, quæ duo explicanda nobis propoſueramus.

7 Verùm quid † ſi quis exiſtimet poſſe quem ſæpius baptizare, & idcirco baptizatum iterū baptizet,an irregularis hic fiet? Hæc eſt enim ignorātia iuris.In hac quæſtione pro certo habeo hunc irregularem fieri,ubi eſt is,ad quem hoc ſcire pertinet;non enim excuſatur.§.imperitia in Inſtit.ad leg.Aquil. Id quod locum habet uel id iure diuino prohibitum ignoret,uel irregularitatis pœnam impoſitam eſſe:iam ad alteram quæſtionem tranſeamus.

S V M M A.

1 *Confirmationis ſacramentum iterans an irregularis fiat.*

§. IV.

1 S † Septima quæſtio eſt, an iterans confirmationem irregularis efficiatur.In qua queſtione tres ſunt DD.ſententię,quarū prima eſt hunc irregularem effici, hanc ſenſit Gloſſ.in cap.dictum.de conſecr.di.5.eandem ſequuntur Archid.& Ricard.& Albert. Trot. & Ioan.Maior.relati à Couar.in Clem.unic.1. p.numer.8.uerſic.Sed & illud quæritur. de homicid.& Addit.ad Diaz.in Pract.crim.Cano. cap.15.in uerb.Ordinandi.uerſi. Quæſtionis etiam eſt,& Maiol.de irregular.lib.3.capi.15. qui opinionem hanc inter Canoniſtas cōmuniorem eſſe teſtatur, & eam quoque ſequitur Archiep.Flor.de irregular.capit.incip. Iterata ſuſceptio ſacramenti,& Ioan.Tabien.in uerb. Diſpenſatio.q.13.uerſic.14.nam ibi ait diſpēſationem cum irregulari, qui permiſſit ſe bis baptizari,uel chriſmari,ad Romanum Pont.pertinere, & ſic pro certo habet per iterationem huius ſacramenti irregularem quem fieri.Probatur autem horum ſententia hac potiſſimum ratione,quod pari iure baptiſmus, confirmatio,& ordo quoad iterationem cenſentur,nullum enim ipſorum iterari poteſt,ut habetur in cap.quod quidam.1.q.1.& in capi.dictum. de conſecra.d.5.ergo & quoad pœnam irregularitatis paria eſſe debent, & idcirco ſicut iterans baptiſmum,& ordinem irregulares ſunt, ita & confirmationem ſæpius conferendo,uel ſuſcipiendo.Ad hanc rōnem cōiter reſpōdetur, etſi pdicta ſacramēta paria ſint quoad prohibitionē iterationes,non tñ ob id paria cenſenda eſſe quo ad irregularitatem;tum quod,ut irregularitas contrahatur,neceſſariò requiritur,ut iure id expreſſum habeatur,ca.is,qui.de ſenten. excom. lib.6.at ſpeciatim expreſſum non eſt, ut iterās confirmationem irregularis ſit,ergo per iterationem eius irregularitatem contrahi dici nō debet.Tum quòd etſi per iterationem baptiſmi irregularitas contrahitur,non idcirco tamē conſequitur, ut per iterationem confirmationis irregularitas contrahatur;nam, quòd hæreſes plures in baptiſmo ob eius iterationem ortæ erant,non autem in confirmatione, ob eam rem mirandum non eſt,ſi irregularitas per baptiſmum,& non per confirmationem contrahatur,ita reſpondit Coua.ibid.Maiol. qui hāc opinionem tuetur,reſpondebat ad hæc,immò & ſacramenta hæc quoad irregularitatem expreſſe paria facta eſſe, per cit.ca.dictum.iunct. Gloſ.nam, quòd ibi dicitur decretum eſſe bis, uel ter,uel amplius baptizatos, aut confirmatos,non ſeculo,ſed ſoli Deo ſub habitu regulari,uel clericali religioſiſſimè famulari.Gloſſ.inquit ibi,non idcirco tamen futuros eſſe clericos:ſed in pœnam ſub clauſura eſſe deberent. Hæc reſponſio tolli poſſe uidetur;nam, ubi irregularitas imponitur, ſemper à clericali officio quis repellitur;at in eo cap.dictum contrarium iubetur,ſcilicet ut Deo famulētur in habitu clericali,alienum igitur hoc eſſe uidetur à natura irregularitatis , & re uera canon ille facilè induci poteſt ad irregularitatem hanc probandam.

Quare cōtrariam opinionem ut irregularis hic non fiat,amplexatus eſt Scot.in 4.ſent. di. 7.q.5.eandem ſequuntur Palud..ibi, & Turre Crem.& Alphonſ.à Caſtr.quos refert,ac ſequitur Couar.eod.uerſic.& Addit.ad Diaz. eodē uerſi.qui hanc opinionem ſibi ſummè placere ait, & ab hac tāquam à communi, ſi caſus ei occurreret,ſe nō auſurum recedere profitetur: hanc etiam communem,& iuri ſcripto aptiorē teſtatur Nauar.in Man.cap.27.num.267. Probatur autem hæc ſententia primò, quia nullo iure id expreſſe cautum eſt,ergo irregularitatē contrahi in hoc caſu dici non debet;nam nulla irregularitas contrahitur niſi ſpeciatim id iure cautum habeamus,ob cita.cap.is,qui.de ſent. excomm. Confirmatur hęc ratio,quoniam in pœnis ſumus,ergo ſtrictior interpretatio faciēda eſt.c.odia,& c.in pęnis.de reg.iur.libr.6.& l.interpretatione.ff.de pœnis.

Nauar.in Man.eo.num. has opiniones inter ſe ſic conciliabat;nam dicebat de iure ſcripto communem opinionem Scot. ueram eſſe; de conſuetudine uerò contrariam opinionem ſeruari,& idcirco tenendam eſſe,arg.c.cùm dilectus,& c.fin.de conſuet.

Quid

Quid igitur concludendum?ego ab opinione Scot. diſcedendum non cenſeo cùm ob rationes pro ipſa allatas,tum ob hanc,quòd irregularitas eſt pœna, quę ipſo iure infertur; at nulla pœna,quę ipſo iure infertur, illata præſumitur, niſi expreſſe id habeatur, ut tradidit Gloſſ.communiter recept.in capi.pen. de iur. patron.ergo,ex quo in caſu noſtro pœnam hăc illatam non habemus, neque nos eam illatam dicemus; quod enim lex non dicit, neque nos dicere debemus. Et uelle contrariam opinionem probare per cit.cap.dictum, non eſt id interpraetari,ſed potius diuinare, & ſpeciē unius pœnę alteram facere.

Et quamuis Naua.conſuetudine contrariū ſeruari ſentiat,quod tamen conſuetudo eſt qd facti,& facta non præſumantur,niſi probentur, ob eam rem non diſcederem à proxima ſententia,niſi conſuetudo mihi probaretur. Non igitur irregularis ſacramentum confirmationis iterans efficitur. Et de quęſtione hac ſatis.

S V M M A.

1 *Ordinem eundem eidem ſępius conferens an irregularis fiat.*

2 *Iteratio conſecrationis Eccleſiæ,vel altaris extra caſus licitos,an irregularem quem reddat. Item. Iteratio conſecrationis calicis,extremę unctionis in eodem infirmitatis ſtatu,& conſecrationis eucharistiæ, et Monialium,Regum,Imperatorum, ueſtium pertinentium ad diuina officia,benedictionis candelarum, frugum, nauis,domus,campanę, & huiuſmodi.*

§. V.

1 §. †Octaua quæſtio eſt,an iterans ordinem, ideſt eundem ordinem eidem conferēs, uel ſuſcipiens irregulares efficiantur. In qua quęſtione breuiter concludimus hos irregulares fieri;nam ſic inquiunt Arch.Flor.de irregular. cap.incip.Iterata ſuſceptio ſacramenti,& Nauar.in Man.cap.27.num.267.& Tabi. in uerb.Irregularitas.4.num.6.& Maiol. de irregular.lib.3.ca.15.num.9. ubi & in omnibus ordinibus opinionem hanc ueram eſſe sentit. Probatur autem hæc ſententia in cap. ſaluberrimum.in fine.1.q.7.nam ibi Permittitur hæreticis ordinatis reuerſis ad fidem miniſtrare in ordine.quem habebant, niſi iterata unctione fuerint maculati,ideſt niſi fuerint reordinati:ſi ergo miniſtrare ipſis permittitur in ordine,quem habebant, ſi tamen iterata unctione non fuerint maculati,ideſt reordinati(in ordinibus enim aliquibus unctiones fiunt)ergo ſecus ſi iterum fuerint ordinati, nam tunc non poterunt miniſtrare, & idcirco irregulares erunt,atque ſic ſenſit Gloſſ.ibi in uerb. Maculati.Quare,ſi ſacerdos,ſi diaconus, ſi ſubdiaconus,& aliis minoribus ordinibus initiati iterū eiſdem ordinibus ſe initiari permittent, irregulares erunt tam ipſi,quàm conferentes ipſos ordines; nam de ordinibus ſacris habetur in citat.capitu.ſaluberrimum. de minor. hoc dixit Maiol.ibidem.

Irregularitatem tamen effugiunt ordinem eundem ſæpiùs eidem conferentes, ſi probabili ignorantia id faciant,ut pote quia ordinandus ſe intruſit,exiſtimās ſe uocatum eſſe. Quare, qui diaconatum ſuſcepturum uocatum ſe exiſtimans ad eum ordinem ſuſcipiēdum,ſub diaconatum iterum recipit,irregularis, modò ſua culpa id non contingat, nec ipſe erit. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo.

2 Verùm quid† ſi iterentur conſecrationes eccleſię,altaris,extra caſus permiſſos,uel calicis, extremę unctionis in eodem ægritudinis ſtatu,eucharistiæ,monialium,regum, uel Imperatorum,ueſtium pertinentium ad diuina officia,benedictionis cādelarum,frugum, nauis, domus, cāpanę, & huiuſmodi an irregularitas contrahatur.Maiol.in eod.c.15.ſenſit iterantes prædictas conſecrationes,benedictioneſve irregulares omnes fieri.Et hoc ob hanc unam rationem,quoniam ſicut baptiſmus, & ordo, ita & hæc iterari nequeunt, quaſi uelit argumentari,ſicut qui baptiſmum,& ordinem iterant,irregulares fiunt, ita & qui prædicta iterāt.Hæc ratio mihi nullo modo probatur. Primùm,quia nullo iure id expreſſum habetur irregulares eos eſſe,qui benedictiones, cōſecrationeſve prædictas iterant,ergo nec nos id dicere debemus,ob ca.is qui.de ſenten. excom. lib.6.Poſtremò,quoniam ſumus in pœna, quę ipſo iure infertur, at in eam quis non incidit, niſi ubi id expreſſum eſt,ut tradidit Gloſſ.cōmuniter recept.in cap.pen.de iur.patron.& facit Gloſſ.communiter etiam recept. in Clem. unic.de conſang.& affinit. ubi pœna impoſita conſanguinibus,& affinibus, qui inter ſe matrimonio iunguntur in caſibus prohibitis, locum non habet in aliis impedimentis matrimonii,ut ait Gloſſ. ibi, quoniam expreſſa non ſunt;ergo idem in caſu noſtro dicendum eſt, vt,quamuis iure cautum ſit,ut irregulares fiāt, qui baptiſmum,ordinemve iterant,non tamē tales ſint,qui alia ſacramenta,ſacramentaliave iterant,& hoc ob id,quod iure expreſſum non habemus.Quicquid igitur dixerit Maiol.ab eius ſententia diſcedendum ſentio. Peccabunt tamen prædicta facientes,& puniri poterūt, & in hoc caſu eius ſententia locum habere poterit;atqui de his hactenus, ad aliam quæſtionē tranſeamus.

S V M M A.

1 *Diſpenſare quis poſſit cùm irregulari ob iterationem baptiſmi,atque ordinis.*

§.†Poſtrema

§. VI.

1 †Poſtrema quęſtio eſt, quis diſpẽſare poſſit cum irregulari ob iterationem baptiſmi, uel ordinis. In qua quęſtione breuiter cõcludimus quoad irregularitatem ob baptiſmi reiterationem Romanum Pont. tantùm diſpenſare poſſe. argum. cap. 2. de apoſtat. atque ſic inquiunt Ioan. Tabien. in uerb. Diſpenſatio. quæſt. 13. uerſicu. 14. & Addit. ad Diaz. in Pract. crim. canon. cap. 15. in uerb. Ordinandi, ibi: Iſtorum autem omnium diſpenſatio, & Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 14. in fine. & communis DD. ſententia hæc eſt. Quare & cum rebaptizato, & cum rebaptizante, & cum alijs omnibus, qui ob rebaptizationem irregulares facti ſunt, ſolus ipſe Summus Pont. diſpenſabit.

Idem etiam tantùm, & cum irregulari ob iterationem ordinis diſpenſare poteſt, ut dixit Maiol. eod. lib. cap. 15. num. 9. uerſic. Solus verò Papa, id quod nec ipſe facit, niſi ex magna cauſa.

Excipio tamen, ubi delictum eſſet, id eſt, vbi ignoratur iterationem factam eſſe: etſi enim adminiſtratio publica eſt, quod tamẽ eius malitia non eſt publica, ob eam rem diſpenſare cum his Epiſcopus poterit, ut habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 24. de reform. capi. 6. hinc cũ excommunicato celebrante Epiſcopum diſpenſare poſſe dixit Nauar. in Man. cap. 27. nume. 141. ubi celebratio publica eſt, ſed nõ eius malitia, qui & in ſacra pœnitentiaria, ita definitum eſſe teſtatur. Sed de hac irregularitate hactenus, ad alias tranſeamus.

De Irregularitate deſcendente à vitijs animi cum peccato, reſpectu habito ad hæreticos, ſchiſmaticos, & apoſtatas. Cap. XXXVI.

SVMMA.

1 *Hæretici irregulares ſunt, etiam*
2 *Si reſcipuerint, etiam*
3 *Si eam abiurauerint, &*
4 *Si metu hęreſim publicè fateantur, quamuis animo contrarium teneant.*
5 *Hæreſis nomine accuſatus, non tamen conuictus irregularis non eſt.*
6 *Hęreticus mentalis irregularis non eſt.*

SExta ſpecies irregularitatis deſcendentis ex uitio animi etiam cum peccato eſt ea, quæ naſcitur ab hæreſi, ſchiſmate, & apoſtaſia, de quibus ſingulis agendum eſt, & prius de hæreticis; de quibus hæc contemplabimur. Primùm, an hæretici irregulares ſint. Deinde, an eorum filii. Poſtremo, an eorum fautores. Item quis cum ipſis diſpenſare poſſit, ubi irregulares ſunt.

1 Prima quæſtio igitur hæc eſt, †an hęretici irregulares ſint. In qua quęſtione concludimus irregulares ipſos eſſe. Nam primò id habetur in cap. ſi quis præsbyteri. 1. q. 7. ubi qui ab hæreſi redeunt, ordinationis, & honoris antea habiti uſum non recuperant, ut ibi habetur. Facit quoque cap. ſaluberrimum. ead. quæſt. ubi redeuntibus ab hæreſi adempta omnis ſpes promotionis eſt, ut ibi dicitur. Si ergo, ubi ab hæreſi diſcedunt, in ſuſceptis ordinibus non permittuntur adminiſtrare, niſi per diſpenſationem, ad ſuſcipiendos uerò non admittuntur, ergo multo magis, qui in hæreſi perſeuerãt. argum. auth. multo magis. C. de ſacroſanct. eccl. Poſtremò ita DD. inquiunt. Nauar. in Man. capit. 27. num. 205. & Syl. in uerb. Irregularitas. q. 24. & Maiol. de Irregular. libr. 5. cap. 46. numero 1.

2 Hęc autem irregularitas† afficit hæreticos, etiam ſi deinceps reſcipuerint, ut habetur in iuribus antea allegatis.

3 Item afficit†uel abiurauerint hęreſim, id eſt eſto reſcipuerint ab hæreſi cum iuramento de non redeundo ad eam, in quam fatentur ſe incidiſſe; hęc eſt enim propriè abiuratio hęreſis, ut tradidit Nauar. in conſ. 19. de hæret. libr. 5. Qui ergo hæreſim etiam abiurauit, hic tamen irregularis eſt, & indiget diſpenſatione, ut ſenſit Nauar. in eod. conſ. & in conſ. 16. eod. lib. & not. Maiol. de irregular. eod. cap. num. 2.

4 Tertiò afficit†etiam ſi metu hæreſim publicè fateantur, eſto animo catholici ſint; nam irregulares & hi ſunt, diſpenſationeque egent, ut aſſeruit Nauar. in conſ. 9. de hęret. uiden.

5 Excipitur tamẽ†is, qui de hęreſi inquiſitus, non tamen conuictus eſt de ea, ubi & ſe iureiurando purgauit, negando ſe in eam incidiſſe, & deteſtando illam, & promittendo ſe nunquam in eam incidere. iux. capi. accuſatus. de hæret. li. 6. hic enim liber ad ordines admittitur, quãdoquidem non eſt de hęreſi conuictus, & idcirco nec irregularis. Id quod locum habet, eſto de uehementi ſe purgauerit, atque ſic ſenſit Nauar. in conſ. 16. & in conſ. 17. & in conſ. 19. de hæret. libr. 5. qui & ita obſeruatum fuiſſe in quodam Prelato inquit in eod. conſ. 16. qui cũ de uehementi abiuraſſet, poſtera die ſine diſpẽſatione celebrauit cum approbatione Papę, & totius Romanæ curię. Idque merito mea ſententia; nullo enim iure cautum eſt, ut talis hic irregularis ſit, ergo nec nos dicere debemus. c. is, qui. de ſent. excom. lib. 6.

6 Secundò excipio ego, †ubi hęreticus hic mẽtalis hæreticus tantùm eſſet, nam, ut probaui in Tractatu de Cenſuris, & in Tract. De Bulla cœnæ Domini. in nullam fori exterioris pœnam hæreticus hic incidit, qui nullo exteriori ſigno ſuam hæreſim prodidit, ergo neque etiã irregularitate obligabitur. Sed de hęreticis hactenus,

ſtenus,de eorum filiis iam agamus.

S V M M A.

1 *Filij,ac nepotes hæreticorum an irregulares ſint.*
etiam
2 *Si ipſi hęretici non ſint.etiam*
3 *Si illegitimi filij ſint.*
4 *Filij hæretici patris,qui hæreſim reliquit,irregulares non ſunt.*
5 *Filij hæreticorum,qui hęreſim abiurarunt, irregulares non ſunt,quamuis parentes relapſi ſint,modò tamen reſcipuerint.*
6 *Filij hæreticorum ante hęreſim nati irregulares non ſunt.*
7 *Filij illegitimi hęreticorum an ſint irregulares.*

§. I.

1 §. †Filii quoque hæreticorum,necnon nepotes,& ſic in primo,& ſecundo gradu p paternam lineam deſcendentes, per maternam uerò in primo gradu tantum, irregulares etiam ſunt,ut habetur in cap. quicunque §.hæretici. iunct.cap.ſtatutum. 2.de hęret.lib. 6.ibi enim prohibetur, ne ad ullum beneficiũ eccleſiaſticum,ſeu publicum officium admittantur,ſi ergo ad beneficia,& officia eccleſiaſtica admitti non debẽt,ergo irregulares ſunt, hoc enim efficit irregularitas, ut ſcilicet quis remoueatur & ab officio, & beneficio eccleſiaſtico,atque ſic dixit Nauar.in Man.cap.27.nume.205.uerſ.Tertiò.

2 Hoc autem locum habet,† eſto ipſi filii,ac nepotes hęretici non ſint,ut dixit Gloſſ.in cit. §.hæretici.in uerb.filii in fine: alioquin ſi & ipſi hæretici eſſent,ex ſuo proprio delicto punirentur.

3 Item† locum hoc habet,etiam ſi filii illegitimi eſſent;& hoc ob hanc rationem,ne plus habeat luxuria,quàm caſtitas, ita dixit Gloſſ.in cit.c.ſtatutum.in uerb.Volumus,& ſequuntur ibi Gemin.& Anchara.in omnibus igitur his caſibus irregulares ſunt.

4 Excipitur tamen primò,† ubi pater hæreſim reliquit,& ad Eccleſiam reuerſus eſt; huius enim filii irregulares non ſunt,ut declarauit Romanus Pont.in eod.capit.ſtatutum. ſic enim ibi inquit. Hoc ſanè de filiis,& nepotib. hæreticorum credentium,& aliorum huiuſmodi,qui tales eſſe,uel tales etiam deceſſiſſe probantur,intelligendum eſſe uidetur;non autem illorum,quos emendatos eſſe conſtiterit,& reincorporatos Eccleſię unitati,& pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe,quam ipſi,uel iam perfecerunt,uel ꝓſecutioni eius inſiſtunt,uel parati fuerint ad recipiendam eandem.Hæc ibi:ex quibus manifeſtò conſtat,ubi parentes hęretici ab hęreſi reſipiſcunt,uel in mortis articulo conſtituti (nõ enim Eccleſia unquam ſinum claudit pœnitẽti;ut dicitur in cap.ſuper eo.de hæret.libr. 6.) & parati ſunt,quantum in ipſis eſt,pœnitentiã agere,eorum filios irregulares non eſſe.

5 Verùm quid† ſi iterum in hæreſim labatur, & deinceps reſcipiſcant, qui, & ſi Eccleſia eos recipit,morte tamen afficiuntur,iux.cit.ca.ſuper eo.an filii irregulares erunt? Et in hoc caſu irregularitatem ipſos effugere ſentio. Primùm,quoniam eorum filii ſunt,qui ad Eccleſiam redierunt, & ab ipſa recepti ſunt,ut in facto proponitur,ex quo reſcipuerunt,ergo irregulares non ſunt,ob cita.cap.ſtatutum.in fine, quod eorum parentũ filios irregulares tantũ declarat,qui ab hæreſi non diſceſſerunt, nec ad Eccleſiam redierunt,atque ſic dixit Gemi. in eod.cap.ſtatutum.in fine. Poſtremò hanc opinionem ego etiam ſequor uti ueriſſimam, & ęquiſſimam;nam ſumus in pœnis,quæ aliena culpa inferuntur,ergo benignior interpretatio facienda eſt,ut horum filii irregulares nõ ſint.c.in pœnis.de regu.iur.lib.6.& l.interpretatione.ff.de pœn.

Contrariam nihilominus opinionem ſequũtur Ancharan.& Philipp.Franc.& Ioan. And. in nouell.& hoc ob hanc rationem, quoniam corpora ſuorum parentum ſepulturæ non dantur.Hęc ratio mea ſententia nulla eſt; tùm qđ cit.capitu.ſtatutum.non requirit,ut ſepulturæ prædicti patres tradantur,ſed ut reſipiſcant,& ad Eccleſiam redeant;id quod in hoc caſu fit; tum quòd & ſanctorum corpora complura cõbuſta ſunt.Eſto igitur ſepulturæ traditi nõ ſint, nihil intereſt. A priori ſententia igitur diſcedendum non cenſeo.

6 Secundò excipitur,† ubi horum parentum filii ante hæreſim patris nati eſſent,ipſique chriſtiani Catholici eſſent; nam pœnam hanc nec hi patientur,ut conſuluit Calderin.conſ.31.de hæret.quem refert,ac ſequitur Philip. Fran.& Gemin.in eod.§.hæretici. & Nauar.in conſil. 23.de hæret.lib.5. Probatur autem id primò hac ratione,quoniam ualet argumentum à crimine læſę maieſtatis ad crimen hęreſeos,auth. Gazaros.C.de hęret.& cap.uergentis extra.eodem.at filii committentium crimen læſæ maieſtatis non incidunt in pęnas impoſitas contra filios proditorum,& rebellium,ubi ante proditionem commiſſam nati ſunt,ut inquiũt Cyn. & Petr.de Bell.pert.in l.quiſquis.C.ad le. iul. maieſt.ergo neque horum filii propoſitam pęnam patientur,ubi ante paternam hæreſim nati ſunt.Etenim nec filii eius orti in libertate, q ingratitudine in ſeruitutem iterum redigitur, libertate priuantur,ſed,qui deinceps naſcũtur, ut dicitur in l.2.C.de libert.& eorum liber. Et ſenatoris filius,qui natus eſt, antequam pater è ſenatu motus ſit, ſenatoris filius nominatur,non autem,qui poſt amotionem naſcitur. l.emancipatum.ff.de ſenat.ergo idem in caſu noſtro.Poſtremò ſumus in pœnis,& iis, quas ob alienam culpam quis patitur,ergo ſtrictior interpretatio facienda eſt.Et quamuis cit. ca. ſtatutum ſimpliciter loquatur,tamen, ex quo diuerſa ratio in natis antea, & in natis poſtea

eſt ; hi

eſt,hi enim ex infecta radice,non autem illi nati ſunt,ob eam rem diuerſum ius ſtatui debet. Concludo igitur prędictos filios irregulares non eſſe.

7 Poſtremò † excipiunt DD. in eod.cap.ſtatutum,& §.heretici non comprehēdi eos filios, qui ex illegitima,& damnata copula nati ſunt, ita ut patrem certum monſtrare nequeāt. Horum opinio locum habere poteſt, ubi pro certo hęreticorum filii non habentur:at ſi id manifeſtò conſtet,& hos ratione hac quoque irregulares eſſe concludo;nam, ſi irregulares ſunt filii aliàs illegitimi ob hanc rationem,ne plus habeat luxuria,quam caſtitas,ut dixit Gloſſ.in cita.ca.ſtatutum,& ſupra id probauimus, multo magis,qui ex copula omnino damnata nati ſunt,irregulares eſſe debent. In hôc igitur ſic concludendum cenſeo.

Addo ex linea paterna natos poſt ſecūdum gradum, ex linea uerò materna poſt primum pœnam hanc etiam non pati,ut habetur in cit. §.heretici.Sed iam de fautoribus hęreticorum agamus.

SVMMA.

1 *Fautores hæreticorum, credentes, receptatoreſve eorundem, & eorum filij irregulares ſunt.*

§. II.

1 §† Fautores hęreticorum quoque,credentes,receptatores,defenſores eorumdem, ipſorumque filii irregulares etiam ſunt; nam eiſdem pœnis afficiuntur,quibus hæretici,eorumque filii,ut habetur in capi. quicunque.§.hæretici.iunct.capi.ſtatutum.2. de hæret.lib.6. Non eſt igitur quod de his quicquā addamus. Qui autem hæreticorum fautores ſint;necnon credentes;receptatores,eorundēque defenſores,declaraui id abundè in 2.part. Bullæ Cœnæ Domini.cap.1.Sed de hęreticis hactenus;iam de ſchiſmaticis agamus:quis.n. diſpenſare poſſit cum hæreticis, infra docebimus.

SVMMA.

1 *Schiſma quid ſit.*
2 *Schiſma unde dicatur.*
3 *Eccleſia unum corpus eſt.*
4 *Eccleſia militans quę ſit.*
5 *Eccleſię caput in terris eſt Romanus Pont.*
6 *Schiſma quotuplex ſit.*
7 *Schiſma an irregularem quem reddat.*

§. III.

§ Hæreticos irregulares eſſe uidimus,modò an ſchiſmatici irregulares ſint, uideamus;id quod ut dilucidius fiat, tria pręmittenda ſunt. Primùm quid ſit Schiſma: deinde unde dicatur:tertiò quotuplex ſit.

1 Quoad primum igitur †. Schiſma nil aliud eſt,quàm ſeparatio ab unitate Eccleſiæ uniuerſalis: qua Chriſtianus uel ſubtrahit ſe ab obedientia Capitis Eccleſię,ſcilicet Romani Pontif.quatenus Eccleſię caput eſt, uel à communione membrorum Eccleſiæ,nolens eſſe eiuſdem Eccleſiæ membrum.Hæc deſcriptio colligitur ex dictis S.Thom.& Caietan.2.2.qu. 39. art.1.& ex dictis eiuſdem Caieta. in Summa, in uerb.Schiſma,& Tabien.& Syl.eod.& Iaco. de Graſſ.lib.4.deciſ.caſ.conſc. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini.num.39.cum ſeq.

2 Dixi autem Separatio,† quoniam uerbum hoc Schiſma græcum nomen eſt, quod latinè ſciſſionem,ſeu ſciſſurā ſignificat,& ob id ſeparationem,& diuiſionem ab aliquo,ut habetur in cap.ſchiſma.24.q.1.& ut dixit Gloſſ.in cap. quia.de elect.& Caietan.in Sum.eodē.& Mar. Socin.Sen.in Rubr.de ſchiſ. Quoniam igitur per ſchiſma ſeparatur quis ab unitate Eccleſiæ uniuerſalis,ob eam rem diximus ſeparatio. Et hinc apparet, unde ſchiſma dicatur.

3 Dixi ſecundo Ab vnitate Eccleſię,† quoniā Eccleſia unum corpus eſt,cuius caput in cœlis Chriſtus Dominus eſt, in terra eius Vicarius Romanus Pont.membra uerò ſunt Chriſtiani omnes;qui ergo ſeparat ſe ab hoc corpore, uel à membris,uel à capite,ab unitate Eccleſiæ ſeparatur,& ſchiſmaticus dicitur.

Dixi uerò Vniuerſalis Eccleſię,quoniā ſchiſma,de quo agimus,ſeparat à communione Ec-

4 cleſię uniuerſalis militantis, † quæ eſt congregatio omnium chriſtianorum fidelium uiuentium,ut id ſenſit Caietan.2.2.q.39.art.1.uerſic.Ad euidentiam horum.& in Sum. in uerb. Schiſma.ibi, Primò,ſi quis ex intentione nō ſe habeat,ut pars uniuerſalis Eccleſię.& Syl.eod. paulo poſt principium.ibi,Et tertiò in ſpecie. Quare,qui remouet ſe ab obedientia ſui Epiſcopi,non propriè Schiſmaticus hic eſt,de quo agimus,quoniam non ſeparat ſe ab uniuerſalis Eccleſię capite,atque ſic dixit Abba.in Rubr. de Schiſ.& Mar.Socin.Sen.num.3.eodem.qui etiam ſeparat ſe ab aliqua congregatione hominum tātùm,neque hic ſchiſmaticus eſt,quoniam non ſeparat ſe ab vniuerſalis Eccleſię vnione.

Dixi quartò Chriſtianus; nā,cùm per ſchiſma ſeparetur quis ab vnitate Eccleſiæ uniuerſalis,qui in Eccleſiam ipſam receptus non eſt, quod fit baptiſmi ſuſceptione,unde & Chriſtiani nomen tunc conſequitur, ab eius Eccleſiæ unitate ſeparari non poteſt; ubi enim habitus non eſt,ibi priuatio eſſe non poteſt.argum.le. decem.ff.de uerb.oblig.

5 Dixi quintò † qua ſubtrahit ſe uel ab obedientia capitis Eccleſiæ,ſcilicet Romani Pont.quatenus Eccleſię caput eſt, uel à communione membrorum eiuſdem,nolens eſſe eiuſdem Eccleſiæ membrum:nam, cùm Eccleſia hęc uniuerſalis militans unum corpus myſticum ſit, cuius caput in cœlis Chriſtus Dominus eſt, in terra eius Vicarius Romanus Pont. membra

verò

verò reliq chriſtiani;unitas Eccleſiæ huius duplex eſt. Altera,quæ conſiſtit in connexione mẽbrorum eius adinuicẽ, quãobrẽ fideles habent ſe,ut mẽbra & partes eius Eccleſię;& q̃ faciunt,ut credere,ſperare,diligere,ſanctificare, & alia hmõi,ut mẽbra, & partes huius corporis ſe facere credunt.Quare fit,ut Indi Chriſtiani,qui in tã longinquis regionib.ſunt,eodẽ animo prædiri ſint,& ſe quoque habeant,ut membra huius Eccleſiæ;& quæ operantur,eodẽ animo operentur.Altera uero unitas eſt,quæ cõſiſtit in ordine omnium mẽbrorũ eiuſdẽ Eccleſię ad unum caput,quod,ut dixi, in cœlo Chriſtus Dominus eſt, in terris eius Vicarius Romanus Pont.mouentur.n.Chriſti fideles à Spiritu Sancto,nõ ſolũ ad credẽdum, & ad aliqua, uerũ ẽt & ad obediendum uni, & eidem Capiti huius Eccleſię tanq̃ tali,qui eſt Sũmus Pon. Hæc igitur eſt altera unitas, cui⁹ beneficio oẽs Chriſtiani obediunt uni capiti, atque ſic tradidit S.Th.2.2.q.39.ar.1.in reſp.ibi,Eccleſiã aũt unitas,& Caiet.ibid.in uerſ. Ad euidentiã.idẽ Caiet.in Sum.in uer.Schiſma.& Mar.Soc.Sen. in Rubr.de Schiſ.n.5.uerſ.Quæ unitas.Qui ergo ſeparant ſe aut à capite, aut à mẽbris huius
6 Eccleſię,hi propriè ſchiſmatici ſunt.† Ex quib. patet ſchiſmatis ſpecies duas eſſe;quarum altera eius eſt,qui ſubtrahit ſe ab obedientia Romani Pont.quatenus Eccleſiæ caput eſt:altera uerò eius, qui ab unitate membrorum eiuſdem ſeiungitur.

Dixi poſtremò quatenus Eccleſiæ caput eſt: quoniã ſi quis ſubtraheret ſe ab obediẽtia Romani Pon.ob inimicitias,quas ſecũ gerit,ob aliudve cõmodum,& non quatenus Eccleſię caput eſt,ſchiſmaticus hic propriè nõ dr̃.Hoc igitur Schiſma eſt. Ex quo patet ẽt quid ſit ſchiſmaticus;nã propriè is Chriſtianus dr̃,qui ſubtrahit ſe aut ab obedientia Romani Pont.quatenus Eccleſiæ caput eſt;aut ab unitate,& cõione mẽbrorũ eiuſdẽ Eccleſię,quatenus Eccleſię mẽbra ſunt:idque iure merito,nam,ut quis ſit mẽbrũ Eccleſiæ catholicæ, duo poſtulantur neceſſariò,& ut habeat ſe,ut pars illius in credendo,ſperãdo,&c. & ut ſubſit Romano Pont. ut capiti Eccleſiæ catholicæ, quoties igitur quis ſubtrahit ſe aut à cõione hmõi mẽbrorũ, aut à ſubiectione capitis, ſchiſmaticus eſt,ut dixit Caiet.2.2.q.39.art.1.uerſ.In eod.art. aduerte.
7 His pręmiſſis,†quod ad rem nr̃am pertinet, ſchiſmaticus irregularis eſt;nã ſic inquit Spec. de Irreg.§.iuxta.uer.14.quẽ refert,ac ſequitur Maiol.de irreg.li.5.c.46.nu.4.Et probari ur̃ in c.fi.de ſchiſ.ubi ordinatus à ſchiſmatico, ab officio repellitur,niſi ſecum diſpẽſatum ſit, ergo ſchiſmaticus ordinis uſum non hẽt,ex quo ordines conferre nequit;ſi.n.id poſſet,diſpẽſatio ne ab eo ordinatus non egeret.Facit quoq.ca. 1.eo.& c.didicimus.& c.ſchiſm.24.q.1. Atqui de his hactenus:iã de apoſtatis agamus.

SVMMA.

1 *Apoſtaſia quid ſit,& ob id quid ſint Apoſtatę.*
2 *Apoſtaſia quotuplex ſit.*
3 *Apoſtaſia omnis an reddat quem irregularem.*
4 *Religioſus apoſtata eſt irregularis.*
5 *Religioſus profeſſus extra clauſtra exiens ad audiẽdam phyſicam,uel leges,irregularis ſit, niſi intra duos menſes redeat.*
6 *Clericus ſecularis dimittens habitum an irregularis ſit.*
7 *Obedire nolens ſuperiori an irregularis ſit.*

§. IV.

De apoſtatis demum agendum eſt, an irregulares ſint:id quod,ut dilucidius fiat, tria & hic uidebimus. Primùm quid ſit Apoſtaſia,& ob id quid ſint apoſtatæ; deinde quot eius ſpecies:poſtremò,an per omnẽ ſpeciem eius irregularis quis fiat.
1 Quoad primum igitur † Apoſtaſia nil aliud eſt,quã defectio facta ab eo, q Chriſtianus eſt, ita ſenſit S.Th.2.2.q.11.art.1.& 2.in reſp.

Dixi aũt Defectio,quoniã Apoſtata deficit à Deo,& ut uulgo dr̃.Si rebella: quare ob id S. Th.inquit eam eſſe retroceſſionem à Deo. Dixi à Deo,quoniã,quæ fit ab homine, apoſtaſia nõ dr̃,ſed ſimpliciter rebellio,ſeu defectio. Dixi Ab eo,qui Chriſtianus eſt, quoniam,qui ad Deum nũquam acceſſit baptiſmi ſuſceptione, ab eo apoſtatare,id eſt deficere,& retrocedere nequaquam põt;ubi.n.non eſt habitus,ibi priuatio non datur.arg.l.decem.& ibi communiter not.ff.de uerb.obli.Quare infideles, q Chriſti fidem baptiſmo non ſuſceperunt, de apoſtaſiæ crimine non puniuntur,ut dixit S.Th.q.ea. art.2.Ex his iam conſtat quiſnam apoſtata ſit; nam eſt Chriſtianus,qui à Deo receſſit.
2 Quoad ſecundum†triplex apoſtaſia eſt; nã, ex quo apoſtaſia eſt diſceſſio quædam à Deo, ut diximus,ſicut tribus modis cum Deo coniungimur,primò per fidem,deinde per debitã & ſubiectam voluntatem ad obediendum pręceptis eius:tertiò per præcipua quædam ad ſuperetrogationem pertinẽtia,per religionis ſcilicet ꝓfeſſionem, ſacriuè ordinis ſuſceptionẽ, ita & tribus modis ab eo ſeiungimur. Nam,q Chriſti Domini fidem relinquit,hic apoſtata à fide dicitur:qui autẽ diſcedit à religione, quã profeſſus eſt,uel ab ordine, quem ſuſcepit, ut laicus eundo,ac ſe gerendo,apoſtata à religione,uel ab ordine dicitur,ut habetur in c.1.& in c.3.& in c.à nobis,& in c.fin. de apoſtat. Qui demũ diuinis mandatis obedire non uult, hic apoſtata à diuinis mandatis dicitur, ita tradidit S.Thom.ead.q.art.1.in reſp. & Gloſſ. in c. 1.in uerb.Apoſtaſia.de apoſtat.& Inn.& Abb. & Mar.Soci.Sen.num.3. & Paul. Ghirland. de hæret.q.2.num.8.& Borgas.p.6. de Irregular. in tit.de Apoſtat.& Maiol.de Irregular.capit. 34.libr.5.
3 Quoad tertium†an omnis apoſtaſia irregularẽ reddat;quoad primã eius ſpẽm, ubi.ſ.à fi-

de quis recedit, breuiter cōcludendū eſt ipſam irregularē quē reddere; nā, qui apoſtaſia hac infectus eſt, eſt hæreticus; immò hæretico peior; ut q nō in una pluribuſve à fide diſceſſerit, ſed oīno ab ipſa ſe abdicauerit, at hæreticus irreg. eſt; ergo & hic, atq. ſic dixit Io. Tabi. in uerb. Irregularitas. 4. n. 8. & Syl. eo. q. 5. & Maio. de irreg. li. 5. c. 34. & ſenſit Abb. in c. 1. n. 5. de apoſtat. Immò uel per uim, metūve quis cogatur, ut ita dicā, apoſtatare, utpote ut idolis incēſum offerat, & ſi metus ſit, qui inconſtantem uirum cadat, & animo etiam Chriſti fidem retineat, irregularis nihilominus fit. arg. c. pſbyteros. d. 50. & ut tradidit Maiol. eod. cap. num. 2.

4 Quoad ſecundā itidē ſpēm † ubi in aliqua religione iā quis profeſſus ab ea diſcedit, & in habitu ſeculari īcedit, irregularis ēt hic efficitur, ut habetur in c. fi. de apoſta. ubi monacus, qui ſacrū ordinē in apoſtaſia recepit, abſq; diſpenſatione Romani Pont. in eo ordine miniſtrare non poteſt, eſto ſuo Abbati reconciliatus ſit, & pœnitētiam acceperit, ergo irregularis eſt; idē habetur in c. fi. d. 50. ibi. n. iubetur, ne ad clericatus officium admittantur, ergo irregularis eſt, atq; ſic ait Abb. ibi, ubi nec ad minores ordines hunc promoueri poſſe aſſerit.

5 Item † monacus, ſeu religioſus profeſſus, qui extra clauſtrū exiit, ad phyſicam, legeſve audiēdas, & intra duos mēſes nō rediit, pmoueri nō pōt, niſi per ſedē apoſtolicam cum eo diſpenſetur. c. 3. & ca. fi. ne cler. uel monac. & ita inquit Syl. in uerb. Irregularitas. q. 22. & Ange. eod. 1. q. 21. nu. 56. & Spec. de Irreg. n. 13. propè finē.

6 Verùm quid † de clericis, qui habitū, & tōſurā, & clericalē diſciplinam deponunt, an & ipſi irregulares ſunt? Maiol. in eo. c. n. 4. inquit, ubi in ſacris ſunt, irregulares eos eſſe; & hoc, quia apoſtatæ ſunt, ut ſenſit Gl. in c. pe. in uerb. Apoſtatæ. ead. d. 50. Idē inquit ſi clericus prima tōſura, aut minoribus ordinib. initiatus beneficium eccleſiaſticū poſſideat; nā & hunc apoſtatā eſſe, & idcirco irregularē ait. Hæc opinio mihi non probatur; tū quod ipſe nulla ratione ualida id probat; tum quod nullo iure id cautū eſt, ergo non dicendū. c. is, qui. de ſen. exc. li. 6. Nec repugnat, quod ipſe ait prędictos apoſtatas eſſe; nam nō cōſequitur ob id neceſſario irregularem quem eſſe. Immò, ex quo id cautū ſolū habemus in apoſtatis à fide, & à religione; ſecus in aliis apoſtatis; incluſio. n. unius alterius excluſio eſt. l. cùm prętor. ff. de iud. & c. non ne. de pręſum. Alioquin omnes, qui Dei pceptis non obediūt, & ſic omnes peccatores irregulares eſſent, ex quo & hi apoſtatæ dicūtur, ut ſenſit S. Thom. antea cit. diſcedendum igitur eſt à Maiol. opinione.

7 Quoad tertiā ſpēm apoſtaſiæ † ubi quis pceptis ſuperiorum obedire nō uult, nec Eccleſiæ, ſi id facit; quoniā exiſtimat ſuperiores auctoritatem ad id nō habere, nec Eccleſiā ei pręcipere poſſe, in hoc caſu, quia hęreticus eſt, ut aſſeruit Abb. in c. 1. nu. 3. de apoſtat. irregularis hic erit; omnis. n. hęreticus irregularis eſt, ut antea uidimus. Si uerò id facit per contēptū, uel laſciuiā, etſi puniri poteſt, irregularis tamen non efficitur; & hoc ob hanc rōnem, quòd expreſsè id cautū non eſt, niſi in quibuſdā caſibus, & irregularis nemo dicendus eſt, niſi ubi iure id expreſſum eſt; alioquin, ut proximè dixi, omnes peccatores irregulares eſſent. In hac quęſtione igitur ſic concludendum cenſeo, reſtat ut uideamus, quis in hac irregularitate diſpenſare poſſit: id quod in ſeq. uidebimus.

SVMMA.

1 *Diſpenſare quis poſſit cum hæreticis, ſchiſmaticis, & apoſtatis.*

2 *Papa diſpenſat cum hęretico quoad ordines ſuſcipiendos, & ſuſceptos in hęreſi, & in omnibus.*

3 *Epiſcopus an diſpenſet cum hęretico occulto.*

4 *Papa ſolùm diſpēſat cum apoſtatis à religione, ubi ordines in ea apoſtaſia ſuſceperunt.*

§. V.

1 § † Quādo hęretici, ſchiſmatici, & apoſtatę irregulares ſint, uidimus; iam, qui cū ipſis diſpenſare poſſit, uideamus. Maiol. de Irregu. li. 5. c. 46. n. 5. olim uel à concilio, uel à Papa diſpenſationē hanc emanare debere ſenſit. Et hoc ob c. de eo. q. 50. qui tamen canō nō de diſpenſatione, ſed de abſolutione ab excōmunicatione agit, & de iure antiquo illud fuiſſe ait Gloſſ. ibi.

Gl. uerò in c. præsbyteros. in uerb. Penes. d. 50. ob eum canonem Epiſcopū diſpenſare poſſe cū hæretico, & ſchiſmatico inqt. Apud Trid. Synod. uerò permittitur Epiſcopis diſpenſare in omnibus, irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus duabus exceptis, ſcilicet ea, quæ oritur ex delicto occulto, ſecundò ea, quæ oritur ex delictis deductis ad forum cōtētioſū.

Quid igitur concludēdū? Pręmitto prius qōnem hanc diſputari, ubi hęreticus ab hæreſi diſceſſit, & ab Eccleſia iterū receptus, eique cōciliatus eſt, de qua reconciliatione agitur in cit. c. de eo; nā anteq ab ea diſcedat, Eccleſięq. reconcilietur, non eſt agendum de diſpenſatione, ex quo in hoc caſu nec Romanus Pō. diſpēſaret cum hæretico in hæreſi perſeuerante.

2 Hoc pmiſſo † Pro certo primū pono quoad ordines ſuſcipiendos, ideſt vt hæreticus ad ordines admittatur, uel ſchiſmaticus, Romanū Pō. diſpenſare tantū poſſe; nā hiſce oīs ſpes promotionis adimitur, ut dr ī c. oīs cuiuslibet. 1. q. 1. Si ergo omnis ſpes ipſis adēpta eſt, ne ad ordines promoueātur, ergo phibitū eſt epis, ne cū his diſpēſent, ex quo facilè diſpēſationē cōſeq poſſent ab ipſis, atq. ſic dixit Quin. Mādo. de ſign. gr. in Tit. Abſolutio ab hęreſi. uer. Vltra abſolutionē. ubi quatuor modis cū ipſo diſpēſari ait, ſemiplenè, ſ. ad minores ordines; plenè ad ſacerdotium; plenius ad Epiſcopatū; pleniſſimè ad omnes dignitates. A Romano Pon. igitur diſpenſatio hęc tantum cōcedi poteſt, quo caſu oīs ſpes adēpta ipſis uī, cū ea, quæ pendēt à Principis uoluntate, raroq. concedantur, pro

impoſſibilibus

impoſſibilibus habeantur,ut DD. cōcludunt.

Quoad ordines aūt ſuſceptos in hæreſi, idē ſentio,ut Romanus Pont. tantùm diſpenſare cum his poſſit.

Quoad ordines aūt ſuſceptos ante hæreſim, uel ſchiſma,ut in ipſis adminiſtrare poſſint,de iure antiquo,ideſt per cit.c.omnis,& per c.pręsbyteros.d.50.Epiſcopis id permiſſum erat;nā & hoc no.Gl.in eo.c.præsbyteros.& Archidia. in c.ſaluberrrimū.1.q.7. De iure nouiſſimo autem Trid.Syno. poteſtas hæc ipſis ſublata eſt. primò,ubi delictū occultū non eſt, & ſic hęreſis non eſt occulta, deinde, ubi ad forū contentioſum deducta eſt; ſic.n.habetur apud ipſam ſeſſ.24.de refor.ca.6.nā permittitur ibi epis in irregularitatib.omnib.diſpēſare ex delicto occulto prouenietibus, excepta ea,quæ oritur ex homicidio uoluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum. In his igitur caſibus pro certo habebimus Romanum Pont. tātùm diſpenſare poſſe,& in hoc opinio Maio. uera erit.

3 Verùm † quid de irregularitate orta ex hæreſi occulta,& non deducta ad forum cōtētiosū, an in hoc caſu diſpēſare Epiſcopus poterit? Maio.eo.inquit ſe non elicere ex illo capite,quòd Epiſcopus diſpenſare poſſit,et habilitare ad ordines,& dignitates,quia uerba Cōcilii ad conſcientię forum illud Epiſcopis cōcedūt.Secundò,quoniam à Sancto officio ſæpius pronūciatum eſt,ēt poſt Concilium. Triden.non licere ulli ordinario abſoluere hæreticos in foro conſcientiæ.Hæ rōnes tolli facilè poſſunt. Prior, quoniā S.Synod. ubi tractat de diſpenſatione irregularitatis,nullam mētionem facit fori cōſcientiæ,ut cuique illam legenti conſtare facilè pōt; nam irregularitas non pertinet ad forū conſciētiæ,ſed ad forum exterius. Poſterior ēt facilè tollitur:nam uera eſt,ubi de abſolutione à peccato hæreſis agitur;hanc.n. ſanctum officium prohibuit,& de hac loquitur Greg.XIII. ab eo cit.Ex quo igitur diuerſa hæc ſunt,ab altera ad alteram argumentum ſumere nō poſſumus.Hinc facultate conceſſa abſoluēdi à cēſuris,& à peccatis,non tamen facultas diſpenſandi cum irregulari tributa exiſtimatur,ut uſus declarat.

Quare ego ſentio,ſaluo ſemper Sacroſanctę Romanæ Eccl.iudicio,in hoc caſu ordinarios diſpenſare poſſe.Primò,quoniam licet Epiſcopis diſpēſare in omnib.irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, ergo ēt & in hac irregularitate; q.n.omne dicit nihil excludit. arg.l.Iulianus.ff.de le.3.& c.ſi Romanorū. di. 19.& ex his apparet,quod negabat Maiol.elici ex Trid.Synod.Epiſcopum in hac irregularitate diſpenſare poſſe. Poſtremò excipit ſolū irregularitatem ortam ex delicto non occulto, & ad forum contentioſum deductam,& nō excipit ortam ex hęreſi,ergo neque nos excipere debemus.l.de prætio.ff.de publ.in rem act.ſed regulæ inhęrere,quæ ubi locum habeat,exceptio ipſa declarat.DD.in Rubr.de reg.iur.Nec repugnat,ſi dicatur, ex quo per S. Officiū non permittitur eius abſolutio, ergo nec diſpenſatio,quod maius eſt.c.cùm illorum.de ſent.excom.nam,ex quo à S.Synod.id eis utrunque pmiſſum eſt,& in abſolutione tantùm prohibitum,in reliquo à S.Synod.non diſcedamus,ſaluo ſemper,ut ſupra.

Quæ diximus autem de hęreticis,eadē ſentimus & de ſchiſmaticis,& apoſtatis à fide, quādoquidem hæretici hi ſunt.

4 Quoad apoſtatas uerò † à religione diſpenſare Romanus Pont.tantùm poteſt, ubi ordinē ſacrū in apoſtaſia receperunt;hūc.n.caſum ſibi Romanus Pont.reſeruauit in c.fin.de apoſtat. & not.Archid.in cit.c.ſaluberrimū.1.q.7.Qua re ſecus erit in apoſtaſia,ſi ordinem nō recepit, uel minores tantùm recepit; ex quo enim ſibi tantum reſeruauit Summus Pont. diſpenſationem, ubi ordo ſacro ſuſceptus eſt in apoſtaſia, ergo in aliis facultatem permiſiſſe ſuis ordinariis uidetur. Sed de hac irregularitate hactenus;ad alias tranſeamus.

De Irregularitate deſcendente à vitijs animi cum peccato,reſpectu habitò ad eos,qui functiones ordinis eius ex officio, & ſolemniter exercent, quem non habent. Cap. XXXVII.

S V M M A.

1 *Ordinis functiones eius exercens,quem quis nō habet,an irregularis efficiatur.*

2 *Sacerdos benedictionem Epiſcopalem tribuens irgularis eſt.Item.*

3 *Si altare conſecret,& alias functiones Epiſcopales obeat.*

4 *Diaconus benedictionem tribuens,vt ſacerdos,irregularis eſt.*

5 *Laicus abſoluēs à peccatis, q̄ audiuit irregularis ē.*

6 *Laicus confeſſionis pœnitentiam tāquam ſacerdos audiens irregularis fit.*

7 *Hebdomadarij munus exercens, ſi ſacerdos non eſt, irregularis fit.*

8 *Ordinis functiones exercēs,quē nō hēt,quē tamē habere probabiliter ſe exiſtimat,irregularis nō fit.*

9 *Romani Pont.auctoritate,ordinis,quem nō habet, functiones exercens,irregularis non fit.*

10 *Ordinis,quem quis non hēt,functiones exercēs, ut irregularis fiat,requiritur,ut eas obeat tamquam ei ordini initiatus,& qua ratione diiudicetur.*

11 *Cantores laici,qui miſſę partes aliquas cantant, irregulares non fiunt.*

12 *Ordinis,quem quis non habet, functiones exercens non ſeriò, irregularis non fit.*

13 *Furioſus ordinis alicuius,quem non habet,functiones exercens,irregularis non fit.*

14 *Diſpenſare quis poſſit cum irregulari ob id,quòd ordinum functiones exercuit,quos non habebat.*

SEPTIMA ſpecies irregularitatis deſcendētis ex uitio animi cum peccato eſt ea, q̄ oritur ob id, quod quis functiones ordinis eius exercet, quem non habet. Hæc igitur quæſtio in præſenti contemplāda nobis eſt. Videbatur igitur dicē-
1 dum † irregularem eum non fieri, qui functiones eius ordinis exercet, quem nō hēt. Primū, quia quoad ordines minores uidemus quotidie functiones eorum eos exercere, qui ipſis ordinibus initiati nō ſunt, & tamen eos Eccleſia pro irregularib. nō habet, ut conſuetudo id declarat. Id quod & inquit S. Th. li. 4. di. 24. nā ait officia quatuor ordinum minorum exerceri licitè poſſe à non ordinatis, & ſequuntur eū Syl. in uerb. Irregularitas. q. 12. & Tabi. eo. 4. nu. 3. uerſ. Secundò. & Maiol. de Irregul. li. 4. c. 13. n. 6. Et quamuis Trid. Synod. ſeſſ. 23. de refor. ca. 17. decreuerit, ut horum ordinū functiones exerceantur ab iis, qui illis ordinib. initiati ſunt, non tamen ſi contrafiat, ullam pœnam inuſit irregularitatis; ergo neq; nos inurere poſſumus. arg. c. is, qui. de ſent. exc. li. 6. Secundò, quòd irregularis quis non fiat exercendo functiones ordinum, quos quis nō hēt, etiam ſi ordines ſacri ſint, ſuadere multa alia uidentur. Primùm, quia uidemus laicos ēt neceſſitate urgente baptizare. Itē canere Epiſtolā cū ſuppeliceo, dū miſſæ ſacrum fit. Tertiò cantores laicos, dum miſſa cantu celebratur, plures partes miſſę cantu canere, ut introitum, Kyrie eleiſon; Symbolum apoſtolorum, Gloria in excelſis; Tractum & ēt aliquando Euāgelium, vt in die paſſionis; tunc. n. pars Euangelii ab ipſis cantoribus cani ſolet, quæ functiones omnes partim diaconi, partim ſacerdotis ſunt, ergo exercēdo functiones ordinis, quem quis non hēt, irregularis effici non uř; non enim permitterentur, ſi irregulares fierent. Tertiò ſuadere uidentur hæc irregularem hunc non fieri, quoniam fieri poteſt, ut quis exerceat ordinis functiones, quem nō habet, quem tñ probabiliter habere ſe arbitratur, vt pote, quia fuit ordinatus ab eo, qui ordinis conferēdi poteſtatem nō habebat, & id publicè ignorabatur. Item pōt eſſe furioſus, dum quis has functiones exercet. Tertiò per iocum eas exercere. Quartò, ut ſe in illis functionibus exerceat, ea muneta obite, exēpli gratia qs uult ſacerdotio initiari, & antequā ad eū ordinē ſuſcipiēdū accedat, ſe exercet in priuato loco in miſſa celebrāda, quò ſciat eā deinceps celebrare. Poſtremò cōtingere pōt, ut laico functionē aliquā alicuius ordinis exercendā Romanus Pon. mādet; in quib. caſib. omnib. nemo dicet quempiā prędictorū irregularem fieri; nā, ubi à Romano Pont. id cuipiā mandatur, eximere eū ab irregularitate cēſetur; ut id probauimus in ſimili, in Tracta. de ſimonia. c. 3. §. 7. in Tab. 1. De exercēte ſe nō eſt ēt, quod quis dubitet hunc irregularem nō fieri, id. n. quotidie fit, & obſeruatur; immò mandatur. De eo aūt, qui ꝑ iocū id facit, modò ne cōtēptus gratia id faciat, quo caſu ut de hæreſi ſuſpect⁹ eſſet, ſed ſolū animi gratia, ut qñque pueri faciūt, eſto peccaret, nō tñ irregularis fieret. Quoad furioſos uerò, & ignorantes ſe nō eſſe ordinatos, hi etiā irregularitatis pœnam effugiunt per Cle. uni. de homicid. & c. Apoſtolicæ. de cler. exc. min. Ex his omnibus igitur uidebatur dicendū eū, qui exercet functiones ordinis, quem non habet, irregularem non fieri.

Atqui cōtrariā opinionē, ut. ſ. irregularis ſit, qui functiones ordinis exercet, quē nō hēt, ſuadent primo c. 1. & c. 2. de cle. nō ord. min. nam in c. 1. dř. Si quis baptizauit, aut aliquod diuinū officiū exercuerit nō ordinatus, ꝑꝑ temeritatem abiiciatur de Eccleſia, & nunq̄ ordinet̃. Ecce hic apertè ꝓcipitur, ne unq̄ ordinetur is, qui nō ordinatus diuinū aliquod officiū exercuit, ergo hic eſt irregularis: nā irregularitatis propriū eſt, ut quē ad ordinē inhabilē reddat, & ab ordine excludat, ut ſępè diximus. Idē habetur in cit. c. 2. cū. n. ibi Diaconus quidā ante ſacerdotii collationē miſſæ ſacrū facere auſus eſſet, hac de re conſultus Romanus Pon. reſpōdit hunc ad ſacerdotiū promoueri nō poſſe. Si ergo hic, qui exercuit functiones ſacerdotii ꝙ nō habuit, ad ſacerdotium promoueri nō pōt, ergo irregularis fit. Poſtremò id inquiūt DD. cōiter. Hoſt. in Sum. de cler. non ordin. min. & Borgas. de irreg. 6. p. eo. ti. n. 1. & Abb. ac DD. in eo. c. 2. de cle. non ord. min. & Spec. in Ti. de irreg. n. 13. uer. Itē non ordinatus celebrans. & Archiep. Flor. de Irreg. c. 1. & Syl. in uerb. Irregularitas. q. 12. & Io. Tab. eo. 4. n. 3. uer. Secundò. & Diaz. in Prac. cri. cano. c. 12. n. 4. & Ang. eo. 1. q. 14. n. 58. & Nau. in Man. ca. 27. nu. 242. uer. Septimò. & in conſ. 1. n. 1. & in conſ. 2. & in conſ. 4. li. 5. de cle. nō ord. min. & Maiol. de Irregula. lib. 4. cap. 13. communis denique DD. ſententia hęc eſt.

Quid igitur concludēdū? Ego à cōi ſnīa diſcedendū nō cenſeo, ut. ſ. irregularis fiat, qui ordinis functiones exercet, quem non habet, quæ tamen, ut dilucidior ſit his modis eā declaro.

Primùm ut uera ſit, ubi re uera ordinem eū non habet, cuius functiones exercet; nam, ſi re uera ordinem haberet, ratione autem quapiā ductus exiſtimaret ſe non habere, ut pote, quia credebat ſe ordinem ab eo recepiſſe, qui ordinis conferendi poteſtatem non haberet, exempli gratia ſuſcepit eum ab excommunicato, ſuſpenſove, ſed non denunciato, neque notorio, quamobrem ipſe arbitrabatur ab hoc ordines conferri nō poſſe, irregularis hic nō erit; q̄uis quòd contra conſcientiam facit, grauiter peccabit. Neceſſariò igitur requiritur ad hanc irregularitatem contrahendam, ut hic ordinem non habeat, cuius functiones exercet; tūc enim irregularis fiet, quamcūque functionem
2 ordinis eius exerceat. Quare, † ſi ſacerdos, ut Epiſcopus, benedictionem tribuat illis uerbis,

ſit nomen domini benedictum,& cęt.qui benedicendi modus Epiſcopi proprius eſt, non
3 autem ſacerdotis,irregularis erit;ſicut etiam † ſi alias functiones proprias Epiſcopi obire, ut altare conſecrare pręſumat;nam & hoc Epiſcopi munus eſt,ut habetur in c.miniſtrare.iunct.
4 Gloſſ.26.q.6.†Idem ſi diaconus benedictionē tribuat,ut ſacerdos,atque ſic dixit Maiol.eodē
5 propè finem.†Si laicus itidem in articulo mortis alterius confeſſionem audierit,etſi id in eo caſu permiſſum eſt,ut tradunt DD.in cap.paſtoralis.de off.ordin.ſi tamen abſolutionem ſacramenti tribuat,irregularis fit, ex quo poteſtas abſoluendi à peccatis in conſcientię foro ſacerdotibus tantùm permiſſa eſt; immò uel diaconus eſſet,qui abſolueret, ob eandem rationem irregularis & ipſe fieret; irregulares tamen non fient,ſi eas pręces recitent,quę abſolutionem antecedunt, ſcilicet Miſereatur tui, Indulgentiam,& huiuſmodi;non enim de ſubſtantia ſacramenti ſunt, & idcirco ſicut aliis pręcibus pro alio licet orare,ita etiam & his li
6 cet.Immò,†qui tanquam ſacerdos auderet cōfeſſiones pœnitentium audire, ingerendo ſe huic muneri, cùm ſacerdos non ſit,non ſolùm irregularis hic eſſet,uerumetiam curiæ ſeculari tradēdus, ut decreuit Paulus Quartus anno 1559.die 17.Februar.ut refert Iud.inquiſit. & Maiol.eod.num.5. Idem dicimus ſi aliàs ordi
7 num functiones exerceat,quos non habet.† Si ergo & in choro hæbdomadarii munus referat,ut ſacerdos,qui ſacerdos non eſt, ut pote, quia adhibet præcationem illam,Dominus vobiſcum,& hic irregularis fiet. Requiritur ergo primum ad hanc irregularitatem contrahendam,ut re uera ordinem non habeat,cuius functionem exercet.

8 Secundò requiritur,† ut ſciat ſe eum ordinem non habere,cuius functionem exercet; ſi enim quis ordinem ab eo ſuſcepiſſet, quem exiſtimabat ordines conferendi poteſtatem habere,cùm tamen ratione quapiam eam non haberet,planè irregularis hic non fiet, ex quo probabiliter id ignorat.argum. cap. Apoſtolicæ.de cler.excomm.mino.nam & qui celebrat excommunicatus,ſuſpenſuſve,ſed id probabiliter ignorat,irregularis non fit, ut habetur in cit.c.Apoſtolicæ,quam irregularitatem non effugeret celebrando,ſi cenſura irretitum te nouiſſet.c.1.de ſent.& re iud.lib.6.& c.1.de ſent. excom.eod.lib. Accedit quòd in caſu propoſito nō adeſt temeritas,ex quo iure ſuo ſe uti exiſtimat;at ad hanc irregularitatem contrahendam requiritur,ut temerè ſe miſcuerit ordini, quem non habet,ut dicitur in c.1.de cler. non ordin.min.

9 Tertiò requiritur,†ne irregularitatem hanc effugiat,ut à Romano Ponti. auctoritatē hanc non habeat;nam ab omnibus pœnis poſitiuis eximere eum poteſt.arg.c.propoſuit.de cōceſ. præb.& idcirco ēt ab irregularitate,& mandando aliquid huiuſmodi, diſpenſare cū his pœnis ipſe exiſtimatur,ut probauimus. in eod.c. de Simonia.

10 Quartò requiritur,† ut functiones eas exerceat tanq̄ ei ordini initiatus,& ſic, ut exempli gratia,miſſæ ſacrū faciat tanquā ſi eſſet ſacerdos,& ut ſacerdos. Item ut abſoluat pœnitētē, ut ſacerdos. Item extremā unctionem adminiſtret,ut ſacerdos;nam,ut dixi temeritas in hoc requiritur,quæ tūc apparet ineſſe, ubi ut ſacerdos ſacerdotis munera obit,& ut diaconus, & ſubdiaconus eorū functiones exerceat. Verùm qua rōne diiudicabimus,quē ut talem functiones has exercere? Multis modis. Primū,ſi miſſę ſacrū publicè in Eccleſiis celebrat,ſicut alii ſacerdotes:id quod in mea patria contigit; idē ſi ī oratoriis,ut ſacerdos celebrauerit. Quę adeo uera ſunt,ut ēt ſi non iis ueſtibus indutus eſſet omnib.quibus ſacerdos indui dēt, irregularis tn̄ hic fieret;ſunt.n.functiones,quæ ſolùm à ſacerdotib.obiri poſſunt, ſicut ēt ſacramēta ferè omnia,baptiſmo excepto. Quare,qui ſine ſuppeliceo,ac ſtola pœnitētes abſolueret,ægrotos ungeret,ſpōſoſve benediceret, hic tamen irregularis fieret,non.n.functiones cōes ſunt & clericis,& laicis,ut conſtat. In actionibus igitur,q̄ ſacerdotis propriæ ſunt ex dictis modis,& per ſe cognoſcetur,ut à ſacerdote, functiones has exerceri. Secūdò id ēt cognoſcetur,ſi id ipſe dixerit;nulla.n.cōiectura maior eſt,q̄ propria cōfeſſio iurib.uulgarib. Tertiò in functionibus, quæ & à laicis,& ab iis ēt clericis,qui illi ordini initiati nō ſunt obiri queūt, id cognoſcetur ſi ueſtimentis propriis eius ordinis induti eas obeunt functiones,exēpli gratia laicus,uel clericus in minorib.cōſtitutus epiſtolā canit,manipulum ad ſiniſtrā habens. Subdiaconus euāgeliū recitās ſtola adhibita;non ſacerdos ſolēnib.adhibitis catechiſmo,exorciſmo in neceſſitate,uel extra baptiſmū adminiſtrās; hi.n.oēs irregulares ſunt;nā etſi neceſſitate exiſtēte cuique,& laico permiſſum eſt baptiſmū adminiſtrare,non tn̄ ceremoniis adhibitis, nec extra neceſſitatē,niſi ſacerdoti,ſicut canere epiſtolā cū manipulo niſi ſubdiacono,legere aūt euāgeliū cū ſtola Diacono. Excipit tn̄ Naua.in Maneo.ubi eſſet cōſuetudo,ut cū manipulo epiſtola caneretur ēt à laico, q̄ opinio nō mihi diſplicet,ex quo cōſuetudo lex altera eſt,& iuri ſcripto derogat:immò, etſi cōſuetudo nō adeſſet, ſi tamen,qui cū manipulo Epiſtolā canit,nō id facit,ut ſubdiaconatui initiatus,in foro cōſciæ irregulatem hunc nō eſſe itidē inquit, quāuis in foro exteriori ob pręſumptionem ſecus eſſet. Quā ſnīam amplexari poſſumus,ut cōſcientiæ piorum hominū cōſulamus,ſed re uera dubia eſt,quādoquidē idē dicendū eſſet de exercētibus alias functiones, qđ abſurdū eſt;illuderetur.n.hæc pœna. Requiritur ergo ut quis irregularis fiat, ut tanquam illi ordini initiatus ordinis functiones exerceat, quò irregularis fiat;temeritas enim requiritur,ut dixi,ob cita. c.1.de cler.non ordin.min.

11 Quare† cantores, qui, ut diximus antea, miſſę partes aliquas cantant, irregulares nõ fiunt; quandoquidem non ut ordinibus initiati, ſed ut cantores quoad cantum, munus ſuum præ-
12 ſtant.† Qui etiam uolens ſacerdotio initiari, antequam ad illum ordinem ſuſcipiendũ eat, ſe in ſuo cubiculo exercet in miſſa, quòd hic, non ut ſacerdos id facere intẽdit, ſed ut diſcat modum celebrandi, neque hic irregularis erit. Qui etiam ioci cauſa, ut antea dixi, functiones huiuſmodi exercet, neque hic irregularis efficietur. Non igitur pueri, qui ſæpius inter ſe inquiũt ſe uelle miſſam celebrare, & aliquas miſſæ partes canunt, pro irregularibus habebũtur: quandoquidem non ut tales, ideſt ut ſacerdotio initiati ea agunt.
13 Quintò requiritur etiã, † vt ſciens ſe ordinis functiones exercere, eas exerceat, quo irregularis efficiatur. Quare, ſi furioſus ueſtibus ſacerdotalibus indutus miſſam celebraret, irregularis hic non efficeretur; quandoquidem nõ temeritate id facit, ſed furore ductus, qui ab irregularitate excuſat. argum. cit. Clem. unic. de homicid. His igitur quinque interueniẽtibus, & non aliter irregularis quis fiet. In hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſeo. Vnde & communis opinio declarata, & contraria, q̃ antea propoſuimus, explicata, & ſublata ſunt; iam ad ſpeciem alteram irregularitatis tranſeamus.

Sextò requiritur, ut ordinum maiorum functiones quis exerceat, quò irregularis quis efficiatur; nam, qui ordinum minorum functiones obit, eſto illis initiatus non ſit, nullam tamen irregularitatem contrahit, ut diximus antea, & uſus, ac conſuetudo id declarant. Tabien. tamen ibidem inquit uerum hoc eſſe, ubi non ut tales eos exercent.

14 Diſpenſant autem† hic ad ordines ſuſcipiendos Romanus Pont. in ſuſceptis ut celebret, Epiſcopus, ita Diaz. eod. cap. 12. num. 4. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 243. in fine, qui alios idem ſentientes referunt.

De Irregularitate deſcendente à vitijs animi cum peccato, reſpectu habito ad eum, qui per ſaltum ordinem ſuſcepit. Cap. XXXVIII.

SVMMA.

1 *Per ſaltum promoueri quis dicatur.*
2 *Per ſaltum promotus an ordinem ſuſcipiat.*
3 *Epiſcopatus ordo, ſi conferatur ei, qui in ſacris non eſt, an recipiatur.*

OCTAVA ſpecies irregularitatis deſcendentis ex uitio animi cum peccato eſt ea, quæ naſcitur ob id, q͏̃ per ſaltum ad ordines quis promotus eſt; quam rẽ vt ordinatam eam habeamus, hęc contemplabimur. Primum quid ſit promotio per ſaltum. Deinde an promotus per ſaltũ ordinem ſuſcipiat. Tertiò, an Epiſcopatus ſuſcipiatur ab eo, qui in ſacris non eſt. Quartò, p ſaltum promotus, an irregularis fiat. Quintò, an ordinem ſuſcipiens ante confirmationem irregularis itidem fiet. Sextò, quid de ſuſcipiẽte ordinem ante baptiſmum. Poſtremò, quis diſpenſare poſſit cum irregulari ob promotionem factam per ſaltum.

1 Prima quęſtio igitur hęc eſt: † per ſaltum promotus ad ordines quis dicatur. In qua quæſtione breuiter concludimus eum eſſe, qui anteriori, ſeu priori ordine omiſſo, poſteriorem ſuſcipit, ſeu ordine medio prętermiſſo ſuperiorem ſuſcipit; nam, cùm ordines nouem ſint de ſententia Pontificii iuris interpretum, ſcilicet Prima tonſura, Hoſtiariatus, Lectoratus, Exorciſtatus, Acolythatus, Subdiaconatus, Diaconatus, Sacerdotiũ, & Epiſcopatus, qui gradatim ſuſcipi debent, ſicut eos poſui, & ſenſit etiam Trid. Synod. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 4. cum ſequen. qui prępoſtero ordine utitur, & idcirco ante minores ordines maiores ſuſcipit, ut Diaconatum, hic per ſaltum promotus dicetur; ſicut ſi quis ſubdiaconatu ordine omiſſo diaconatum ſuſcipiat; ut in cap. unic. diſt. 52. uel prębyteratum diaconatus ordine omiſſo, ut in c. unic. de cler. per ſalt. promot. quod enim hic non gradatim, ſed intermiſſo priore poſteriorem ſuſcipit, per ſaltum promotus hic dicitur. Et de quæſtione hac ſatis.

2 Secunda quæſtio eſt † an præpoſteratio hæc ordinum impediat, quominus ordo ſuſcipiatur, exempli gratia, an is, qui omiſſo ſubdiaconatus ordine ſacerdotio initiatus eſt, ſacerdotium ſuſcipiat. In qua quæſtione breuiter etiã concludimus ordinem nihilominus ſuſcipi. Id quod probatur primò per cit. cap. unic. de cler. per ſalt. promot. cùm enim ibi quidam, prꝫter miſſo diaconatus ordine, ſacerdotium ſuſcepiſſet, Romanus Pont. mandat ibi, ut Epiſcopus procuret eum presbyterum in Diaconum ordinari, & deinceps de miſericordia permittat ipſum in ordine ſacerdotii miniſtrare. Ecce hic ſolùm præcipitur, ut prætermiſſus ordo ſuſcipiatur, ac deinceps de miſericordia concedatur, ut in ordine ſacerdotii miniſtret; ergo ſacerdotii collatio ualuit, ex quo non mandauit, ut iterum ſacerdotium reciperetur, ſicut ordo prætermiſſus; & uoluit ut de miſericordia ei concederetur in ordine ſacerdotii miniſtrare; non enim concedi id potuiſſet, ſi ſacerdotii ordinem non recepiſſet; nam, cùm præcipuæ functiones huius ordinis ſint, Euchariſtiam cõficere, & pœnitentes abſoluere, functiones has ut quis adminiſtret, ubi ſacerdos non eſt, concedi non poteſt. Idem habetur in eod. c. unic. diſt. 52. ubi mandat Summus Pont. ut ab officio ſacerdotali prohibeat eum, qui ſubdiaconatus ordine poſtpoſito, præsbyteratum ſuſceperat,

perat;donec ſubdiaconatum ſuſciperet; ergo & hic pro certo habebatur ſacerdotium collatum eſſe,quamuis ſubdiaconatus ſuſceptus nõ eſſet;non enim neceſſe habuiſſet eum prohibere à ſacerdotii officio, ſi ſacerdotium non ſuſcepiſſet.Poſtremò id ratione probatur; nam unus ordo ab alio neceſſario non pendet. Eſto igitur poſterior prius ſuſcipiatur, nihil tamen officit,quin character imprimatur,atque ſic dixit Gloſſ.in eod.cap.1.de cler.per ſalt.promo. & c.uni.diſt.52. quam communiter receptam teſtatur,ac ſequitur Nauar.in Man.cap.27. numer.242.eandem opinionem communiter ẽt receptam eſſe teſtatur Abba.in eod.capit.1.& Addit.ad Diaz.in Practi.crim.canon.cap.24. in uerb.Character,qui & Theologorum communem opinionem hanc eſſe ibi fatetur,& Angel.in uerb.Irregularitas.q.11. numer.33.Ab hac igitur nec nos diſcedemus.

3 Tertia quæſtio eſt,†an,qui ordini ſacro initiatus non eſt,ſi Epiſcopus conſecretur, Epiſcopalis ordo conferatur. In hac quęſtione itidem breuiter concludimus communem DD. ſententiam eſſe,de qua teſtatur Add. ad Diaz. eod.capi.in uerb. Ordines recipere.ibi:Inter promotos,& Maiol.de Irregular.libr. 4.communem inquam opinionem eſſe ordinem epiſcopalem non imprimi,niſi quis priùs ſacerdotio initiatus ſit;exploſa eſt enim opinio Canoniſt.in cap.1.de cler.per ſalt.promot. qui exiſtimarunt ualere ordinem Epiſcopatus ſine ſacerdotio.Et de quæſtione hac ſatis; iam uideamus,an irregularis fiat,qui per ſaltum ordines ſuſcepit:id quod in ſeq.præſtabimus.

S V M M A.

1 *Per ſaltum promotus an irregularis ſit.*
2 *Epiſcopatus ordinem adeptus prætermiſſo ſacerdotio,an irregularis fiat.*
3 *Baptizatus qui non eſt,ſi ordinem ſuſcipiat,an fiat irregularis.*
3 *Ordini initiatus ante confirmationem an irregularis fiat.*
5 *Diſpenſare cũ irregulari quis poſſit ob id quod per ſaltum ordines ſuſcepit.*

§. I.

1 S †Quarta quæſtio eſt,an irregularis fiat,q per ſaltum ordinem ſuſcepit. In qua quęſtione concludimus irregularem hũc fieri;nã ſic ſenſit Addit.ad Diaz. in Pract. crim. canon.cap.24.in verb. Diſpenſari. & aſſeruit Maiol.de Irregular.cap.12.lib.4.Poſtremò id habetur in c.unic.de cler.per ſalt. promot. cũ .n.ibi quidam prætermiſſo diaconatus ordine ſacerdotium ſumpſiſſet, mandat Romanus Pont.Epiſcopo,ut poſt pœnitentiam in diaconatum ordinare ipſum curet,ac deinceps permittat ei de miſericordia in ordine ſacerdotii miniſtrare.Si ergo ibi mãdatur, ut Epiſcopus permittat ſic ordinato,ut ex miſericordia, & indulgentia miniſtret in ordine ſacerdotii,de iure antea id non poterat, ergo irregularis factus erat; non enim alio impedimento detentus ibi fuiſſe dicitur.Hinc not. Abba.ibi ordinatum præpoſterè non poſſe adminiſtrare in ordine ſic ſuſcepto,ergo irregularis erat factus. Ab hac communi ſententia igitur non diſcedemus.Quamuis Nauar.in Man.capir.27. numer.241.uerſic.Sextò.ſentiat hunc irregularẽ non eſſe, niſi poſtquam uſus eſt accepto ante diſpenſationem;ſicut etiam Angel.in uerb.Irregularitas.q.11.num.36.ac male,ut ex dictis conſtat.Hæc autem irregularitas contrahitur, uel per ignorantiam per ſaltum promoueatur. ita Syl.in uerb.Irregularitas.q.11.

2 At quid † de conſecrato in Epiſcopum ante ſacerdotium an irregularis fiet? Ego ſentio, ex quo hic nihil recipit,irregularem nõ fieri;nullo enim iure id cautum habemus,& ob id nec dicere hoc poſſumus. ca.is,qui. de ſentent. excommun.lib.6.Puniri tamen poterit, & peccat.

3 Quare † nec irregularis mea ſententia fiet, qui baptiſmo initiatus cùm non ſit, ordinem ſuſcipit;nam per irregularitatem quis inhabilis ad ordines efficitur iure Eccleſiaſtico, ubi antea habilis eſſet;at, qui baptiſmum non ſuſcepit,actu habilis non eſt;ergo neque inhabilis reddi poteſt,ſicut nec mulier. Accedit,qđ nullo iure id cautum habemus.

4 Idem ſentio† & de ordinato ante confirmationem;nam quamuis Trid.Synod. ſeſſ.23 de reform.cap.4.ſanciuerit,ut quis ante ordinum ſuſceptionem confirmatus ſit,non tamen ipſa cauit,nec nllum aliud ius,ut contrafaciens irregularis fiat.Ex his iam apparet quando per ſaltum promotus irregularis ſit nec ne: iam quis cum irregulari hoc diſpenſet , uideamus.

5 Poſtrema quæſtio eſt†quis diſpenſare cum irregulari hoc poſſit, qui per ſaltum ordinem ſuſcepit.Olim quæſtio hæc dubitationem aliquam habebat,ut ſenſit Addit. ad Diaz.eodẽ cap. 24.in uerb.Diſpenſari. Hodie uerò Trid. Synod.ſeſſ.23.de reform.cap.14.uidetur dubitationem ſuſtuliſſe;nam permittit Epiſcopis, ut poſſint diſpẽſare cum promotis per ſaltum, ſi non miniſtrauerint:ſic enim ibi dicitur. Cũ promotis per ſaltum,ſi non miniſtrauerint,Epiſcopus ex legitima cauſa poſſit diſpenſare. Hæc S.Synod.ergo ſecus, ubi miniſtrauerint; non enim tunc Epiſcopus,ſed Papa diſpenſare poterit,& ita inquit Quint.Mandos. De ſignat.grat.in Titu.Abſolutiones,& rehabitationes.in fine,& quoniam S.Synod. ſimpliciter loquitur,nec diſtinguit,an ſcienter, uel ignoranter adminiſtrauerint,ergo nec nos diſtinguere debemus,ita cit.Addit.ibid.

Verùm quid ſi occultum hoc eſt,ſcilicet hũc per ſaltum promotum eſſe,& celebret, quamobrem,etſi delictum committit, delictum tamen & ipſum occultum eſt, quamuis actio ſit publica,

publica, an, ex quo irregularitas in hoc caſu ex delicto occulto nata eſt, Epiſcopus diſpenſare poterit, iuxta permiſſionem factam ipſi à Trid. Synod. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6. ubi permittitur Epiſcopis in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto prouenientibus diſpenſare? Ego ſentio in hoc caſu etiam Epiſcopum diſpenſare poſſe; nam ſi contrarium diceremus, concludendum eſſet poſteriorem legem per priorem corrigi, quod abſurdũ eſt, poſterior enim lex eſt eius cap. 6. prior autem eius capi. 14. & ſic lex prior corrigeret legẽ poſteriorem, quę nondum lata eſt. Poſtremò in cita. capit. 14. S. Synod. exprimit, in quo Epiſcopus diſpenſare poteſt cum promotis per ſaltum, ſcilicet ſi nõ miniſtrauerint: ubi autem miniſtrauerint, nihil dicit; ergo ſm alios canones, & citat. cap. 6. interpretabimur, ut ſcilicet Romanus Pontif. tantùm diſpenſet, excepto eo caſu, ubi delictũ occultum eſt; ut tunc ob cit. ca. 6. & Epiſcopus diſpenſet cum his promotis, ex quo eorum irregularitas ex delicto occulto eſt. Quare quicquid dixerit Addit. ad Diaz. ſentio, ne correctio inducatur diſpoſitionis Trid. Synod ſeſſ. 24. cap. 6. licere Epiſcopis in proximo caſu ẽt diſpenſare; Saluo ſemper Sacroſanctę Eccleſię iudicio. Sed de irregularitate hac ſatis; ad aliam tranſeamus.

De Irregularitate deſcendente à vitijs animi cum peccato, reſpectu habito ad eum, qui aut furtiuè ordinem ſuſcepit: aut vno die ordines minores cum ordine ſacro, vel plures ſacros ſuſcepit. Cap. XXXIX.

SVMMA.

1 *Furtiuè ordinem ſuſcipere quis dicatur.*
2 *Furtiuè ordinem ſuſcipiens irregularis ſit.*
3 *Diſpenſare quis poſſit cum eo, qui ordines furtiuè ſuſcepit.*

NONA ſpecies irregularitatis deſcendentis ex uitio animi cum peccato eſt ea, q̃ naſcitur ob id, quod qs furtiuè ordines ſuſcepit: quam ut explicatam magis habeamus, tria uidebimus, quis furtiuè ordines ſuſcipere dicatur. Secundò, an irregularis ſit, & unde id probetur. Poſtremò, quis cum eo diſpenſare poſſit.

1 Quoad primam quæſtionem igitur † furtiuè is ordinem ſuſcipere dicitur, qui ſine uoluntate ordinantis, & ſine ſcrutinio & examine, ut ita dicam, latenter ingerit ſe multitudini ordinandorum, & ſic ordines recipit, ut declarauit Gloſſ. in cap. 1. in uerb. Furtiuè. de eo, qui ordinem furtiue ſuſcepit. & Abba. in Rubr. eod. & Diaz. in Pract. crim. canon. capi. 25. antequam enim quis ad ordines admittatur, inquiri debet de ordinandi moribus, ſcientia, & ætate, vt id pluribus egit Addit. ad Diaz. eod. capitu. in uerb. Sine examinatione, & Trid. Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 4. cum ſequent. & capi. 7. & ca. 11. cum tribus ſeq. & ego in Tractatu de Simonia Tab. 1. cap. 42. §. 3. Quare, qui contra facit, & latenter ſcrutinio omiſſo ordines ſuſcipit, ordines furtiuè ſuſcipere hic dicitur. Et de hoc primo ſatis.

2 Quoad ſecundam, † an hic irregularis ſit, ꝓ certo habendum eſt, qui furtiue ordinem ſuſcepit, irregularem eſſe; nam primò id habetur in cit. capi. 1. de eo, qui ordin. furt. ſuſcep. nam, cùm ibi quidam Diaconatus ordinem furtiuè ſuſcepiſſet, non permittitur ad ſacerdotalẽ ordinem promoueri, niſi diſpenſatio interueniat, nec etiam in ſuſcepto miniſtrare, ut ibi habetur, & not. ergo irregularis hic eſt; hoc. n. efficit irregularitas, ut ea affectus nõ poſſit nec ordines ſuſcipere, nec ſuſceptos adminiſtrare ſine diſpẽſatione, ut ſæpè diximus. Iure igitur irregularis hic eſt. Poſtremò ſic inquiunt DD. & Syl. in uerb. Irregularitas. q. 3. & Ioann. Tabien. eod. 4. num. 3. uerſic. Secundò. ibi, Ille autem qui. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 241.

3 Quoad tertiam, † quis ſcilicet diſpenſare cũ eo poſſit, qui furtiuè ordines ſuſcepit, ſic diſtinguendum eſt. Aut, qui ordines collaturus erat, excommunicauit contrafacientes, & in hoc caſu Romanus Pont. tantùm diſpenſat, ut colligitur ex cita. cap. 1. uerſic. Si uerò interminatio, atque ſic ibi not. & aſſeruit Diaz. eod. cap. 25. & Addit. ad eum in uerb. Lata excommunicatio. & Nauar. eod. cap. 27. num. 241. Excipitur tamen, ubi ſic ordinatus in monaſterio aliquo regularem habitum ſuſcepit, & per aliquod tempus laudabiliter ibi uerſatus eſt: tũc enim & ab inferiore Romano Pont. ſ. ab Abbate eius diſpẽſari poterit, tam ut in ſuſceptis ordinibus miniſtret, quàm ut nõ ad ſuſceptos admittatur, ut ibid. habetur, & DD. allegati inquiunt. Excipitur etiam, ubi id occultum eſt; nam cum hoc diſpenſare poterit Epiſcopus, & hoc ob hanc rationem, quoniam in omnib. irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, & ad forum contentioſum non delatis diſpenſare poteſt Epiſcopus, ut ſanciuit Trid. Synod. ſeſſ. 24. de reform. capi. 6. atque ſic in caſu noſtro inquiunt Nau. ibid. & Addit. ad Diaz. eod. uerb. Lata excommunicatio, ibi Hodie uerò. Et quamuis ſuſceptio ordinum non ſit occulta, tamen eius ſuſceptionis malitia publica non eſt, quod ſufficit ad hoc, ut Epiſcopus diſpenſare poſſit, ita Nauar. eod. ubi & in ſacra pœnitentiaria ſic definitum in ſimili inquit.

Aut ordines collaturus excommunicationem non tulit in contra facientes; & in hoc caſu Epiſcopus diſpenſabit, ut dicitur in cit. cap.

1. & ut

2.& vt allegati DD.inquiunt. Verùm,quid ſi quatuor ordines minores, & ſubdiaconatum vno die ſuſcipiat,uel duos ſacros ordines,an irregularis hic erit? Hoc in ſequent. explicabimus.

S V M M A.

1 *Ordines minores cum ſubdiaconatu ſuſcipiens irregularis efficitur.*
2 *Ordines ſacros plures eodem die ſuſcipiens irregularis efficitur.*
3 *Diſpenſare quis poſſit cum prędictis.*
4 *Ordines minores plures uno die ſuſcipiens non ſit irregularis.*

§. I.

§. Decima ſpecies irregularitatis, quæ oritur à uitio animi etiam eſt ea, quā quis contrahit ob id, quòd quatuor ordines minores cum ſubdiaconatu eodem die ſimul ſuſcipit,uel duos ſacros;nam interſtitiis temporum,ut ſinguli ordines conferantur, ſanciuit Trid.Synod.ſeſſ.23.de reform.capit. 11.& eodem die,ne quis minores ordines cum ſubdiaconatu recipiat,prohibitum eſt,vt habetur in cap.2.de eo,qui ordin.furt.ſuſcep.& ne plures etiam ſacros,ut habetur in cap.literas,& in
1 cap.dilectus.de tempor.ordin.† Qui ergo contrafacit,ſcilicet , quia plures ordines eodem die ſuſcipit in dictis caſibus,uel minores cum
2 ſubdiaconatu,†vel plures ſacros,ut ſubdiaconatum,& diaconatum , irregularis hic efficitur;ſic enim dicitur in cap.2.& ſequen.de eo, qui ordin.furt.ſuſcep.nam non permittitur,ut poſſint ſic ordinati in ſuſceptis ordinibus miniſtrare,niſi cum ipſis diſpenſetur, ergo irregulares ſunt;diſpenſatio enim conceditur,ubi irregularis quis eſt in re noſtra.Non eſt igitur, quod hac de re dubitemus;nam & ſic DD.cōmuniter concludunt,& Ioan.Tabien.in uerb. Irregularitas.4.num.3.uerſicu.Secundò.ibi:Illi autem.
3 Diſpenſare † autem cum his iidem poſſunt, quos diximus in antecedenti quæſtione,ob cita.cap.2.& ſeq.quamobrem etiam ſic ordinati ſub titulo eorum collocati ſunt, qui ordinē furtiuè ſuſceperunt.
4 At quid†ſi plures ordines minores uno die quis ſuſcipiat,an irregularis erit? Planè iure antiquo non; non enim id dicitur in citat. iuribus . Non etiam iure nouo per Trid. Synod. quamuis iuſſerit,ut interſtitiis temporum conferantur.ſeſſ.23.cap.11. de reform. nam pœna hæc non imponitur. Peccabit tamen ſi ſine licentia id faciat,atque ſic dixit Maiol. de Irregular.lib.4.capit.11. Sed de hac irregularitate hactenus,ad alias tranſeamus.

De Irregularitate deſcendente à vitijs animi cum peccato, habito reſpectu ad eum, qui ordines recepit ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui,& dignitati, vel ab excommunicato, cenſura ve alia irretito, vel à ſimoniaco, uel à Schiſmatico,vel ab hæretico, vel à depoſito,vel degradato. C. XL.

S V M M A.

1 *Renunciare Epiſcopatui quis dicatur.*
2 *Renunciare dignitati Epiſcopali quis dicatur.*
3 *Ordinem ſuſcipiens ſacrum ab eo Epiſcopo,qui renunciauit Epiſcopatui,& dignitati, irregularis eſt.*
4 *Ordines minores ſuſcipiens ab Epiſcopo,qui renunciauit Epiſcopatui,& dignitati, irregularis non ſit.*
5 *Diſpenſare quis poſſit cum hoc irregulari.*

VNDECIMA ſpecies irregularitatis deſcendētis ex vitio animi cū peccato eſt ea, quæ contrahitur ab eo, qui ordines ab Epiſcopo recipit, qui conferre ipſos nequit, & primum ob id, quia renunciauit Epiſcopatui,& dignitati : id quòd,ut dilucidius fiat.

Præmitto primum renunciare quem poſſe Epiſcopatui,& non dignitati. Item renunciare quem poſſe & Epiſcopatui, & dignitati,ut colligitur ex c.1.de ordin. ab Epiſcop. qui renunc.epiſcop.
1 Tertiò† renunciare Epiſcopatui eum dici, qui Epiſcopa[illegible], ſeu eccleſiam dimittit,cuius Epiſcop[illegible]at,qui & loco renunciare dicitur,ut ſen[illegible]oba.in cit.cap.1.not.1. Quare uiris eius loci , & Eccleſiæ ordines conferre amplius non poteſt, ex quo eam Eccleſiam dimiſit:renunciationem autem hanc fieri poſſe habetur in cap.niſi.& tot.tit.de renunc.
2 Renunciare autem†dignitati eſt renunciare ordinis Epiſcopalis executioni , quo caſu hic non poteſt de iure ſacros ordines conferre,ex quo huic poteſtati renunciauit,ob cit. c. 1.Dixi autem renūciare executioni, quoniam re uera ordinem dimittere non poteſt, ex quo per conſecrationem ſuſcipitur, quæ conſecratio,quandiu ſubiectum illud remanet, amoueri non poteſt,ſicut conſecratio altaris . Hinc ſi ordinem conferat, collatio ualet,ut dicitur in eod.c.1.

Præmitto etiam,ubi quis renunciauit loco tantùm,& Epiſcopatui poſſe ordines conferre ſubditos alterius Epiſcopi,modò ab ipſo ad

id

id rogetur: ubi uerò & dignitati renunciauit minores ordines cõferre poſſe rogatum ab aliquo Epiſcopo; ſacros autem non poſſe, ut habetur in cita. c. 1.

3 His præmiſſis, † pro certo habebimus eum, qui ordines ſacros ab Epiſcopo recipit, qui renunciauit dignitati, irregularem hunc eſſe: id quod probatur per cita. c. 1. nam ibi dicitur; ſi quis ſciẽs ab hoc ordines ſacros receperit, executionem officii, ideſt ſuſcepti ordinis non habere; ſi executionem ordinis non habet, ergo irregularis eſt; adimit enim irregularitas executionẽ ordinis, ut ſæpe uidimus. Poſtremò, ubi non ſcienter ab hoc prędictos ordines ſuſcipit, cum hoc diſpenſare Epiſcopum ibidem dicitur, ergo irregularem eum eſſe ſignificatur; diſpenſatio enim tunc interuenit, ubi irregularitas adeſt. Irregularis igitur eſt, qui ſacros ordines ab Epiſcopo ſuſcipit, qui & dignitati renũciauit, & ita inquiunt Specul. de Irregularita. num. 13. uerſic. Item eſt irregularis ordinatus, & Diaz. in Pract. crim. canon. cap. 31. & Mar. Socin. Sen. in cap. ad audientiam. numer. 132. uerſic. Ordinatus quoque. de homicid. & Syl. in uerb. Irregularitas. q. 8. & Maiol. de irregular. lib. 4. cap. 20. num. 5. uerſi. Inter hos.

Quæ locum habet non modò, ubi ab hoc qs ſciens ordines recepit, uerum etiam & ubi ꝓbabiliter id ignorans; ex quo enim Epiſcopus ille, qui renunciauit dignitati, & ordini Epiſcopali executionem ordinis ipſe non habet, ergo nec alteri dare eam poteſt, ut dixit Glo. ibi in uerb. Ignorantia. Et quamuis aliàs ignorantia excuſet, hic tamen non excuſat, quandoquidẽ ſciebat à non ſuo Epiſcopo ordines ſe recipere, ita DD. allegati in eiſdem locis inquiũt. Addo ego ignorantiam excuſare eum à peccato, non tamen dare executionem.

Item locum habet, uel is, qui ordines ſuſcepit, de licentia proprii Epiſcopi ordines ab eo Epiſcopo ſuſcepiſſet; nam nihilominus irregularis eſt, ut teſtatur de communi ſententia Nauar. in Man. cap. 27. numer. 241. uerſic. Tertiò dico, & Maiol. ibid. nume. 6. ex quo enim Epiſcopus ille dignitati, atque ordini renunciauit, à Romano Pont. tantùm eam executionẽ recuperare poteſt.

4 Excipitur tamen, † ubi minores ordines ab eo quis ſuſcepit; non enim irregularis in hoc caſu efficitur, quandoquidem & à non Epiſcopis hi ordines conferuntur, ita habetur in eod. cap. 1. uerſic. Si enim. Quare diſpenſatione in his non egebit, qui eos ſuſcepit, quicquid dixerit Abba. ibi, qui exiſtimauit Epiſcopũ in hoc caſu diſpenſare poſſe, ex quo enim irregularis quis non efficitur, ut colligitur ex eod. uerſicu. ergo nec diſpenſatio poſtulatur. Id quod ſine dubitatione locum habet, ubi de licẽtia ſui ordinarii ab eo recepit, ita Syl. in uerb. Irregularitas. q. 8. & Maiol. ibid.

5 Verùm † quis cum hoc irregulari diſpenſabit? Planè, ſi probabili ignorãtia ductus ab hoc Epiſcopo quis ordines ſuſcepit, ut pote, quia Epiſcopus ille in Curia Epiſcopatui, & dignitati renunciauit, in patriam uerò rediens dixit ſe tantum Epiſcopatui renunciaſſe, in hoc caſu Epiſcopus ſuus diſpenſare poterit, ex quo ꝓbabiliter dignitatis renunciationem ignorat, ut habetur in cita. cap. 1. uerſic. Sanè ſi ab eodem. Si uerò ſcienter, uel ex ignorantia craſſa, & ſupina, ideſt non probabili, uel quia ſciebat Epiſcopum dignitati renunciaſſe, uel facilè id ſcire poterat, ſed id non curans ſacros ordines ab hoc ſuſcepit, Summus Pont. tãtùm cum eo diſpenſabit, ut inde colligitur, & not. Abb. ibi. num. 3. uerſic. Not. quòd ordinari, & Diaz. in Pract. crim. canon. cap. 31. Sed de hoc irregulari hactenus; iam de ſuſcipiente ordines à cenſura irretito, an irregularis fiat, uideamus; id qđ in ſeq. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Ordinatus ab Epiſcopo excommunicato ordinem recipit.*
2 *Ordinatus ab Epiſcopo excommunicato irregularis fit.*
3 *Ordinatus ab Epiſcopo excommunicato non denunciato, neque notorio, irregularis non efficitur.*
4 *Ordinatus à minori excommunicatione irretito nõ fit irregularis.*
5 *Ordinatus per vim, ac metum à prędicto Epiſcopo, an irregularis fiat.*
6 *Diſpenſare cum hoc irregulari quis poſſit.*

§. 1.

Duodecima ſpecies irregularitatis deſcẽdentis ex vitio animi eſt ea, quæ contrahitur ab eo, qui ordines ab Epiſcopo recipit, qui conferre ipſos nequit, uel quia erat cenſura irretitus, uel ſimoniacus, vel ſchiſmaticus, uel hęreticus, uel depoſitus, vel degradatus: quę omnia nobis contemplanda ſunt, & priùs primùm ſcilicet ubi quis ordinem ab eo recipit, qui cenſura irretitus eſt. Verùm, quòd cenſurę ſpecies tres ſunt, excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum, ut dicitur in c. quærenti. de uerb. ſign. ob eam rem id contemplabimur prius in eo, qui ordinem recipit ab excommunicato, deinceps de eo qui ab aliis: id quod ut dilucidius fiat, hęc cõtemplabimur. Primũ an characterem recipiat, ideſt ordinem. Secundò, eſto recipiat, an & quando irregularis fiat. Poſtremò quis cum ipſo diſpenſare poſſit.

1 Quoad primum † ſine dubitatione aſſerendum eſt, qui ab excommunicato ordines recipit, characterem eum recipere, modò legitimè conferantur; nam ſic aſſeruit Gloſſ. 9. q. 1. & Abba. in cap. fin. de ordinat. ab Epiſcop. qui renũ. Epiſcop. & Diaz. in Pract. crim. canon. cap. 28. in principio, & Syl. in uerb. Irregularitas. q. 7. & Ioan. Tabien. in eod. num. 6. uerſic. Quintò, ibi. Quinta decima, & Nauar. in Man. cap. 27. numer. 241. uerſic. Quartò. & Maiol. de Irregular. cap. 25. num. 1. lib. 4. & ego latiſſimè in Tra

ctatu

ſtatu de Cenſuris. Tab. 1.c. 13.§. 16.ubi generatim de omnib.ſacramentis qͦnē hanc tractaui,& abſolui.Cōis denique DD.ſententia hæc eſt.Nec obſtat.cap. 1.9.q. 1.ubi dicitur, quod nullo modo dicitur conſecratio, quæ eſt facta ab excommunicatis;nam intelligi debet quoad executionem, & non quoad characterem, ut dixit Abb.in cit.cap.fin.de ordin.ab epiſc. qui renunc.epiſcop.uel quia non ſecundū formam Eccleſiæ facta erat,ut dixit Gloſſ.ibi.

2 Quoad ſecundum,†an irregularis fiat, q ab excommunicato ordinem ſuſcipit,concludendum eſt,irregularem hunc fieri:nam ſic habetur in eod.cap.fin.ibi enim dicitur cum clericis,qui ab excommunicato Epiſcopo ignoranter ordines receperunt,per ſuos Epiſcopos diſpenſari poſſe.Si ergo Epiſcopi diſpenſare poſſunt cum prædictis, ergo egent diſpenſatione, quò poſſint in ordinibus miniſtrare, ergo ſunt irregulares;ſuperuacanea enim diſpenſatio eſſet,ſi irregulares non eſſent.Ex eo iure igitur optimè colligitur ſuſcipientem ordinem ab excommunicato irregularem eſſe, atque ſic inquiunt DD.citati communiter Diaz. & Maiol.Syl.& Nauar.in allegat.locis,& Specula.in tit.de Irregular.uerſ. Item recipiens ordines etiam ignoranter.

Pro regula igitur habebimus irregularem hunc eſſe.Quæ locum habet,eſto excommunicatum Epiſcopum eſſe ipſe ignoraret,ob citat. capitu.fin.de ordin.ab Epiſcop.qui renunc. Epiſcop.ex quo enim executionem ipſe non habet,eam tribuere alteri nequit.argu.le. nemo plus iuris.ff.de regul. iur. & ut allegati DD. concludunt.

3 Excipitur tamen,†ubi quis ab Epiſcopo excommunicato reciperet,qui nec notorius, nec denunciatus eſſet;nam ob extrauag. ad euitanda,excommunicati communione utens,ſacramentaque ab eo recipiens non peccat, quippe quia permittit nobis eorum communionem in prędictis,duobus illis exceptis caſibus.Irregularis ergo non efficietur,qui ordines recipit ab Epiſcopo excōmunicato, nec notorio,nec denunciato,atque ſic inquiunt Nauar.eod.numer.241.uerſi.Quartò.ibi,Modò ſit ſententiatus talis,& Syl.ead.quæſt.uerſi. Hodie tamē: & Tabien.ibd.& Maiol.eod.cap.25.num.3.Id quod locum habet,uel ignoraret quis eum eſſe notorium,uel denunciatum ; ex quo enim in hoc ius antiquum correctum nō eſt, ut ſcilicet irregularis fiat,per citat.cap.fin.ab eo non diſcedemus.l.iubemus.C.de teſtam.l.ſancimus C.de appell.& ita Nauar.in eod.loco cit.

4 Item excipitur,† ubi ab irretito minori excommunicatione ordinem quis recipit: nam nec in hoc caſu irregularis efficitur, quandoquidem hic & executionem confert, ut dixit Abba.in cap.fin.numer. 3.de ordin.ab Epiſcop.q̧ renunc. Epiſcop.& facit cap.fin.de cler. excom.min.

5 Tertiò excipitur,†ubi quis per uim,metum ve,qui in cōſtantem virum caderet,ab hoc denunciato ordinem ſuſciperet;nam irregularis hic non erit,ut dixit Nauar.eod.cap.27.numero 241. uerſicu. Quartò.ibi:Et ad id iuſto timore non cogatur.eandem opinionem ſequūtur Goff.& Hoſtien.quos refert Syl.in uerb. Irregularitas.q.7.& Tabien.ibid.nam inquiunt ordinatos ab his metu,qui in conſtantem uirū cadat,non indigere diſpenſatione,ergo irregulares non ſunt: & hanc opinionem ſibi magis placere ait ibi Syl.Hanc eandem ego etiam ſequor,ex quo ſumus in pœnis, quo caſu benignior interpretatio facienda eſt.cap.in pœnis. de regul.iur.lib.6.& leg.interpretatione. ff.de pœn.

Contrariam opinionem nihilominus ſequitur Maiol.eod.cap.25.num.2.nam inquit hūc potius ferre debere omnia aduerſa, quàm crimen hoc in ordinibus committere: & hoc ob capitu.inquiſitionis.de ſentent. excomm. ubi dicitur potius debere mulierem pati ſe excōmunicari,quàm eſſe in matrimonio cū eo quē nouit eſſe ſuum conſanguineum, & cui in matrimonio iuncta eſſe non poterat. Idem probat per cap.ſacris. quod met. cauſ. ubi potius quem mori debere inquit, quàm peccare per metum.

Atqui à priori ſententia diſcedendum non eſt cùm ob ea,quæ diximus,tùm ob cap. conſtat.1.q.1.ubi excuſatur,qui inuitus ab hæreticis ordinatus eſt. Nec obſtat cap.inquiſitionis:nam,ubi iniuſtè quis excommunicatur,excommunicatio illa iuſtum metum non inducit,ut probauimus in Tractatu de Cenſuris Tabula.2.capi.24. cuiuſmodi excommunicatio eſt ea,de qua agitur in cit. cap. inquiſitionis. Non etiam obſtat citat.cap.ſacris;nam locum habet,ubi induceretur ad peccatum,quod per ſe peccatum eſt,non autem ad id, quod per accidens eſt peccatum,ut hic;ex quo enim Eccleſia uetuit,ne ab excommunicato ordo ſuſciperetur,ob id peccatum eſt:at non eſt ueriſimile Eccleſiam,quæ pia mater eſt,uoluiſſe nos obligare irregularitate, ubi tantus metus nobis iniicitur. A priori ſententia igitur non diſcedam.

6 Quoad tertium† quis cum hoc irregulari diſpenſare poſſit; breuiter concludimus, ubi ordinatus probabiliter ignorauit eum, à quo ordinem ſuſcepit, excommunicatum notorium denunciatumve eſſe,ab Epiſcopo ſuo diſpenſari poſſe.argum.c.fin.de ordin.ab Epiſc. qui renunc.epiſcop.

Si uerò id nouit,Romanus Pont.id tantum poterit.argumen cita.cap.fin à contrario ſenſu:ſi enim Epiſcopus diſpenſat,ubi,qui ordinē ſuſcepit,ordinatorem excommunicatum ignorauit,ergo ſecus,ubi id nouit,atque ſic inqunt Nauar.ibid.& Syl.in uerb.Irregularitas.qu.7. & Diaz.in eod.cap.28.& Maiol.eod.cap.25.

Immo,ſi profeſſus eſt in aliqua religione. Addit.ad Diaz.eod.cap.in uerb. Diſpenſat Epi-

ſcopus,

ſcopus,de communi ſententia teſtatur à ſuperioribus ſuis diſpenſari poſſe. Excipio etiam, ubi ignoraretur ab hoc ordinatum quem eſſe, nam & in hoc caſu Epiſcopus diſpenſabit ob cap.6.ſeſſ.23.de reform.apud Trid.Synod.naſcitur enim ex delicto, quicquid recentiores nonnulli dixerunt. Sed de hac irregularitate hactenus;iam de eo,qui ordinem ſuſcepit à ſuſpenſo,uel interdicto,agamus.

S V M M A.

1 *Suſpenſio quid ſit.*
2 *Interdictum quid ſit.*
3 *Ordinem ſuſcipiens ab eo,qui eſt ſuſpenſus,uel interdictus,irregularis ſit.*
4 *Ordinem ſuſcipiens à ſuſpenſo, ſed non à collatione ordinum,irregularis non ſit.*
5 *Diſpenſare cum hoc irregulari quis poſſit.*

§. II.

§. Vidimus, quando ſuſcipiens ordinem ab excommunicato irregularis fiat,modò uideamus,ubi à ſuſpenſo, interdictove ordinem itidem quis ſuſcipit,an eadem pęna obligetur, præmiſſo tamen prius quid ſuſpenſio ſit,necnon quid interdictum,quò ſciamus, qd ſuſpenſus ſit,atque interdictus.

1 Suſpenſio † igitur eſt cenſura eccleſiaſtica, qua clericus quatenus clericus eſt, impeditur, quominus eccleſiaſticas functiones exerceat.

2 Interdictum Eccleſiaſticum† uerò eſt cenſura eccleſiaſtica, qua diuinorum Eccleſiæ uſus prohibetur,ſeu diuina Eccleſiæ prohibentur,quatenus diuina ſunt,ut probaui in Tractatu de Cenſuris. Tab.4.cap. 10.nume.2.& Tab. 5.cap.18.num.2. Ex his facilè apparere poteſt quinam dicatur ſuſpenſus, atque interdictus. Hoc præmiſſo iam tria uideamus. Primùm,an à ſuſpenſo conferatur ordo; deinde,an ab hoc ſuſcipiẽs irregularis fiat. Tertiò, quis cùm hoc diſpenſare poſſit.

Quoad primum igitur ſine dubitatione concludendum eſt à ſuſpenſo ordinem conferri, modò ſecundum formam Eccleſiæ eum conferat,ita communiter concludunt DD. allegat. in antecedenti quæſtione. eiſdem in locis, & Syl.in uerb. Irregularitas.q.7.

3 Quoad ſecundum† de eorundem auctoritate,& ob eaſdem rationes allatas ſupra de recipiente ab excõmunicato,irregularis efficitur, qui à ſuſpenſo notorio,denunciatove ſciens ordinem ſuſcipit. Idem ſi & ignorans ſuſcipiat. argument.capitu.fin.de ordin. ab Epiſco. qui renunc.Epiſcop.

Excipitur tamen primò, ubi Epiſcopus,à quo quis ordinem ſuſcepit,quamuis ſuſpenſus eſſet,non tamen notorius, denunciatuſue adhuc erat;nam ob extrauag.ad euitanda, uitare hunc non cogimur,& ſacramenta ab ipſo recipere poſſumus,ut inquiunt Syl.Nauar. & Maiol. in allegatis locis ſupra.de excommunicato.& idem Maiol.eod.lib.4.cap.24.numer.3. uerſi.Tamen non ſufficit.

Excipitur etiam, ubi per uim,metumve,qui in conſtantem uirum caderet, quis ordinem ab hoc ſuſcepit.

4 Tertiò excipitur,† ubi quis ab eo ordinem ſuſcepit,qui non erat ſuſpenſus ab ordinũ collatione,uel interdictus,ſed ab alio; tunc enim irregularis non efficietur,ex quo non recipit à ſuſpenſo à collatione ordinum, ſuſpẽſio enim & interdictum terminos ſibi pręſcriptos non egrediuntur, ut probaui in Tractatu meo de Cenſuris.

5 Quoad tertium†diſpenſare cum hoc poterit Epiſcopus,ubi probabiliter ignorauit ſuſpẽſionem,& eius denunciationem, uel notorietatem;ubi uerò eam nouit Romanus Pont. diſpenſabit. Excipio,ubi id ignoraretur;nam tũc ob diſpoſitionem Trid.Synod. Epiſcopus etiã diſpenſare poterit,atque ſic DD. concludunt ſupra de excommunicato in eiſdem locis. Sed de recipiente ordinem à cenſura irretito ſatis, ad eum,qui recipit ordinem à Schiſmatico, vel hęretico tranſeamus.

S V M M A.

1 *Ordinem ſuſcipiens ab hęretico, vel ſchiſmatico characterem recipit.*
2 *Ordinem ſuſcipiens ab hęretico, vel ſchiſmatico irregularis ſit.*
3 *Diſpenſare cum hoc irregulari quis queat.*

§. III.

§. Tertia quęſtio eſt, an recipiens ordinem ab hęretico,uel ſchiſmatico irregularis ſit. Et quoniã quid eſſet hęreticus, uel ſchiſmaticus ſupra declarauimus, ob eam rem tria breuiter abſoluemus. Primùm,an ab his ordo conferatur. Deinde,an irregularis fiat ab his ordinem recipiens. Poſtremò,quis cum hoc diſpenſet.

1 Quoad primum igitur† DD.allegati ſupra de eo, qui recipit ordinem ab excommunicato,in eiſdem locis cõcludunt, ordinem ab his conferri,ſed non executionem;nam ſic inquit Gloſſ.in capit. 1.de ſchiſmat.& Syl.in uerb. Irregularitas.q. 7.& probatur etiam per cita.ca. 1.& 2.eod.

2 Quoad ſecundum† irregularis quis efficitur recipiens ab his ordines,ut habetur in eod. cap. 1.& 2.de ſchiſm.nam in capi. 1. Romanus Pont.ordinationes factas ab hęreſiarchis cenſet eſſe irritas nó quoad characterem, ſed quoad executionem;ergo,qui ab his ordinem ſuſcipit,irregularis efficitur, ex quo executionẽ non recipit:idem habetur,& apertius in capit. 2.nam, cùm quidam à ſchiſmatico ordinatus celebraret, hac de re certior factus Romanus Pon.mandat ibi,ut ab officio ordinatus ille repellatur, niſi probet ſecũ miſericorditer fuiſſe diſpenſatum ab eo,qui id poterat. Si ergo

celebrare

cele- ſ re nequit ordinatus à ſchiſmaticis, niſi ſecum diſpenſatum ſit, ergo irregulares ſunt, alioquin diſpenſatione non egerent. Non eſt igitur quod hac de re dubitemus.

Excipio tamen, ubi hæreticus ille, uel ſchiſmaticus non eſſet notorius, uel denunciatus, ob extrauag. ad euitanda. & ita Nauar. eod. ca. 27. num. 241. uerſic. Quartò. & Syl. in uerb. Irregularitas. q. 7. uerſic. Hodie tamen. & Tabie. eod. num. 6. q. 5. uerſi. Quinta decima. ibi: Iſta etiam.

Poſtremò ubi metu, qui cadat in conſtantẽ virum ad id coactus fuiſſet. cap. conſtat. 1. q. 1.

3 Quoad tertium† diſpenſare cum hoc poteſt Epiſcopus, ubi probabiliter eum, à quo quis ordinem ſuſcepit, ſchiſmaticum, hæreticumve eſſe ignorauit. Si verò id nouit Summus Pont. modò conſtaret ab his ordines ipſos ſuſcepiſſe; alioquin ſi id occultum eſſet, Epiſcopus diſpenſaret, ob c. 6. ſeſſ. 23. de reform. apud Trid. Synod. & ad ſummam, quę diximus de recipiẽte ordinem ab excommunicato, eadem ſentimus & de recipiente ordinem à ſchiſmatico, vel hæretico; nam & ipſi excommunicati ſunt, ut habetur in capi. 1. & 2. de heret. & in Bulla cœnæ Domini. cap. 1. Sed de his hactenus; iam de recipiente ordinem a ſimoniaco agamus.

S V M M A.

1 *Simonia quid ſit.*
2 *Simonia quotuplex ſit.*
3 *Simonia mentalis nullam pœnam in foro exteriori habet.*
4 *Simoniacus quicunque ſi ordinem conferat, modò nec notorius, nec denunciatus ſit, irregularem nõ reddit eum, qui ab ipſo ordinem recipit.*
5 *Simonia mentalis non reddit quem irregularem.*
6 *Simonia conuentionalis ipſo iure nullam pęnam infert, quibuſdam cauſis exceptis.*
7 *Simonia realis quando irregularem quem non reddat.*
8 *Simonia realis in ordine, & beneficio commiſſa, quando irregularem reddat.*
9 *Diſpenſare cum hoc irregulari quis poſſit.*

§. IV.

De ſuſcipiente ordinem à ſimoniaco agẽdum nobis propoſuimus, an irregularis fiat; verùm, ne terminos ignoremus, hæc præmittenda ſunt. Primũ quid ſit ſimonia. Deinde quotuplex. Tertiò quas pœnas ipſo iure ſimoniaci patiuntur.

1 Quoad primum igitur. †Simonia eſt delictũ, ſeu crimẽ, quod cõmittitur ob cõtractũ nõ gratuitũ, non purũve de re ſpirituali, eive annexo, diuino iure, humanove improbatũ, ut probaui in Tractatu de Simonia. Tab. 1. c. 60. §. 1. nu. 2. quamuis communiter definiatur eſſe uoluntatem emendi, uel vendendi ſpirituale, uel ſpũali annexum, ut poſui in ead. Tab. cap. 1.

2 Quoad ſecũdum† duæ ſimonię ſpecies ſunt, quarum altera dicitur conuentionalis altera non conuentionalis mentalis communiiter nominata. Simonia Mentalis eſt ſimonia, quæ nullo pacto expreſſo tacitove interueniẽte, fit, ut dixi in eo. Tractatu. Tab. 2. c. 3. §. 1. Cõuentionalis verò eſt ſimonia, quæ pacto interueniẽte expreſſo, tacitove fit, ut dixi in ea. Tab. 1. c. 62. n. 2. & hęc duplex eſt; altera, quæ cõiter dr̃ conuentionalis, q̃ à neutro contrahẽtiũ nulla ex parte executioni mãdata eſt, ſed ſolũ pacto inita; altera, quæ executioni ſaltẽ ex parte ab vtroq; mãdata eſt, ut id declaraui. e. Tab. 3. c. 5. n. 1. Et hæc poſtrema cõiter realis dicitur.

3 Quoad tertiũ† qui ſimoniã mentalẽ cõmittit, eſto ſimoniacus dicatur, in exteriori foro tñ nullã pœnã patitur. c. fi. de ſimon. & ibi DD. & probaui in eo. Trac. Tab. 2. c. 2. Simoniacus cõuentionalis uerò ipſo iure nullã pœnã patitur, ſed pro criminis grauitate mõ hac, mõ illa pœna puniri poterit, ut dixi in eo. Tract. Tab. 3. ca. 2. §. 3. Excipitur tñ, ubi hæc ſimonia in Romana curia cõmiſſa eſſet, aut ſimonia confidentialis, ut ibid. dixi, & in Tab. 1. c. 21. §. 1. cũ ſeq. & c. 22. eo. nã excõicati ſunt, & alijs pęnis ẽt affecti, ſicut ẽt cõmittẽtes ſimoniã ĩ electione Romani Pont. de quibus agitur ea. Tab. 1. ca. 23.

His pręmiſſis reſtat ut uideamus, an irregu-
4 laris ſit, q̃ à ſimoniaco ordines ſuſcipit. † In qua qõne pro certo primũ pono irregularẽ nõ fieri eũ, q̃ ordinẽ ſuſcipit à quocũq; ſimoniaco, ubi nec notorius, nec denũciatus eſt; & hoc ob extrauag. ad euitanda. quæ permittit nobis cõionem cuiuſcunque criminoſi, quotieſcunq; nec notorius, nec denũciatus eſt, ut ſæpe diximus, quam extrauag. poſuimus, & declarauimus in Tractatu de Cenſuris. Tab. 1. cap. 13. §. 7.

5 Secũdò pro certo pono, †ubi quis recipit ordines à ſimoniaco mẽtali, neq; in hoc caſu recipientẽ irregularẽ eſſe; & hoc, qm̃ ſimoniacus ille ordinẽ cõferẽs in foro exteriori nulla pœna afficitur, vt premiſſimus, & ideo executionem ordinis habet, conferreque alteri ob id poteſt.

6 Tertiò p̃mitto, †ubi à ſimoniaco cõuẽtionali ordinẽ quis ſuſcipit, neq; in hoc caſu, eſto notorius, denũciatuſve ſit, irregularẽ hũc eſſe (modò ſimoniacus ille nõ depoſitus, nec infamat' fuerit per iudicis ſñiam, his. n. & aliis pœnis affici põt, ut probauimus in eo. Tract. de ſimon. Tab. 1. c. 18. quo caſu, quoniã irregularis eſt ipſe conferens, ob eã rẽ & ab eo ſuſcipiens, irregularis fit; ſicut ẽt, qui recipit à ſimoniaco, qui in Romana Curia ſimoniã cõmiſſit, uel confidentialẽ, uel in electione Romani Pont. qd. n. in his caſib. hi ſimoniaci excõicati ſunt, & aliis pęnis affecti, ut probauimus in ea. Tab. c. 20. cũ duob. ſeq. ob eam rem ab his ordinem ſuſcipiẽtes irregulares ſunt, ſicut cõcluſimus antea de recipiente à quocunque excommunicato.

7 Quartò concludo† irregularem nõ eſſe, qui recipit ordinem à ſimoniaco reali, qui ob id ſimoniacus eſt, quoniam ſimoniã commiſſit in alia re ſpirituali ab ordine, & beneficio; nam ipſo iure nulla cenſura hic irretitur; ſolùm enim in ordine, & beneficio, ubi ſimonia committi-

P tur,

tur,tunc ipſo iure eam committentes excommunicati ſunt,ſuſpenſi à collatione ordinum, à pontificali,ab ingreſſu Eccleſiæ, & irregulares,ut habetur in eod.Tractatu de Simoni. Tabu.4.cap.3.cum duobus ſeq.

8 Quintò pro certo pono† è contrario irregularem eſſe, ubi ſuſcipit ordinē à ſimoniaco ob id,quod ſimoniam commiſſit realem cum eo, qui ordinem ei confert;& ſic vbi tam ſuſcipiēs quàm dās ordinem,ſimoniam committit realem:id quod probatur per c.pen. de ſimo.ubi Summus Pont.à collatione ordinum ordinatorem ſuſpendit, ſi ordinauerit quempiam,promiſſionem, uel iuramentum ab eo recipiens, quòd ſuper prouiſione ſua eum non inquietabit:ordinatum verò ſuſpendit,donec diſpenſationem per ſedem Apoſtolicam obtinere meruerit.Ecce hic realis ſimonia interuenit;nam ordinator ordinem confert ſuſcipiens promiſſionem,uel iuramentum,quod ſuper prouiſione ſua ordinatus eum non inquietabit;& ordinatus executionem ordinis ſuſcepti non hēt, donec diſpenſationem per ſedem Apoſtolicā non obtinuerit,ergo irregularis eſt ab hoc Simoniaco recipiens ordinem,quocum ſimoniā commiſſit in ordine recipiendo,ex quo executionem eius ordinis non habet,niſi cū ipſo diſpenſetur,non enim diſpenſatione egeret, ſi irregularis non eſſet,& in hoc caſu ſolū Romanus Pont.diſpenſat,ut dicitur ibi,& de cōmuni ſententia teſtatur Abb.in ca.de ſimoniace. nu.4.de ſimon.ſi tamen occultum id eſſet Epiſcopus poſſet ob diſpenſationem Trid.Synod. ſeſſ.23.de reform.ca.6.Immò & ab eo Epiſcopo diſpenſari poterit,quocum ſimoniam commiſſit,antequam ſit denunciatus,uel notorius, & hoc ob cit.extrauag.ad euitanda. Hæc autē locum habent,etiam ſi ipſo ſciente ſimonia cōmiſſa ſit.Nec facit ſi dicatur ſuſpenſionis mentionem fieri in cit.c.pe.& non irregularitatis; nam uerbum diſpēſationis, quod ibi habetur, declarat nomine illo,Diſpenſationis,intelligi irregularitatem;nam in ipſa diſpenſatur,at ſuſpenſio tollitur abſolutione.

Item irregularis fit,vbi recipit à ſimoniaco, ſed ipſe non eſt ſimoniacus, quia ſcilicet ipſo ignorante alius dedit pecuniam ordinatori: id quòd probatur per cit.c.de ſimoniacè. de ſim. nam ibi dicitur ſic ordinatos à ſimoniaco, cū ipſi ſimoniaci non eſſent,in ſuis ordinibus remanere poſſe per diſpenſationem.Si ergo,ubi diſpenſatio interuenit,remanere in ordinibus queūt,ergo irregulares ſunt,atque ſic Abb.ibi, & DD.not.vbi & communiter concluditur in hoc caſu Epiſcopum diſpenſare poſſe per cit.c. de ſimoniace, ex quo enim permittitur diſpenſatio, Epiſcopo diſpenſandi licentia conceſſa videtur,ut dixit Inn.communiter recept.in c. dilectus.de temp.ord.Quoad alios ordines autem prius ſuſceptos irregularis hic non erit.

Tertiò irregularis erit, ſi à ſimoniaco ordines ſuſcepit,qui ſimoniam commiſſerat in cōferendo alteri ordines,& non in hoc ca[illegible]am à collatione ordinum Epiſcopus ille ſuſ[illegible]us eſt,& idcirco executionem alteri dare nequit, ut habetur in cit.c.pen.de ſimon.Excipitur tamen,ubi nec notorius,nec denūciatus eſſet, ut dixi.& Syl.in uerb.Irregularitas.q.7.uerſ. Hodie tamen.tunc irregularis non erit.In his igitur caſibus,& non in aliis irregularis hic erit.

9 Quoad poſtremum† quis cum hoc irregulari diſpenſare poſſit,ex dictis conſtat; nam,ubi & ipſe ſimoniam committit in ordine recipiēdo diſpenſationem accipit à Romano Pont.aliàs autem ab Epiſcopo,ut habetur in cit.c.pe. & c.de ſimoniacè.de ſimon.vbi Abba.ac DD. not.Sed iam de ſuſcipiente à depoſito,uel degradato agamus.

SVMMA.

1 *Depoſitio quid ſit.*
2 *Degradatio quid ſit.*
3 *Degradatus ordinem confert.*
4 *Ordinem ſuſcipiens à degradato,vel depoſito irregularis fit.*
5 *Diſpenſare cum hoc irregulari quis queat.*

§. V.

Reſtat,vt uideamus,an irregularis ſit, qui ordines à depoſito,uel degradato ſuſcipit,& quis cum hoc irregulari diſpenſet, præmiſſis duobus,quid ſit depoſitio, & degradatio; & an depoſitus,uel degradatus ordinē conferat.

1 Quoad primum † Depoſitio eſt remotio perpetua ab ordinis executione uerbis facta;nam iudex ſua ſententia perpetuò priuat clericum ordinis executione,& hæc depoſitio dicitˀ uerbalis,de qua agitur in ca.2.de pęn.li.6.Et hac ratione depoſitus adhuc clerici priuilegia obtinet quoad forum ; nam adhuc iudex laicus nullam in hunc iuriſdictionem habet, ut tradidit Clar.in Pract.crim.§.fin.q.36.uerſic. Scias autem quòd irregularitas.

2 Degradatio aūt† eſt depoſitio ſolēnib.quibuſdā adhibitis facta, per q̄ Eṗs non ſolū ſua ſnīa perpetuò ab ordinis executione clericū priuat,uerùmēt & priuilegio clericali quocūq. & veſtib.tūc nudat,ac ſpoliat,ut habetur in ci. c.2.de pęn. qua degradatione iudex laicus in degradatū cōſequitur iuriſdictionē, de hac degradatione egit Clar.eo.§.fi.q.74. & Diaz. & Addit.ad eum in Prac.Crim.canon.capi.140.

3 Quoad ſm† pro certo habēdū eſt ordinē ab his collatū ualere,ita DD.cōiter concludūt allegati ſupra,ubi tractauimus de recipiēte ordinē ab excōicato,& Syl.in uerb.Irregular. q.7.

4 His præmiſſis† pro certo etiā habendum eſt ab his ordinatum irregularem eſſe;nam executionē non recipit,quia nec ipſi eā habent, atq; ſic dixit Maiol.de Irregular.lib.4.cap.26. & allegati DD.ſupra, vbi de recipiente ab excōmunicato egimus,& probatur etiam hac ratione; nam ſi is,qui renunciauit ordini ſponte,& nul-

lo delicto interueniente, & ob nullam culpam, ordinem conferre nequit, & ab ipſo ordinem ſuſcipiẽs ordinis executionem nõ ſuſcipit, ſed irregularis eſt, ut ſupra probauimus, & probatur in c. 1. de ordin. ab Epiſcop. qui renunc. Epiſcop. ergo multo magis irregularis eſt, qui ordinem ab eo recipit, qui ob delictum vſu ordinis priuatus, & ab eo depoſitus, vel degradatus eſt.

5 Diſpẽſabit autem † cum hoc Epiſcopus, ubi probabiliter ordines ſuſcipiens hunc fuiſſe depoſitum, uel degradatum ignorauit. arg. c. fin. de ordin. ab Epiſcop. qui renunc. Epiſcop. Si verò id nouit, Romanus Pont. In hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſeo. Sed de hac irregularitate hactenus; ad alias tranſeamus.

De Irregularitate deſcendente à vitijs animi cum peccato, reſpectu habito ad eum, qui excommunicatione, cenſurave alia irretitus diuina, vt prius ex officio, ac ſolẽniter celebrauit. Cap. XLI.

S V M M A.

1 *Excommunicatus, cenſurave alia irretitus diuina vt prius ex officio, ac ſolemniter celebrans irregularis efficitur.*

2 *Diſpenſare cum hoc irregulari quis poſſit.*

DECIMATERTIA ſpecies irregularitatis deſcendẽtis ex vitiis animi cum peccato eſt ea, quam contrahit excommunicatus, cenſurave alia irretitus diuina faciendo. In qua quæſtione. † Pro

1 regula habebimus eum, qui excommunicatus, interdictus, ſuſpenſuſve eſt, irregularem fieri, ubi diuina ut prius celebrat, & munus aliquod ordinis ex officio, ac ſolẽniter obit, ut habetur in c. 1. de re iud. lib. 6. & in c. 1. de ſent. excom. eod. lib. Quæ regula octo modis amplificatur.

Primùm cuicunque ordini initiatus ſit, qui cenſura irretitus celebrat.

Item locum habet cuiuſcunque ordinis functiones hic exerceat.

Tertiò locum habet, ubi clericus cenſura irretitus diuina facit ordinum, quos habet, ut prius, atque ex officio.

Quartò locum habet non ſolùm, ubi cenſura irretitus diuina ipſe facit, uerumetiam, ubi auctor eſt, ut alius ſe præſente diuina faciat.

Quintò locum habet, etiam ſi iniuſtè cenſura irretitus ſit.

Sextò locum habet, etiam in foro animæ.

Septimò locum habet, etiam ſi cenſura hic irretitus nec notorius, nec denunciatus ſit.

Poſtremò locum ſibi vindicat hæc regula ritas, uel ab homine, vel à iure quis excommunicatus, cenſurave alia irretitus ſit. His modis hæc regula amplificatur.

Coarctatur autem & pluribus rationib. Nã primò irregularis non efficitur excommunicatus, cenſuraue irretitus diuina faciendo, ubi non peccat.

Secundò, vbi clericus non eſt, quamuis alia ratione irregularis fiat, quòd munus alienum vſurpat, ut habetur in titul. de cler. non ordinmin.

Tertiò irregularis non efficitur, ubi diuina facit, quæ ordinis cuiuſpiam non ſunt.

Quarto, vbi exercet ea, quę ſunt iuriſdictionis.

Quintò, nec qui à beneficio tantùm ſuſpenſus eſt.

Sextò nec irregularis efficitur, qui à temporalibus ſuſpenſus eſt, ſi diuina facit.

Septimò, ubi etſi exercet ea, q̃ ordinis ſunt, non tamen id facit ſolemniter, neque ut ex officio, ſed ut laicus.

Octauò irregularis non efficitur, ubi diuinis dum fiunt, intereſt, eaque audit.

Nonò irregularis non efficitur ſuſpenſus, interdictuſve, ubi à diuinis tantùm quibuſdam eſt prohibitus, ſi ea diuina ex officio obeat, q̃ ipſi per cenſuram uetita non ſunt.

Decimò irregularis nõ efficitur, qui diuina facit, ſi re uera cenſura irretitus non eſt, quamuis exiſtimet ſe irretitum eſſe.

Vndecimò irregularis non efficitur, qui miſſę ſacrum, aliaque diuina facit coram excommunicato, interdictove, modò ipſe cenſura irretitus non ſit.

Duodecimò irregularis non efficitur, q cẽſura irretito inſeruit, dum diuina facit, mõ ipſe cenſura irretitus non ſit. His igitur modis regula hæc amplificatur, & coarctatur, quam q̃d pluribus egimus in Tractatu de Cenſuris. c. 14. §. 1. Tab. 1. ubi rationibus, & auctoritatib. eam muniuimus, ac declarauimus, & dilucidè, ordinatimq. ibi poſuimus, & adeo abundè, ut nihil

2 nunc occurrat, quod ad ibi dicta addamus, † ubi etiam declaratum eſt, quis cũ hoc irregulari diſpenſet; ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc ſumemus; & de irregularitate hac ſatis; iã ad aliam irregularitatem tranſeamus.

De Irregularitate deſcendẽte à vitijs animi cum peccato, reſpectu habito ad eum, qui aut excommunicatus, cenſurave alia irretitus ordinem ſuſcipit, aut interdictum loci violat. Cap. XLII.

S V M M A.

1 *Excommunicatus, ſuſpenſus, & interdictus irregularis fit, ſi ordinem ſuſcipiat.*

S V M M A.

1 *Interdicto exiſtente in aliquo loco, irregularis fit, qui diuina officia, ſacramentaque prohibita ibi celebrat, atque adminiſtrat.*

2 *Diſpenſare quis poſſit cum hoc irregulari.*

§. I.

1 Quæſtio eſt nobis propoſita hæc eſt, an irregularis fiat, qui interdictum loci violat diuina officia ibi celebrando, ſacramẽtaque prohibita adminiſtrando; quam quęſtionem hic breuiter explicabimus, quandoquidem eam abundè, ſatiſque eam declarauimus in Tractatu de Cenſuris Tabu. 5. cap. 11. §. 1.

Pro regula igitur habebimus, qui in loco interdicto celebrat, hunc irregularem eſſe: ſic. n. dicitur in c. is, qui. §. 1. de ſent. excom. lib. 6. & ita ibi DD. communiter not.

Quæ regula locum habet non ſolùm, ubi diuina officia facit, uerum etiam & ubi ſacramẽta tunc prohibita adminiſtrari, adminiſtrat.

Item locum habet, vel clericus ſecularis, uel regularis ſit.

Tertiò, vel exemptus quis ſit.

Quartò vel locus ille ab homine, à iureue interdicto ſubiectus ſit.

Poſtremò, uel interdictum generale, uel ſpeciale loci ſit. His igitur modis regula hæc amplificatur, ut abundè egi in cita. §. Exceptiones tamen & has patitur.

Nam primò irregularis non efficitur, ubi quis probabiliter ignorauit locum interdicto ſubiectum eſſe.

Item, vbi ſciebat interdicto ſubiectum eſſe, ſed denunciatum non erat.

Tertiò, vbi priuilegium ad hoc quis habet, ut poſſit ad loca interdicta diuina facere.

Quartò, ubi quis celebrat in caſibus à iure permiſſis.

Quintò, ubi non agit actum quempiam cõpetentem ordini.

Sextò, ubi ſolùm diuina officia audit: non enim per auditionem tantùm irregularis quis efficitur.

Poſtremò, vbi interdictum nullum eſt, ita hæc omnia probaui in eod. §. & pluribus declaraui.

2 Diſpenſare autem† cum hoc irregulari poteſt Romanus Pontifex tantùm, ut id quoque ibi aſſerui. Quare, quę huc pertinent, illic abundè, ac dilucidè habentur. Et de irregularitate itidem hac hactenus; ad alias tranſeamus.

De Irregularitate deſcendente à vitijs animi reſpectu habito ad delictum notorium. Cap. XLIII.

S V M M A.

1 *Delicta quædam irregularem quem reddunt, ubi manifeſta, notoriave ſunt, nõ autem, vbi occulta.*

DECIMAQVINTA ſpecies irregularitatis eſt ea, quæ naſcitur à delicto graui notorio, uel manifeſto. Verũ, ut hoc dilucidius fiat, hęc contemplabimur. Primùm, an delicta aliqua ſint, quæ manifeſta, ac notoria irregularitatem inferãt, non notoria autem, nec manifeſta ſecus. Deinde delicta notoria quænam ſint, ac manifeſta, & cur irregularem reddant ubi manifeſta, ſecus autem ubi non manifeſta ſunt. Tertiò, an quæcunque crimina notoria, ſeu manifeſta reddant quem irregularem; iam igitur primum aggrediamur.

1 Prima quæſtio igitur hæc eſt, †an dentur aliqua delicta, quæ occulta irregularem quem nõ reddant, notoria uerò, ſeu manifeſta reddant. In qua quæſtione breuiter concludimus delicta huiuſmodi quępiam dari. Id quod probatur hac ratione, quoniam, qui adulterium commiſſit, uel periurium, vel falſum teſtimonium, hic in ſuſceptis ordinibus impediri nõ debet poſt pęnitẽtiam adminiſtrare, nec etiam in ſuſcipiendis, ſi propoſita crimina ordine iudiciario comprobata, uel aliàs notoria non fuerint, ut dicitur in ca. fin. de tempor. ordin. ibi enim Romanus Pon. conſultus quid agendum eſſet de ſacerdotibus, uel aliis clericis, qui per reatũ adulterii, periurii, uel falſi teſtimonii bonũ cõſcientiæ rectè perdiderunt, Reſpondet, quòd ſi propoſita crimina ordine iudiciario comprobata, uel aliàs notoria non fuerint, non debent hi poſt pęnitentiam in iam ſuſceptis, uel iam ſuſcipiendis ordinibus impediri. Ecce hic hos clericos irregulares non fieri ob prædicta delicta, ex quo in ſuſceptis ordinibus miniſtrare non impediuntur, nec etiam alios ſuſcipere, ubi ea delicta notoria non ſint; ergo ſecus, ubi ordine iudiciario comprobata, uel aliàs notoria eſſent; ualet enim argumentum à contrario ſenſu. argument. leg. 1. & ibi communiter not. ff. de offic. eius. Si igitur propoſita delicta, ubi notoria non ſunt, ſed occulta, irregularem quem non reddunt, notoria verò reddunt, ut probatur per citat. capitu. fin. ergo aliqua delicta, ubi occulta ſunt, irregularem non reddunt, ubi uerò notoria irregularem faciunt. Idem habetur de furto in capitul. fin. de furt. nam ibi cùm quidam calicem in Eccleſia rapuiſſet, mandat Summus Pontif. ſi raptor ſuper hoc nota, uel infamia manifeſta aſperſus non eſt poſt peractam pœnitentiam, dummodò aliàs idoneus ſit, ut ad ſacros ordines promoueatur; ergo ſecus ſi manifeſta infamia aſperſus non eſſet. Et furtũ igitur ex iis delictis eſt, quod manifeſtum irregularẽ reddit, non aũt occultum. Pro certo igitur habendum eſt aliqua delicta dari, q̃ irregularẽ reddũt, ubi notoria ſunt, ideſt, ubi notorium eſt quem ea

commiſiſſe, ubi uerò occulta ſunt, eum,qui ea commiſit,irregularem non reddi, atque ſic DD.communiter concludunt in eiſdem locis: ſed iam quæſtionem alteram aggrediamur: id quod in ſeq.præſtabimus.

S V M M A.

1 *Notorium delictum quodnam dicatur,quod ad rẽ noſtram pertinet.*

§. I.

1 §. †Secũda quæſtio eſt,delicta quænam manifeſta,notoriave dicantur,& quæ nõ manifeſta,nec notoria. Quam quæſtionem idcirco explicandam nobis propoſuimus, ut, ex quo delicta quędam,ubi manifeſta,ac notoria ſunt,irregularem reddũt,ſecus, ubi nõ ſunt talia,ſciremus quæ delicta notoria,& quæ non notoria ſint. In hac quæſtione igitur quod ad rem noſtram pertinet,delictum notorium tribus modis dicitur. Primò,ubi eſt notorium p̱ euidentiam facti,adeo,ut nulla tergiuerſatione celari poſſit,quod dicitur etiam notorium facti:Secũdò notorium delictum illud dicitur, ubi per ſententiam ſic iudicatum eſt,quæ trãſiuit in rem iudicatam. Tertiò,ubi in iudicio reus illud confeſſus eſt,ita habetur in capi. fin. de cohabit.cleric.& mulier. ibi enim peccatũ cõcubinatus notorium inquit eſſe, ubi per ſententiam,uel confeſſionem factam in iure, aut per euidentiam rei,quę tergiuerſatione aliqua celari non poteſt,notorium factum eſt. Idẽ p̱batur in cap.ueſtra.eod.titu.& facit citat.cap. fin.de tempor.ordin.ubi ſi propoſita ibi crimina ordine iudiciario comprobata non fuerint, ſcilicet per confeſſionem rei, uel alia ratione, uel aliàs notoria nõ fuerint, ſcilicet uel per ſententiam,uel per euidentiam facti,ut ſubiungit Gloſſ.ibi,Irregulares non ſunt.& cæt.His trib. modis igitur delictum notorium dicitur. Hoc notorium manifeſtum etiam nominatur in c. cùm olim.de uerb.ſign.& in cit.cap.ex literis. de furt.Appellatur etiam publicum in cap.ex tenore.de tempor.ordin. Hoc igitur notoriũ delictum dicitur.

Occultum uerò quodnam ſit,ex dictis conſtat;nam eſt illud,quod notorium non eſt,neque per ſententiam, neque per confeſſionem à reo in iure factam, nec per euidentiam facti, ut ex dictis iuribus colligitur.Quare non modò occultum delictum illud dicetur,quod probari nequit, uerũetiam & ubi probari poteſt, ſed nullo ex dictis modis adhuc notorium factum eſt.Immò,uel fama de hoc laboret, quo caſu publicum ex fama delictum dicitur, capi. tua.de cohabit.cleric.Et hoc occultum etiam dicitur id,quod ab Eccleſia tolleratur,ut in citat.cap.ueſtra. Hoc igitur delictum occultum eſt.Quò ergo quis irregularis non reddatur,ex delicto occulto hac ratione,quam diximus,occultum eſſe debet:quò uerò irregularis reddatur ex delicto notorio uno ex tribus modis notorium eſſe debet.argumen.cit.ca.fin. de tempor.ordin.cum ſupra citatis. Et de quæſtione hac itidem ſatis;iam tertiam aggrediamur.

S V M M A.

1 *Notoria delicta quãobrem irregularem quem reddant.*

2 *Delicta quænam ſint,quę irregularem non reddũt, quamuis notoria ſint.*

3 *Delicta enormia,quæ & diuino, & naturali iure pro talibus ſunt,occulta non reddunt quem irregularem,niſi ſpeciatim id caueatur.*

4 *Sodomia an irregularem quem reddat, vbi occulta eſt.*

§. II.

§. Poſtrema quæſtio eſt, quænam delicta ſint,quæ irregularem quempiam reddũt ſolum,ubi notoria ſunt. Quam quæſtionem, ut facilius abſoluamus præmittendum prius eſt,quamobrem Eccleſia cauerit,ut delicta hæc notoria irregularem quem faciant.

1 Quoad hoc igitur breuiter†concludendum eſt ob eam rationem id ab Eccleſia cautum eſſe,ne ſcandalum detur,ſi permittat hos diuina facere,ſacramentaque adminiſtrare,quos manifeſtò conſtat, & notiſſimum eſt tam grauia delicta commiſiſſe,ita dixit Innocen.in ca.ex tenore.num.3.uerſic.Diſcretus tamen ſit prȩlatus.ibi,Concordant hic conſtitutiones. de tẽpor.ordin.& ſequitur Abba.ibi.num.3.uerſic. Manifeſta autem egent diſpenſatione. Idque meritò, etenim ſcãdalum eſt Dei populo hos præpoſitos habere,quos notorium eſt delicta huiuſmodi commiſiſſe. Hinc eorum cauſa à Dei cultu homines auocantur (quod olim cõtigiſſe ob filios Hæly ĩ diuinis literis legimus) Improbi liberius peccant,ac demum Dei diuinus honor diminuitur,ut habetur in ca. de his uerò.diſt.50.uiden.Quod igitur nihil cũ ſcandalo agendum eſt,ut dicitur in cap.2.de oper. nou.nunc.ne propoſita damna ſequantur, ob eam rem cautum eſt ab Eccleſia, ne prędicti ad diuina admitterentur, ſed irregulares eſſent.

At inquiet quiſpiam etiam poſt diſpenſationem,ſi cum ipſis Eccleſia diſpenſet,populi ſcãdalum patientur. Verùm hoc nihil eſt; nam Chriſti fideles,qui poteſtatem Eccleſię,ac auctoritatem eius norunt,ac credunt, nullũ ſcandalum patientur;non enim ſine cauſa cum his ab Eccleſia diſpenſatum exiſtimabunt;præſertim cùm non ignorent,ubi & peccatis ipſi detinentur,ſacramentorum participes non fieri, at à peccato liberatis, per pœnitentiam rurſus ad ea admitti: Si uerò Eccleſiæ auctoritatem non credunt,quòd hæretici ſunt,quicquid ipſi dicant,curandum non eſt, & facit cap.ponderet.uiden.diſt.50.ubi plures referuntur,qui,et ſi in peccata lapſi ſunt,in priſtino tamen ſtatu

remanſerunt

remanſerunt acta pœnitentia,atque ſic no. Innocen.& Abba.in eiſdem locis.

Non repugnat etiam ſi dicatur, ergo antequam cum ipſis diſpenſetur,in locis, ubi non noſcuntur,& ſic,ubi ſcandalum non dant, diuina adminiſtrare poterunt; nam primò raro id cõtingit,ut delicta publica ignorentur. Poſtremò,ex quo quis p irregularitatem amotus eſt ab officio,ante diſpenſationem, quocunque eat,ſemper irregularis erit; ſicut etiam excommunicatus, quæ ſequitur ipſum excommunicatum,quocunque eat,ut lepra leproſum. Idē ergo etiam in caſu noſtro, atque ſic inquiunt Innocen.& Abb.ibid.

Hoc pręmiſſo quoad quęſtionem propoſitam,ſcilicet quænam ſint ea delicta,quę irregularem tantùm reddunt, ubi notoria ſunt,uariæ DD.ſententiæ ſunt,immò tot, quot ſunt DD. & adeo confusè,ut nihil certi inde ellici poſſit;varii enim varias doctrinas tradunt, ac regulas diuiſione hac criminum facta, ſcilicet crimina partim eſſe enormia, partim mediocria,partim leuia,ita Inn.& Abb. ac reliqui in c.ex tenore.de temp.ordin.

2 Quid igitur concludendum?† Ego primum pro certo pono id, quod ab omnibus receptũ eſt,crimina leuia,uel notoria ſint, irregularem quem non reddere,& multo minus,ubi occulta ſunt,& hoc ob hanc rationem,quod nullum ſcandalum generant, unde irregularitas oriatur:in huiuſmodi loco habentur hæc,ebrietas, ludus,aleæ,& uenatio in clericis;hæc enim per ſe ſcandalum graue non generant, ut per ſe patet,ac experientia docet.

Secundò crimina,quę mortem inferunt,ideſt pro quibus quis pœnam mortis patitur, ſi ea committat,irregularem non reddere ea cõmittentem,ſi ſunt delicta non ſua natura talia, ſed pcipuo iure poſitiuo.Quare, ſi pœna mortis in eos imponatur;qui extra territorium frumentum,aliaſque fruges, uel quid aliud ducunt,uel qui aues,feraſve beſtias, huiuſue,uel illius ſpeciei, uel hoc,in illove loco capiũt,vel etiam exules recipiunt,ducti pietate,uel amicitia,non autem ut in delictis eis opem ferant,ſine dubitatione irregulares hi non erunt,non ſolùm,ubi occulta delicta hęc ſunt,uerùm etiã & ubi notoria;non enim hæc ſcandalum apud homines generant;quippe quia delicta hęc neque diuino, neque naturali iure delicta ſunt; ex quo igitur ſcandalum ceſſat,& irregularitas ipſa ceſſabit.

Tertiò præmitto etiam irregularem quem non reddere delicta mediocria, uel depoſitio pro pœna impoſita ſit iis, qui ea delicta committunt,ubi ſunt huiuſmodi generis,quę proximè diximus, quia ſcilicet non ſunt delicta ſua natura,nec naturali,diuinoq; iure, ſed merè poſitiuo. Si ergo depoſitionis pœna imponatur clericis,qui arma ferunt, & aliquis per laſciuiam ea ferat, irregularis hic non efficietur;& hoc ob hanc rationem, quòd inde ſcandalum non naſcitur, unde irregularitas hæc oritur.

3 Quartò† pro certo pono, ubi delicta enormia ſunt,quę & naturali,& diuino iure pro talibus habentur,eſto pœna mortis,depoſitioniſve imponatur,qui ea committunt, irregulares non eſſe,ubi notoria nõ ſunt;nam ita DD.omnes concludunt. Innocen.& Abba.in citat.ca. ex tenore. & ſenſit etiam Couar. in Clement. unic.de homicid. 1.par.§.1.numer. 5. Idque meritò,nam neque hic ſcandalum datur. Poſtremò id probatur in cit.cap.ex tenore.vbi pmittitur clerico uti ſuſcepto ordine, & ad ſuperiores aſcendere non prohibetur, quamuis grauiſſimum delictum commiſiſſet, unde ab ordine degradaretur,& ad ſuperiores ordines ampliùs non promoueretur, ſi publicum peccatum eſſet,ut ibi dicitur.Quantumcunq. igitur peccatum enorme ſit, irregularem quem non reddit,ubi notorium non eſt, quæ doctrina communiter recepta eſt,& plurimum conſulens conſcientię eorum,qui delicta huiuſmodi commiſſerunt,tuto enim ordinibus inirlari,ubi delicti eos pœnituit,queunt,& in ſuſceptis miniſtrare. Probatur quoque in cita.cap. fin.de tempor.ordi.ubi Summus Pont.inquit, non debere prohiberi in ſuſceptis ordinib.miniſtrare poſt pœnitentiam eos clericos,qui ad ulterium,periurium, uel falſum teſtimonium commiſſerunt,ſi propoſita crimina ordine iudiciario comprobata,uel aliàs notoria non fuerint.Facit quoque.cap.fin.de furt. ubi qui calicem in Eccleſia ſurripuerat, ſi de hoc non eſt manifeſta,uel nota infamia aſperſus, mandat Summus Pont.ut ſine dubitatione ad ordines promoueatur. Vel enorme igitur,uel mediocre delictum ſit,& pro ipſo uel mors, uel depoſitio inferatur,vbi occulta ſunt,irregularem ea committentem non reddunt; ubi alias ſpeciatim cautum non eſt,ut de homicidio,ca.inquiſitionis.de homic.

4 At quid† de peccato occulto carnis contra naturam,ideſt de ſodomia, an irregularẽ reddit?DD.quos refert Couar.in Clemen. unic. p.1.§.1.nume.6.concludunt hunc ſuſpenſum eſſe ab ordinis executione,& idcirco ſi diuina facit,irregularem eſſe.iuxt.ca.1.de re iud.libr. 6.& cap.1.de ſentent.excomm.eod.libr. Hæc ſententia recipienda non eſt,quippe quia nullo iure,nullaque ratione probatur.

Non iure;nam,etſi citant.cap.niſi.§.1.de renunc.ubi Summus Pont.referens cauſas, quãobrem Epiſcopus poſſit ſuam Eccleſiam relinquere,in ipſis enumerat hanc, ubi quis ſibi cõſcius eſt alicuius criminis,quod poſt pœnitentiam peractam nihilominus executionem officii impedit,tamen nihil ad rem noſtram facit. Primùm, quia ibi nulla mentio huius criminis ſit,neque dicitur crimen hoc tale eſſe, ut poſt pœnitentiam peractam executionem impediat,ergo neque nos id dicere debemus. Prętera ipſi pro certo ponunt id,de quo quæſtio eſt;

eſt;quæſtio enim c.., an hoc delictum executionem ordinum impediat etiam poſt pœnitentiam, illi uerò pro certo ponunt executionem impedire, quod abſurdum eſt. Nihil etiam facit cap.fin.de tempo.ordin.pro hac ſententia: nam ibi enumerantur quædam delicta, in quibus etiam hoc non enumeratur. Immò totum contrarium ibi probari poteſt, quoniam ibi dicitur delicta quædã propoſita etſi grauia ſint, modò occulta, non impedire ordinis executionem, ergo nec hoc, quamuis graue, impediet, ubi fuerit occultum. Poſtremò excipit homicidium à propoſita regula, quod etiam occultum ordinis executionem impedit, ergo ſecus quoad alia; exceptio enim facit regulam contrariam iuribus uulgaribus: iure igitur ſententia hæc non probatur.

Non probatur etiam ratione; nam, etſi delicti grauitatem allegant, non tamẽ hoc probat, quandoquidem nullum delictum quantumcũque graue, & enorme reddit quem irregularẽ, niſi, vbi ſpeciatim id cautum eſt, ut id probauimus antea, & id aſſeruit Nauar.in Man. ca.27. numer. 248.uerſicu. Tertiò dico; at nullo iure cautum eſt, ut delictum hoc occultum irregularem reddat, ergo neque nos id dicemus. Accedit, quoniam ſi grauitas delicti quem irregularem redderet, ubi etiam occultum eſt, hæreſis mentalis, deſperatio, & odium Dei, irregularem redderent etiam occulta; ſunt enim hæc delicta grauiſſima, ut ſenſit S.Thom. 2.2.quæ. 11.art.3.in reſpon.& q.20.art.3.& q. 34.arti. 2.& tamen irregularem hæc non reddunt, ergo neque etiam hoc. Opinio igitur hæc, quod & dixit Coua.quamuis contrariam opinionem ſequatur, non poteſt omnino ex iuris rigore defendi.

Quare contrariam opinionem, ut delictum hoc irregularem nõ reddat, ubi occultum eſt, ſequitur Aretin.ac accerrimè defendit in cap. cum non ab homine.de iud.eam quoque ſequtur Nauar.de iur.antiqu.eod.cap.nume. 249. Probatur autem ſententia hæc una potiſſimũ ratione hac, quòd nullo iure id cautum eſt, ut teſtatur Couar. ibid. & irregularem neminem dicere poſſumus, niſi ubi expreſsè id in iure habetur per cap.is qui.& ibi communiter not. de ſenten.excomm.libr.6. quod igitur lex id non dicit, ergo nec nos id dicere debemus.l.e. de prærio.ff.de publ.in rem act. Accedit, quòd Nauar.teſtatur nunquam ſe uidiſſe, aut audiſſe à ſede Apoſtolica diſpenſationem ſup hoc poſtulari, cùm tamen ueriſimile eſt, ſi per hoc irregularitas contraheretur, aliquando poſtulatam fuiſſe. De iure antiquo igitur concludendum eſt hoc delicto irregularitatem non contrahi, nec propriè ſuſpenſionem,

At quid de iure nouo lato à Pio Quinto, quo cautum eſt, ut clerici omnes tam ſeculares, quàm regulares, cuiuſcunque gradus, & dignitatis ſint, omni priuilegio clericali, & officio, & dignitat e, & beneficio eccl. priuati ſint, ubi exercent hoc delictum, ita quod per iudicem eccl. degradari poſſint, ac poteſtati ſeculari tradi, an hoc iure irregularitas contrahatur? Vt dilucidior quęſtio hæc reddatur, & eius ſolutio.

Pręmitto prius eam conſtitutionem nõ agere de irregularitate, ſed de depoſitione. Secundò eam conſtitutionem non compræhendere eos, qui delictum hoc aliquando committũt, ſed, qui ipſum exercent, ſcilicet, quaſi ex profeſſo. Tertiò non comprehendere eos, qui actum omnem contra naturam committunt cũ alio extra uas, uel ſi intra uas, ſed tamen ſemen nõ emittunt; ſic enim ſenſit Nauar.ibid. & ſequitur Lelius Zecc.in libr.de caſib.conſc.capi. 1. de irregular.uerſic. Ex quo infertur. ibi & non in eo, qui attentauit, & extraordinariè polluit. Idque merito, ex quo enim ibi de delicto hoc dicitur, ergo in potiori ſignificatione accipi debet, & ſic vbi intra uas.l.e. cùm quæritur. ff. de ſtat.homin. Quartò eo iure non comprehẽdi laicos, eo enim iure nulla eorum mẽtio fit. Poſtremò eam conſtitutionem in foro exteriori obligare, ex quo mandatur, ut de gradu ſuo deiecti iudici ſeculari tradatur, quæ omnia in foro exteriori tantùm fiunt.

His pręmiſſis reſtat, ut uideamus, an in foro conſcientię locum habeat. Secundò an uſu recepta ſit.

Quoad primum Nauar. ait ſibi reſpondiſſe Gregor. XIII. etiam in foro eo locum habere, quę opinio Grego. an fuerit prolata, ut à Papa, vel vt à Doctore non apparet.

Quoad ſecundum uſu recepta non eſſe hac de re cõſultus Illuſtriſſimus Cardinalis Sabellus Vicarius Romani Pont. reſpondit, dum hac de re contentio Romæ eſſet, ut teſtatur q dam Ieſuita in ſuis ordinariis lectionibus in titu.de Irregularitate. Id quod conſentaneum eſt ei, quod dixit Naua. quod ſupra retulimus, ſcilicet nunquam ſe audiſſe hac de re diſpenſationem petitam, nec legiſſe. Quare cùm lex nõ obliget, niſi, vbi uſu recepta eſt, ut dicitur in c. in iſtis. §. leges. diſt.4. tradit la:è Felin. in capi. 2.num.7.uerſicu. Lex noua. de tregu. & pac.& Nauar.in Man.cap.23.numer.41. Iure igitur in hoc foro non obligabit. Immò nec ipſo iure obligare aſſeruit Iacob.de Graff.in lib. inſcript. Deciſ.caſ.conſc.in Titu.de Irregular. quod & ſuadent uerba ipſius inſtitutionis, ubi permittit, ut tradat iudici ſeculari degradatione prius facta, quæ in foro conſcientię non fiunt, ut per ſe patet. Hanc ſententiam etiam probauit quidam ex Pęnitentiariis S. Petri de vrbe; quam ſententiam vti veriſſimam etiam ſequẽdam cenſeo, unde pœnitentium conſcientias conſolari maximè quis poteſt. At quid de publico cõcubinario? Hoc in ſeq. explicabimus.

SVMMA.

1 *Clericus concubinarius propriè quiſnam dicatur.*

2 Clericus

1 *Clericus concubinarius notorius an irregularis ſit.*

§. III.

§. Quæſtio nobis explicanda hæc propoſita eſt, an clericus concubinarius notorius irregularis ſit, pręmiſſo tamen priùs
2 quid ſit clericus concubinarius. † Is igitur clericus concubinarius propriè dici poteſt, qui ſolutam mulierem, & corruptam, nulloque ſibi ſpiritualis, uel carnalis cognationis uinculo coniunctam domi retinet, cum qua conſueuit carnaliter commiſceri, ita dixit Diaz. in Pract. crim. canon. cap. 79. ubi rem hanc pluribus declarauit.

3 Hoc præmiſſo † quoad quæſtionem propoſitam, quam diſputarunt DD. in variis locis, Innocen. in cap. fin. de cler. excomm. min. Abba. in cap. ueſtra. de cohabit. cleric. & mulier. Couar. in Clemen. unic. p. 1. §. 1. num. 5. de homicid. an clericus concubinarius notorius irregularis ſit, uariæ DD. ſententiæ ſunt. Innocen. in cit. cap. fin. quem ſequuntur nõnulli alii, quos refert Couar. ibid. & Addit. ad Diaz. eod. cap. in uerb. Irregularis. ſentit hunc irregularẽ non eſſe, non ſolum antequam diuina faciat, ac celebret, verùm etiam ſi celebret, ante pœnitentiã peractam. Et hoc ob hanc rationem, quoniam fornicator ſuſpenſus eſt non in primis à canone, ſed à Deo; id quod hinc patet, quod ſtatim atque pœnitentiam egit, celebrare poteſt. cap. ſi qui ſunt præsbyteri. d. 81. ubi huiuſmodi clericis fornicariis interdicitur introitus Eccleſiæ, vſque dum pœniteant, & emendent; quæ ꝓhibitio etiam à Deo eſt; at ſuſpenſio talis irregularem quem non reddit, ut ait Innocen. ibi. ergo concubinarius clericus irregularis non eſt.

Contrariam opinionem tamen DD. communiter ſequuntur, ut teſtatur Couarr. ibid. & Addit. ad Diaz. eod. in loco. ſcilicet clericum concubinarium celebrantem irregularem eſſe. Et hoc ob hanc rationem, quòd ſuſpenſus eſt quoad ſe, & etiam quoad alios, ut habetur in cap. præter hoc. diſt. 32. ubi Summus Pont. mandat, ut nullus miſſam audiat præsbyteri, quem ſcit concubinam habere indubitanter. Facit quoque cap. fin. de uit. & honeſtat. clericor. vbi, quando eſt notorium clericum in fornicationem lapſum eſſe, in diuinis quis eum euitare debere, dicitur, & ſic ſuſpenſus eſt etiã quoad alios; idem habetur in cap. ueſtra. eod. Si ergo ſuſpenſus eſt clericus concubinarius tã quoad ſe, quàm quoad alios, irregularis fit diuina celebrando, ob cap. 1. de re iud. lib. 6. & c. 1. de ſenten. excomm. eod. lib. Ad hæc reſpondet Couar. uerum eſſe quem irregularem fieri celebrando, ubi ſuſpenſio directè à iure inuſta eſt propter delictum in eius pœnam, non autẽ vbi ſuſpenſio fit à canone ob honeſtatem, & decentiam, ut in caſu noſtro; nam clericus concubinarius ſuſpẽſus eſt non ob pœnam, ſed quia indignum eſt, & non decet ſic affectum diuina facere ob ſcandalum, quod prębet, & peccatũ, quod committit. Hæc reſponſio Couar. mihi ꝓbatur, quoniam aliis pœnis afficitur ipſe concubinarius, ut habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 25. cap. 14. de reform. Immò per eum canonẽ Innocen. opinionem ueriſſimam cenſeo, ut ſcilicet ſuſpenſio illa, de qua ſupra dictum eſt, ſuſpenſio à Deo ſit, & non ſpecies cenſuræ eccle. quoniam S. Synod. eod. cap. 14. recenſens pœnas, quas uult inferri in clericum concubinarium, ſuſpenſionem ab ordine etiam proponit; at, ſi antiquo iure concubinarius clericus ſuſpenſus eſſet, fruſtra mandaretur ibi, ut ab ordine ſuſpenderetur, ex quo, vbi ſuſpẽſus eſt ab omni officio, & non ſolùm ab ordine pro ſuſpenſo haberetur. Inutilis ergo ſuſpenſio eſſet S. Synod. ex quo maiorem pœnam inferret ſuſpenſio à iure antiquo lata, quàm à ſe nouiſſimè impoſita.

Nauar. autem in Man. cap. 25. nu. 77. inquit concubinarium hunc poſt actam pœnitentiã celebrantem ante diſpenſationem peccare q̃dem mortalitèr, ſicut alii peccatores notorii, non tamen nouam irregularitatem incurrere. Si uerò celebret ante pœnitentiam irregularitatẽ incurrere, ſuper qua ſolus Romanus Põt. diſpenſat, quamuis Epiſcopus cum eo diſpenſet in irregularitate, quam peccatum notoriũ induxit, ubi poſt pœnitẽtiam celebrauit, & ſic ſenſit Nauar. duas irregularitates ab hoc contrahi. Vnam ob delicti notorietatem, vt ita dicam. Alteram, ubi celebrat ante pęnitentiam; cuius ſententia quoad ſecundam irregularitatem uera mihi non uidetur; nam, ſi ſuſpenſus eſt hic clericus, ut ipſe proponit, ſuſpenſio non tollitur per pęnitentiam, ſed per abſolutionẽ, ut probaui in Tractatu meo De Cenſuris.

Quid igitur concludendum? Vt quæſtionẽ hanc abſolutam magis habeamus, contemplãda hæc ſunt. Primùm, an hic clericus antequã diuina faciat, irregularis ſit; & ſi eſt irregularis quam irregularitatem contrahat. Secundò, an poſteaquam diuina celebrauit, irregularitatẽ vllam nouam ſubeat.

Quoad primum igitur teneo hunc irregularem quodammodo eſſe, antequam etiam diuina faciat ob delicti notorietatẽ, ut ita dicam; hoc enim ſenſit Nauar. in Man. cap. 25. numero 77. nam ait clericum hunc celebrãtem poſt pęnitentiam ante diſpenſationem irregalaritatem nõ incurrere, licet remaneat in antiqua, quam peccatum notorium inducit, ſuper qua Epiſcopus diſpenſare poſſit. Ecce hic apertè ait per peccatum notorium irregularitatem induci; at peccatum tale ante celebrationẽ fuit, ergo ante celebrationem irregularis eſt. Firmatur hoc, quoniam diſpenſare in hoc caſu Epiſcopum poſſe ait Nauar. ibid.

Quoad ſecũdum, quam irregularitatem ob delictum notorium contrahat, Ego ſentio irregularitatem propriam non contrahere, ſed ſolùm ob delictum notorium, ne ſcandalum ce-

lebrando

lebrando tribu[illegible]abſtinere debere,ſicut qui uis peccator notorius. Id quòd hinc probatur, quòd conſuetudine ſeruari videmus pro irregulari hunc non haberi, & ſtatim atque à peccato deſinit,ſcandalum ceſſare,ergo à conſuetudine hac non diſcedemus;nam & Innocen. in cita.cap.fin.de cle.excomm. min.id inquit, ſcilicet irregularem hunc non eſſe,ſcilicet propriè,& ob id poſt pœnitentiam peractam tuto hunc celebrare poſſe,alioquin egeret diſpenſatione:id quod non ſenſit Innocen.ibid. Accedit,quòd ſi irregularis propriè hic eſſet,irregularis non fieret celebrãdo,quippe quia irregularis celebrans,irregularis iterum non fit, ut uidebimus.

Quoad tertium, an poſteaquam celebrauit ante pęnitentiam,vel diſpenſationem, irregularis fiat, adhuc cenſeo hunc irregularem non fieri,quicquid dixerit Nauar.nam, qui opinionem hanc ſequuntur,ea ratione ipſam probãt, quòd hic ſuſpenſus ſit; at hoc uerum non eſt; nam,etſi notorius peccator ſuſpenſus eſt, non tamen eſt ſuſpenſus ea ſuſpenſione,quæ cenſura eſt,ſed ob peccatũ,ſcilicet quoad ſe,& quoad alios ob ſcandalum,cenſura verò vbi eſt ſuſpenſio,per ſe id operatur. Præterea,ubi delictum eſt occultum, ſuſpenſus ſolùm quoad ſe eſt,quæ ſuſpenſio nec tunc cenſura eccleſiaſtica eſt;ipſa enim ſua vi ſuſpendit omnino, ut probauimus in Tractatu de Cenſuris,ergo neque etiam,ubi delictum notorium eſt, quamuis ſuſpenſus etiam dicatur quoad alios,ſuſpẽſio propriè illa erit. Quare meritò irregularis hic non fiet etiam celebrando, ut dixit Innoc. eod. cuius opinionem de iure veriorem dixit Addit.ad Diaz.in uerb.Irregularis. In hac quęſtione igitur ſic concludendum cenſeo.

Quæ diximus autem de concubinario notorio,eadem ſentimus & de aliis peccatoribus notoriis,ut ob ſcandalum tantùm ſe abſtinere debeant,vbi peccatum notorium eſt;non autẽ quòd irregulares ſint ante celebrationem, uel poſt uere,aut propriè, & ob id diſpenſatione egeant;nam tollitur hoc impedimentum cõtrario facto notorio,ubi ſcilicet delicti pœnitentiã egerint,& ab eo ſe auocauerint,ex quo unũquodque tollitur eo modo,quo inductum eſt. c.1.de reg.iur.& l.nihil tam naturale.ff. eodẽ. Hæc ſunt,quæ de irregularitatibus animi tam cum peccato,quàm ſine peccato dicẽda ſunt: ex quibus conſtat irregularitatis huius ſpecies à iure poſitiuo eſſe, quod probandum nobis propoſuimus:iam de irregularitatibus corporis,quæ & ipſę à iure feruntur,agamus:id quod in ſeq.pręſtabimus.

De Irregularitatibus corporis, & prius de ea, quam illegitimè nati contrahunt. Cap. XLIV.

S V M M A.

1 *Irregularitates corporis quęnam ſint.*
2 *Illegitimè nati,ſeu filij illegitimi quinam dicãtur,*
3 *Illegitimorum filiorum ſpecies plures ſunt.*

ABSOLVIMVS Dei benignitate irregularitates animi: modò aggrediamur irregularitates, quæ ex uitio corporis naſcuntur,uel corporis ſunt; nam & ipſæ à iure inferuntur. Et quoniam plures habentur;ideo ſingulas ſummatim hic recenſebimus,deinceps ſigillatim ſingulas explicabimus ; id quod & in irregularitatibus ani-
1 mi ſeruauimus. † Irregulares igitur hi ſunt corporis irregularitate.

Illegitimè nati.

Aetatis defectum patientes.

Membris iis carentes,unde Ecc.functiones obire non poſſunt.

Membra habentes,ſed inhabilia ad functiones Eccleſ.obeundas.

Membra habentes & habilia,ſed ſic deformia,ut ſcandalum præbeant.

Partibus corporis carentes, quæ membra non ſunt,ſed tamen tales,ſine quibus cum periculo functiones Eccl. fiunt.

Corporis partes habentes,quæ membra quidem non ſunt,ſed ſic deformes,ut ſcandalum prębeant.

Corporis partibus carentes ob ſuam culpã, quamuis membra non ſint.

Corporis partibus carentes, poſteaquam ordinibus initiati ſunt,non ſemper, ſed aliquando.

Irregulares quidam ſolùm quoad quędam.

Morbo laborantes,quamobrem impediuntur,ne functiones Eccleſiaſticas obeant.

Morbo laborantes,ubi periculum eſt,ne diuina cępta perficiant.

Morbo laborantes,qui ob eum morbum,etſi adminiſtrare diuina poſſunt ſine periculo, non tamen ſine ſcandalo.

Bigami,

Serui,

Raciocinis obligati

Curiæ obligati. Hi ſunt,qui corporis irregularitates patiuntur,& hæ corporis irregularitates,de quibus ſingulis agendum eſt, & prius de prima,ſcilicet de illegitimè natis; id quod ut dilucidius fiat,præmiſſis duobus,ſcilicet primùm, quinã illegitimè nati dicantur,& an ſpecies plures horum ſint, hæc contemplabimur. Primùm,an cuiuſque ſpeciei illegitimè nati irregulares ſint. Poſtremò,qua ratione irregularitas hæc tollatur.

2 Præmitto igitur prius † illegitimè natum eum dici per ſe,ac propriè, qui ex legitimo matrimonio natus non eſt. Id quod hinc probatur,quòd legitimè nati dicuntur, qui ex legitimo

gitimo matrimonio nati ſunt, ſeu ex iuſtis nuptiis;& iuſtæ nuptiæ dicuntur, quæ ſecundum pręcepta legum, & canonum in primis fiunt; quoad matrimoniũ enim canones ſequimur. argum.c.pen.& fin.de ſecund.nupt. Si legitimè nati ergo hi dicuntur, qui ex matrimonio legitimo orti ſunt,iure meritò illegitimè nati hi dicentur,qui ex illegitimo matrimonio nati ſunt;cognito enim uno ex contrariis cognoſcitur & aliud.argumen.le.1.ff.de iis, qui ſunt ſui,uel alien.iur.In numero legitimorum etiã habentur, qui nati ſunt ex matrimonio iure naturali legitimè contracto,non autem de iure canonico; ubi inter infideles contractum eſt,ſi deinceps ad baptiſmum ueniant.cap.gaudemus.de diuort.

Quare,qui ex concubina natus eſt, qui ex adulterio,qui ex conſanguinea, qui denique ex matrimonio non contracto inter legitimas perſonas,nec in facie Eccleſię per uerba de pſenti,illegitimus eſt, ſcilicet quoniam nec ſecundum leges, nec ex legitima copula natus eſt.

8 Pręmitto deniquet† plures ſpecies illegitimorum à DD.poni;à Gloſſ.in cap. per uenerabilem.in uerb. Non naturalibus, & ibi Abba. etiam.nume.31.qui fil.ſint legit.& ab eodem Abba.in cap.tanta.eod.& à Couar.de ſponſ.2. p.cap.8.§.4.num.2.uerſic.Iure tamen Pontificio.iunct.num.6.& in §.5.eod. in principio. Quod ad rem noſtram tamen pertinet,tres illegitimorum ſpecies ego pono;quarum prima eſt eorum,qui ex iis nati ſunt,qui matrimonio iungi poterant, quippe quia nullum impedimentum canonicum aderat, quod matrimonium impediret.Altera eorum,qui ab iis nati ſunt,inter quos matrimonium eſſe non poterat,ut pote uel quia cognatione aliqua iuncti erant,uel ſolemni uoto obligati,aliove huiuſmodi impedimento detenti;& hę duæ ſpecies colliguntur à DD.allegat.in eiſdem locis.Tertia ſpecies eſt eorum,qui ex legitimo matrimonio nati ſunt,& concepti, poſteaquam parentes eorum caſtitatem uouerunt, & præſertim, ubi ſolemni uoto ſe obligarunt; ſi enim deinceps ſine diſpenſatione copulentur, filii ab ipſis inde nati pro illegitimis habentur;nõ enim ob uotum liberis operam dare inter ſe poterant,atque ſic habetur in cap.literas.& ibi no. Abba.ac DD.de fil.præsby.& Maiol.latè.cap. 4.numer.4.uerſi.Inter illegitimos.lib.1.de Irregul.Immò ſi mulier aſſentiatur,ut ad religionem maritus tranſeat, epiſcopique decretum interueniat, filii deinde nati illegitimi erunt, ita Maiol.ibidem.numer.5.cum ſequen. aliàs ſecus.His præmiſſis,iam uideamus an cuiuſcũque ſpeciei illegitimi irregulares ſint;id quod in ſequen.præſtabimus.

SVMMA.

1 *Illegitimè nati cuiuſcunque ſpeciei irregulares ſunt.*
2 *Illegitimè nati cur irregulares ſint.*
3 *Illegitimè nati irregulares ſunt,etiam ſi occultum ſit eos illegitimos eſſe.*
4 *Illegitimè nati irregulares ſunt tam ad minores quàm ad maiores ordines.*
5 *Illegitimè nati irregulares ſunt ad dignitates Eccleſiaſticas, & beneficia quęcunque.*
6 *Nati ex matrimonio putatiuo,an irregulares ſint.*
7 *Nati ex matrimonio contracto contra interdictũ Eccleſiæ irregulares non ſunt.*

§. I.

1 S Illegitimè nati quinam eſſent, & quot eorum ſpecies,præmiſſimus;† iam primam propoſitam quęſtionem aggrediamur, an ſcilicet cuiuſque ſpeciei illegitimè nati irregulares ſint.In qua quęſtione pro certo habendum eſt illegitimè natos,cuiuſcunque ſpeciei ſint,irregulares eſſe;nam prima ſpecies eſt eorum,quorum parentes matrimonio iungi poterant;altera uerò eorum,quorum parentes iũgi nequibant,ut ſupra probauimus; tertia eorum,qui ex matrimonio nati ſunt, ſed huiuſmodi, quo parentes ob uotum uti non poterant,ut ſupra uidimus;at quæuis propoſita ſpecies illegitimorum ab ordinibus arcetur,ut de primis duabus habetur in cap.1.de fil.pręsby. in antiqu.ubi filii præsbyterorum, & idcirco ii,qui nati ſunt ex iis, qui matrimonio iungi non poterant;& nati ex ſimplici fornicatione, & idcirco ab iis,qui matrimonio iungi nõ ꝓhibentur,ad ordines non admittuntur, ut ibi dicitur,& not.Abba. ac DD. & facit quoque cap.1.& cap.fin.eod.lib.6.de tertia uerò habetur in cap.literas.eod.de fil. pręsbyt. in antiqu. vbi genitus de legitima uxore à ſacerdote ſine diſpenſatione ad ordinem, beneficiaque non promouetur,ut ibi dicitur,& ibi not.Abba.ergo,cuiuſuis ſpeciei illegitimè nati, ex quo ab ordinibus arcentur,irregulares ſunt:hoc enim proprium irregularitatis eſt ab ordinibus arcere,atque ſic inquiunt DD.Mar. Socin.Sen.in cap.ad audientiam.num.68.uerſic. Primò dico,quòd ex defectu natalium.de homicid. & Diaz.in Pract.crim.canon.cap.14.& Addi.ad eum.& Rebuff.in Pract.canon. benefic.in tit. De diſpenſa. ſuper defect. natal. & Quint. Mandoſ.in Tractat.De Signat. grat. ſuper defect.natal.& Borgas.de Irregular.p.5.cap.1.& Nauar.in Man.cap.27.num.201.uerſi. Nonò. qui ait defectum hunc includere omne illegitimorum genus,& omnes irregulares facere, Maiol.lib.1.cap.4.num.4.de Irregula.communis denique DD.ſententia hęc eſt.

2 Summis autem rationibus† Eccleſia id ſtatuit,ut illegitimi ad ordines non admitterentur. Primùm, exemplo Dei, qui ut habetur Deuteronom.ca.23.præcepit, ut in Eccleſiam Domini vſque ad decimam generationem ne ingrederetur Manzer,hoc eſt de ſcorto natus. Præterea ob excellentem ordinis dignitatem. argum.

argum.cap.inter dilectos.iunct.Gloſſ.in uerb. Sanctiones.de exceſſ.prælat. Ac planè, ſi apud gentes,quæ Deum non norunt ad Deorum falſa ſacra adminiſtranda homines huiuſmodi non admittebantur,ut referunt allegati DD.& Diaz.& Mandoſ.eiſdem in locis, quanto magis à Chriſtiano,& vero ſacerdotio arceri debent? Tertiò ob parentum incontinētiam,quæ in filiis timetur.iuxta illud: Sæpe ſolent filii ſimiles eſſe patri.argumen.c.literas.de fil.præsbyt. etenim uitioſi huiuſmodi illegitimi eſſe ſæpe ſolent. Quartò, ut homines arceantur à procreatione horum filiorum, ex quo uident ab Eccleſia,ipſos ad ordines non admitti. Poſtremò ob ſcandalum,quod tribuunt, ubi ad ordines admittuntur.argumen.cap.cùm decorem.eod. atque ſic dixit Gloſſ.in c.fi. in uerb. Defectu.eod.lib.6.& Rebuff.eod.tit.. numer. 3.cum ſequent.& Mandoſ.eod.in initio,& in uerſic.Incontinentia paternæ.& Socin.in cita. cap.ad audientiam.num.70.& Borgas.eod.in principio.& Maiol.de irregular lib.1.cap. 4.Illegitimi ergo ob has rationes irregulares ſunt.

3 Secundò † irregulares ſunt illegitimè nati non ſolùm,ubi id conſtat,& notum eſt,verùm etiam & ubi id eſt occultum, ut DD. allegati eiſdem in locis aſſerunt.

4 Tertiò † irregulares ſunt illegitimi non ſolū ad maiores ordines,ſed etiam ad primam tonſuram,& minores, nam ad ipſos non admittuntur,ut habetur in cita.cap.1.de fil.presbyt.lib. 6.nam ibi dicitur,qui patitur defectum natalium ex diſpenſatione Epiſcopi promoueri licitè poſſe ad ſacros ordines minores. Ecce hic apertè habetur patientem defectum natalium egere diſpenſatione etiam ad minores, ergo & ad ipſos irregulares ſunt; non enim opus eſſet diſpenſatione,ut antea diximus, ſi irregularis nō eſſet. Nec repugnat minores ordines ſacros ibi nominari, quo nomine maiores appellari ſolent;nam & ipſi ſacri ſunt,ut diuinarum rerū ſcriptores concludūt,quamuis maiores ſæpius ſacri nominentur. Illegitimè igitur natus & ad minores ordines admitti non debet, atque ſic DD.concludunt.Abba.in eod.cap.1.de fil.presbyt.in antiq.Diaz.eod.cap.14.nume.2.Mandoſ.eod.in principio,& Rebuff.eod.num.8.Idque meritò;prohibito enim conſequenti,& antecedens prohibitum eſſe cenſetur.l. oratio.ff. de ſponſ.quicquid ſenſerit Innocen. in c.1.eo. in antiqu.

5 Quartò † irregulares ſunt illegitimi etiam ad dignitates Eccleſiaſticas,& beneficia, quāuis animarum curam non habeant; nam ad ea admitti ſine diſpenſatione non debent, ut habetur in cita.cap.1.de fil.presbyte. Idque iure meritò,nam beneficia Eccleſiaſtica ac dignitates clericis tantùm conferri poſſunt. Ex quo igitur illegitimè nati nec primam tonſuram ſuſcipere poſſunt,quamobrem in clericorum numerum quis adſcribitur,ut habetur in ca. cùm contingat.de ætat.& qualit.Iure nec ad beneficia,& huiuſmodi admitti poſſunt.His igitur modis regula hæc amplificatur.

6 Excipiuntur † tamen filii,qui ex matrimonio putatiuo nati ſunt, id eſt ex matrimonio contracto in facie Eccleſiæ ab aliis, qui exiſtimabant ſe matrimonio iungi poſſe, & tamen non poterant ob impedimentum,quod inerat, quamuis occultum;nati enim ab his parentib. pro legitimis quoad omnia habentur,eſto deinceps appareat matrimonium nullum eſſe;ſic enim habetur in cap.2. & ibi Gloſſ. ac Abba. not.qui fil.ſint legit.& in cap.referente. iunct. Gloſſ.eod.Id quod locum habet, quæcunque ignorantia ſit uel iuris,uel facti,ut dixit Maio. de irregular.lib.1.cap.5. Item non ſolùm,ubi pater & mater impedimentum ignorabant, & ſic uterque, uerum etiam & ubi unus tantùm coniugum bona fide contraxit, alter uerò mala fide,nam nihilominus filii ab his nati legitimi erunt,& idcirco non irregulares.cap.ex tenore,& ibi not.Abba.num.8.eod.qui fil.ſint legit.& idem Abba.in cap.cùm inhibitio. num. 4.& ibi quoque Gloſſ.in uerb.ſi ambo. de clandeſtin.deſponſ.& Couar.de Sponſal.2.p.capi. 8.§.1.

Requiruntur tamen hæc,quò ab his nati legitimi ſint. Primùm,ut bona fide matrimoniū contractum ſit,uel ab utroque, uel ab uno eorum,ut proximè dixi; ſi enim uterque malam fidem haberet, quia ſcilicet ſciebant impedimentū adeſſe,eorum filii illegitimi erunt, quāuis in facie Eccleſię matrimonium contraxerint. Secundò requiritur, ut in facie Eccleſiæ matrimonium contractum ſit;nam hodie,quācunque bonam fidem habeant, matrimonium non valet,niſi in facie Eccleſiæ,ideſt coram parocho contractum ſit: ſic enim ſanciuit Trid. Synod.ſeſſ.24.de reform.matrim.capi.1.alioquin filii nati legitimi non erunt, ut aſſeruit Couar.eod.§.1.num.2. Poſtremò requiritur, ut bona fide durante unius ſaltem coniugum filii concepti ſint.argumen.cita.cap.ex tenore.uerſicu.Et dum ipſa coniux.& ita not. Abba.ibi.num.3.nam ait ignorātiam debere ſub eſſe tempore conceptionis filii, non autem ſufficere ignorantiam, quæ tempore contractus matrimonii adeſt:idem quoque ſenſit Maiol. de Irregular.lib.1.cap.5.in initio.His enim tribus concurrentibus nati ex hoc matrimonio nec illegitimi,nec irregulares erunt, ut dixit Abba.in eod.cap.ex tenore. & ſequitur Maio. eod.cap.num.1.Quare,ſi mulier nuntio habito de morte mariti,qui longè aberat, bona fide ducta in facie Eccleſiæ alium maritum duxit,& filios procreauerit, eſto deinceps prior maritus reuertatur,quamobrem ad eum redire cogitur,filii tamen nati ex poſteriori matrimonio,legitimi erunt,ſicut etiam diſſoluto vero matrimonio per falſas probationes eadem ratione matrimonium eſſet contractum,& filii inde procreati,errore enim patefacto filii nati nihilominus legitimi erunt.

Poſtremò

7 Poſtremò † irregulares non ſunt, qui ex legitimo, matrimonio, & ualido, ſed tamen contra interdictum Eccleſiæ contracto, nati ſunt; nam uel ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ aliquibus prohibitum eſſet, ne matrimonium contraherent, ſi tamen contra fiat, matrimonium ualet, & filii inde nati legitimi ſunt, & idcirco non irregulares, ita Maiol. eod. cap. 5. num. 5. Sed de quæſtione hac ſatis; ad alteram transeamus.

S V M M A.

1 *Diſpenſare cum illegitimè nato ad ordines ſacros, & dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica animarum curam habentia, Summus Pont. tantùm poteſt.*

2 *Summus Pont. conferens ordinem illegitimo tacito videtur cum eo diſpenſare.*

3 *Diſpenſare ad ordines minores cum illegitimè nato Epiſcopus poteſt: & ad beneficium ſimplex, nō tamen ad canonicatum.*

4 *Diſpenſare Epiſcopus cum illegitimè nato uel id occultum ſit, non poteſt.*

5 *Diſpenſare tacitò Epiſcopus cum illegitimè nato non poteſt.*

§. II.

Poſtrema quæſtio eſt, qua ratione illegitimatio, & irregularitas ab ea orta tollatur. In qua quæſtione, quoniam tribus modis ipſa tollitur; diſpenſatione, legitimatione, & profeſſione facta in aliqua religione; ob eam rem de ſingulis agamus, & prius de diſpēſatione. In hac igitur quæſtione ſic diſtinguendum eſt.

1 Aut agitur † de diſpēſatione ad ordines maiores, dignitates, & beneficia Eccl. animarum curam habentia; & in hoc caſu Summus Pont. tantùm diſpenſare poteſt, ut habetur in ca. 1. de fil. præsbyte. lib. 6. ibi enim de illegitimo agens inquit Summus Pont. ad ordines maiores, uel beneficia curam animarum habentia, ſuper quibus nequit Epiſcopus diſpenſare ſine diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, promoueri non poſſe. Ecce hic habetur apertiſſimè Epiſcopum cum his ad ordines maiores, & ad beneficia animarum curam habentia diſpenſare non poſſe, ſed Apoſtolicam Sedem, atque ſic DD. ibi not. & Rebuff. in Pract. benefi. in Titu. de diſpenſat. ſuper defect. natal. numero 10. & Quint. Mandoſ. de ſignat. grat. in titu. Super defect. natal.

2 Immò † ſi Romanus Pont. ſciens quem hoc uitio affectum ipſi ordinem conferat, cū eo tacitò diſpenſare exiſtimatur. arg. l. quidam conſulebant. ff. de re iud. & ita Abba. not. in c. innotuit. num. 7. uide n. de elect. & Nauar. in conſil. 1. q. 2. qui fil. ſint leg. & Rebuff. ibidem nume. 9. nam ex quo irregularitas omnis à iure poſitiuo eſt, Summus Pont. ad ſuum arbitrium diſpenſare in ea poteſt. Ex quo igitur ſcit illegitimo ſine diſpenſatione ordines conferri nō poſſe, ordines conferendo uidetur cum eo diſpenſare. arg. §. 1. in Inſtit. quib. man. lic. uel non.

3 Aut agitur † de diſpēſatione quoad ordines minores, & in hoc caſu Epiſcopus diſpenſare poteſt, ut habetur in cit. c. 1. de fil. præsbyt. li. 6. Is, qui defectum patitur natalium, dicitur. n. ibi, ex diſpēſatione Epiſcopi licitè poteſt, ſi ei aliquod canonicum non obſiſtat, ad ſacros ordines promoueri minores, & obtinere beneficium, cui cura non imminet animarum. Ecce hic aperte habetur Epiſcopum diſpēſare cum his illegitimatis quoad minores, & ad beneficium ſimplex, non tamen ad canonicatum, ita Rebuf. ibid. nu. 12. Nec repugnat illud nomē, Sacros, ut ſupra dictum eſt. Contra ſententiā hanc tamen facit c. literas. eo. in antiq. ubi Romanus Pon. diſpenſat cum illegitimo in minorib. ergo uī prohibitum Epiſcopis. Atqui ratio hæc nihil facit, idcirco enim ibi Summus Pō. diſpenſat, quoniam ipſe fuerat aditus, & non Epiſcopus, ita reſpondet Glo. ibi in uerb. Epiſcopi, ac planè, quamuis dicatur Summū Pon. tantùm diſpenſare poſſe, quoad maiores ordines, Epiſcopus uerò quoad minores, non ſequitur tamen quin Summus Pont. poſſit etiam in minoribus diſpēſare; eſto enim poteſtatem diſpenſandi Epiſcopis in illo caſu conceſſerit, ea tamen non ſe priuauit. Pro certo igitur habebimus Epiſcopum cum illegitimo quoad minores ordines diſpenſare poſſe, atque ſic DD. not. in eod. c. 1. Anch. & Gemin. & reliqui, & Rebuff. in Pract. benefi. in tit. De diſpenſat. ſuper defect. natal. nu. 8. & Nauar. eod. cap. 27. numer. 201.

Quę regula locum habet quacunque ratione illegitimus ſit, uel naturalis ſimpliciter, uel ſpurius, & ex damnata copula natus; nam Eps ſemper quoad minores ordines cū his diſpēſabit. Tum quòd cit. c. 1. ſimpliciter loquitur, & non diſtinguit, inquit enim Epm poſſe diſpenſare cū eo, qui patitur defectū nataliū. Tum qđ ſic aſſerit. Gl. 1. ibi. quam ſequi Archid. Io. Monac. Ioan. Andr. teſtatur Additio ad eā. Gl. Idē Gemin. & Philipp. Franc. ibid. Nec repugnat, ſi dicatur Romanum Pont. ſe difficilem prębere magis in unius, quàm in alterius diſpēſatione, ut in c. niſi. §. perſonæ. de renunciat. nā idē faciunt Epiſcopi, quamuis diſpenſare queant, ita DD. concludunt in cit. c. 1. Diſpenſabūt igitur Epiſcopi cum quocunque illegitimo quoad minores ordines; poteſtas. n. diſpenſandi, cuius effectum trāſit in alium, debet latiſſimè interpretari, ut ait Philipp. Franc. ibi, ubi alios quoſdam idem ſentientes refert.

Qui tñ diſpenſationē petit, exprimere dēt, q illegitimatio ſit, ita no. Philip. Fran. in cit. c. 1. uer. In Gl. 2. & Rebuff. in Prac. benef. in tit. De defect. natal. nu. 60. cum ſeq. & num. 94.

Secundò locū habet eadem regula, ut Epus diſpenſare poſſit uel illegitimatio illa occulta ſit, uel manifeſta; ſemper enim diſpenſare

in minoribus poterit. An igitur is illegitimus, qui occultus eſt, diſpenſatione eget, eſto pro legitimo publicè habeatur? Planè concludendum eſt & hunc egere diſpenſatione, ita dixit Nauar. in Man. eod capitu. numero 201. & Addit. ad Diaz. in Pract. Crim. canon. cap. 14. uerſicu. Et not. quod impedimentum, de quo in hoc cap. In his caſibus igitur Epiſcopus diſpēſare poterit.

Excipitur ergo primum, ut non poſſit diſpē-
4 ſare Epiſcopus in minoribus ordinibus.† Verùm quid ſi, ut proximè dicebamus, illegitimatio occulta ſit, quippe, quia pro legitimo publicè habetur, an in hoc caſu Epiſcopus diſpenſare poterit? Videbatur dicendum Epiſcopum in hoc caſu diſpenſare poſſe; & hoc ob hanc rationem, quoniam Trid. Synod. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6. permittit Epiſcopis facultatem diſpenſandi in omni irregularitate deſcendente ex defectu occulto, quibuſdam caſibus exceptis, ergo & hic diſpenſari poſſe uidentur, ex quo illegitimatio occulta eſt, ut in facto ꝓponitur.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet Epiſcopum diſpenſare non poſſe cum illegitimo etiam occulto quoad maiores ordines, ob citat. cap. 1. de fil. presbyt. libr. 6. Nec repugnat Triden. Synod. nam poteſtas, quam tradidit Sanct. Synod. diſpenſandi cum irregulari occulto locum habet, ubi irregularitas deſcendit ex proprio delicto; ſic enim inquit. Licet Epiſcopis in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto prouenientibus diſpēſare. Si Epiſcopi ergo poteſtatem ſolùm habent diſpenſandi in irregularitate ex delicto occulto proueniente, ergo hic locum non habet, ex quo irregularitas hæc naſcitur ex delicto alieno. Nec facit, ſi dicatur, ſi permiſſum eſt Epiſcopis diſpenſare in irregularitatibus occultis ex delicto proprio proficiſcentibus, multo magis licere eis debet diſpenſare cum irregularitatibus, quæ ex delicto alieno ueniunt; nam, ex quo canon ille commune ius corrigit, in correctoriis non eſt licita extenſio, etiam ſi maior ratio ſit in alio caſu, ut de communi ſententia teſtatur Iaſ. in auth. quas actiones. num. 11. ubi pluribus rem hanc egit. C. de ſacroſan. Eccleſi. Poſtremò, ſi hoc daretur, per ſubauditos intellectus corrigeretur cit. ca. 1. de fil. presbyt. lib. 6. at hoc non licet, ut tradidit Gloſſ. cōmuniter recept. in capit. cupientes. §. quod ſi pro uiginti. de elect. lib. 6. ergo canon ille huc non pertinet. Epiſcopus ergo diſpēſare in hoc caſu non poterit ad maiores ordines, atque ſic dixit Nauar. in Man. cap. 27. num. 194. in fine, & ſequitur Addit. ad Diaz. eod. cap. 14. uerſic. Notabis tamen utiliter, qui concludunt Trid. Synod. in hoc caſu, & in ſimilibus locum non habere. In maioribus ordinibus igitur Epiſcopus diſpenſare non poteſt.

5 Secundò excipitur, †ut diſpenſare non poſſit etiam in minoribus ordinibus, ubi tacitò diſpenſare vellet. Tacitam autem diſpenſationem intelligo, ubi Epiſcopus ſciens quem illegitimum eſſe, ſine alia diſpenſatione primam tonſuram, uel ordines minores ei confert; hac enim ratione diſpenſare non poteſt, ut inquiunt DD. in capitu. 1. de fil. presbyter. libr. 6. & Abba. in cap. innotuit. numero 8. de elect. uiden. & Nauar. in conſil. 1. qui fil. ſint legit. quæſtio. 2. & Rebuff. in Prax. benefic. in titu. De diſpenſa. ſuper defect. natal. numero 9. ubi de communi ſententia teſtatur. Idque ſumma ratione; nam iure cautum eſt, vt cum his in minoribus, minoribus diſpenſet, ſicut habetur in citat. capitu. 1. ergo debet id obſeruare, & formam ordinariam diſpēſandi ſequi, quod non facit ſimpliciter ordines conferendo. Hinc Epiſcopus communione excommunicati utendo, per eam communionem abſoluere excommunicatum non poteſt, quamuis id in animo haberet; & hoc ob hāc rationem, quod formam abſoluendi ſeruare debet, ut ſenſit Gloſſ. in Clement. fin. & ibi DD. ſequuntur de ſentent. excommu. & ego id latiſſimè probaui in Tractatu meo De Cenſuris. ergo idem in caſu noſtro dicendum eſt, ut diſpenſationis forma utatur, cuiuſmodi non eſt adminiſtratio ordinum. Contrarium tamen dicendum uidebatur; nam Summus Pont. hac ratione diſpenſare uidetur, ut antea probauimus. Atqui à propoſita concluſione diſcedendum non eſt. Nec repugnat, quod diximus de Pont. Maxi. quandoquidem ipſe his legibus ſolutus eſt. argument. capitu. propoſuit de conceſſ. preben. & capitu. innotuit. de elect. Epiſcopus autem eſt ſubiectus. cap. 1. & capitu. fin. de conſtitut. & capitu. 2. de iureiurand. In propoſitis igitur tantùm caſibus diſpenſare Epiſcopus poteſt forma ordinaria adhibita; uide tamen infra capitu. 62. §. 2. nu. 9. ubi quæſtionem hanc apertius declarauimus. Sed de diſpenſatione hactenus; ad legitimationis alterum modū, quo irregularitas hæc tollitur, tranſeamus.

SVMMA.

1 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium tollit irregularitatem illegitimati, & reddit eum habilem, ad quoſcunque ordines.*

§. III.

Secundò irregularitas ab illegitimatione orta per legitimationem tollitur. Verùm, quòd legitimatio duobus modis fit à iure, & ab homine, ob eam rem de vtraque agamus, quod ad rē noſtram pertinet, & prius de ea, quæ fit à iure.

1 Legitimatio igitur † à iure per ſubſequens matrimonium fit, ut habetur in ca. tanta. & ibi DD. cōmuniter not. qui fil. ſint legit. eo enim iure

iure cautum eſt, ut ſi quis eam mulierem, ex qua filios concepit eo tempore, quo inter ipſos matrimonium eſſe poterat, uxorem deinceps duxerit, ut filii antea concepti, ac nati, legitimi fiant ipſo iure fauore matrimonii nõ ſolùm ad hęreditates, verùm etiam ad ordines, & dignitates Eccl. omnes, ut dixit Gl. 1. ibi, cuius opinionẽ cõiter receptam teſtatur Abb. ibi. n. 7. & in fine. idem Gl. inquit in cap. innotuit. in verb. Coniugata. quam & cõiter ſequuntur DD. de elect. & Quin. Mandoſ. in Tract. de ſig. grat. in tit. De diſpenſ. ſuper defect. natal. uerſ. Quęro aliquis. Quare ratione hac legitimus factus, Epũs, Cardinalis, & Summus Pont. creari poteſt, atque ſic aſſerunt Viu. in ſua Syl. opin. 441. & Petrus Aduenas in Reg. 350. Ampliat. 5. & Natt. in conſi. 624. nu. 16. Ratione hac igitur omnino legitimus quis ſit; quicquid cõtra dixerint quidam quoad Epiſcopatũ, & malè.

Neceſſariò tamen requiritur, ut uel tempore conceptionis, uel natiuitatis matrimoniũ inter ipſos eſſe potuerit, ut tradunt DD. in eo. c. tanta. & Couar. latè in tit. de ſponſ. in 2. p. cap. 8. §. 2. nu. 1. ubi cõem opinionem hanc pluri b. egit, uide n. Nõ igitur diſpẽſatio aliqua reqrit.

Excipitur tamen, ubi illegitimè natus ante matrimoniũ cõtractum initiari ordinibus uellet; tunc enim diſpenſatione opus eſt; nã matrimonium, quod nondum eſt contractum, legitimum eum non reddit, neque etiam poſt ordines ſuſceptos matrimoniũ ſecutũ, ita dixit Archi. in c. Oſius. in fin. d. 56. ubi alios idẽ ſentiẽtes refert. & Quint. Mandoſ. eod. in loco. & Maiol. de irreg. li. 1. c. 4. nu. 16. uer. In qua re illud. Sed de legitimatione ipſo iure facta per matrimoniũ ſatis; ad legitimationem, quę fit ab homine tranſeamus.

S V M M A.

1 *Legitimatio facta à Romano Pont. ſimpliciter tollit irregularitatem illegitimati quoad ordines.*

2 *Legitimatio facta à Principe laico non tollit irregularitatem illegitimati quoad ordines.*

3 *Legitimatus à Rom. Pont. an ad omnes ordines legitimus erit.*

§. IV.

De legitimatione, quæ à iure fit egimus; iam de legitimatione, quæ fit ab homine videamus.

1 † Vbicũque igitur legitimatio à Romano Pont. facta eſt, legitimatus ad ordines omnes etiam promoueri poteſt; ita. n. ſenſit Inn. in c. per uenerabilem. qui fil. ſint legit. & Syl. in verb. Legitimus. q. 7. uerſ. Tertium. & DD. communiter.

2 Secus † autem ſi à Principe laico legitimet, quamuis Imperator ſit; non. n. ab hoc legitimatus ad ordines admittetur, ut dixit Inn. in cita. c. per uenerabilẽ. nu. 3. ibi. n. ait legitimatum à iudice ſeculari non intelligi ad ordines legitimatũ; & hoc ob hanc rõnem, quoniã de iuriſdictione laici non eſt, habilẽ ad ordines quẽ reddere. Idẽ dixit Gl. 1. in c. lege. d. 10. quam ſequ tur, ac receptã teſtatur eſſe Cou. in tit. de ſpõſ. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 18. & Nauar. in conſi. 1. qui fil. ſint legit. & Maiol. de Irreg. li. 1. c. 8. nu. 1. Idq; meritò, nam non hẽt iuriſdictionem in ſpũalibus Imperator, ut dr̃ in cit. ca. lege. ergo nec de ipſis diſponere poteſt. arg. l. fin. ff. de iuriſd. omni. iud. & c. fi. de conſti. li. 6. Idem ſenſit Anch. in Clem. unic. nu. 17. uerſ. Vigeſimo not. nã ait Comites Palatinos Imperatoris legitimare nõ poſſe ſpurios quoad dignitates Eccleſiaſticas. Idem dixit Syl. in uerb. Legitimus. q. 7. uer. Sextum, & q. 2. uerſ. Quędam uerò fit per principẽ ſecularem.

3 Atqui † an ad omnes ordines habilis erit, ubi quis à Romano Pont. legitimatus eſt? Maiol. eod. c. nu. 4. ſentit habilem non eſſe. Contrariũ uerò tenet Coua. eod. §. 8. nu. 1. Quid igitur cõcludendum? Planè ſic diſtinguendum eſt. Aut Romanus Pon. legitimat aliquem, & in hoc caſu legitimatus ad oẽs ordines promoueri poterit, ut ſupra diximus, legitimatio. n. reddit eũ, tãquam ſi legitimus natus eſſet, at legitimè natus à nullo ordine excluditur, & i hoc caſu opinio Couar. locum habet. Aut diſpenſat Sum. Pont. & tunc ad eũ actum tantũ habilis erit is, cum quo diſpenſatũ eſt, ad quem diſpenſabit, & hic opinio Maiol. locum ſibi uindicabit, q. quod legitimationem, & diſpenſationem pro eodem accepit, ob eam rem ſimpliciter locutus eſt, cùm tamen aliud legitimatio ſit, aliud diſpenſatio, ut tradidit Couar. ibid. ſed iam tertium modum aggrediamur, quo illegitimatio tollitur: id quod in ſeq. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Profeſſio illegitimati in aliqua religione tollit irregularitatem quoad omnes ordines, ſed non quoad dignitates.*

§. V.

1 † Poſtremò per profeſſionem, quam illegitimus in aliqua religione facit, diſpenſationem conſequitur quoad ordines omnes, & ſi non ad dignitates, ita dicitur in capitul. 1. de fil. præsbyter. in antiqu. Vt filii præsbyterorum, ſic enim ibi ſtatuitur, & cæteri ex fornicatione nati, ad ſacros ordines non promoueãtur, niſi aut monaci fiant, uel in congregatione canonica regulariter uiuentes, prælationes uerò nullatenus habeant. Ecce hic habetur ad ſacros ordines hos promoueri, non ad prælaturas, ubi monaci fiunt, ergo multo magis ad minores, atque ſic DD. ibi not. & Quint. Mandoſ. in Tractatu. de ſignat. grat. in Titu. De diſpenſatione ſuper defect. natal. uerſicu. Quæro aliquis. & Addit. ad Diaz. in Practic. crimi. canon. cap. decimo quarto. in uerb. Prohibetque. ibi, ſi tamen illegitimus quiſpiam monaſterium, & Syl. in uerb. Irregularitas.

Contraria tamen opinio locum haberet in dignitatibus profanis. Secūdò, ubi ſcitur eorum parentes legitimos eſſe,& ſic è matrimonio iūctis eſſe natos. Poſtremò poſtquam ordinibus initiati ſunt; tunc enim propter auctoritatem DD.qui priorem ſententiam tenuerunt,ab uſu ordinum non excludentur,ut dixit Couarr. ibid.Suppoſiti uerò filii ordinib. initiari poſſunt, modò legitimi ſint.Ignoti verò nō facilè admittentur,ita Maiol.ibidem.num.4.

2 Verùm,† an irregularis eſt is, qui illegitimos filios procreat?Concludendum eſt breuiter irregularem hunc non eſſe;non enim id iure cautum eſt,ergo nec id dicere debemus.c.is qui.de ſent.excomm.lib.6.nam uera perpetuò regula non eſt tradita à Maiol.lib.1.cap.2.reg. 19.irregularem eum ſemper eſſe,qui alium irregularem reddit, ſed ſolum in caſibus in iure expreſſis.Quare,nec irregularis erit, qui pollicem,atque indicem cuipiam abſcindit,quamuis is,cui illi digiti abſciſſi ſunt,irregularis ſit. arg.c.2.de cler.ægrot.vel debilit. Sicut nec is, qui faciem cuipiā deformat grauiter,nec, qui morbo graui quem inficit,unde irregularis effectus eſt, ob prædictam rationem.Sed de irregularitate hac ſatis;ad alteram tranſeamus.

De Irregularitate, quæ oritur ex vitio corporis, habito reſpectu ad ætatem. Cap. XLV.

SVMMA.

1 *Aetas,quę requiratur ad primam tonſuram.*
2 *Aetas,quę requiratur ad minores ordines.*
3 *Aetas.quæ requiratur ad maiores ordines.*
4 *Aetas,quę requiritur ad ordines,an completa eſſe debeat.*

SECVNDA ſpecies irregularitatis, habito reſpectu ad corpus eſt ea, quam quis contractam habet ob id,qđ id ętatis nō eſt, quam ordo poſtulat, quem ſuſcipere vult.Verùm, antequam ipſam explicemus,præmittenda duo ſunt. Primùm,quę ætas ad ſingulos ordines pertineat. Alterum,an ætas, quæ requiritur ad ordines, completa eſſe debeat.

1 Quoad primum igitur † ad primam tonſuram ſuſcipiendam ſeptenium completum requiritur,ut probatur per c.fin.de temp.ordin. lib.6.nam prohibetur ibi, ne infanti conferatur,quæ infantia durat uſque ad ſeptenium cōpletum,ut dixit Gl.in c.de his.d.28.& Gl.in c. 2.d.77.Septenium igitur ad primam tonſurā completum eſſe debet,atque ſic aſſeruit Gl.in eod.c.fin.in uerb. Infanti.& ſequitur Addit.ad Diaz.in pract.crim.canon.cap.26. uerſi. Ante legitimam ætatem.

2 Quoad† minores autem ordines ſuſcipiendos ętas idonea eſt ea, quæ ſequitur poſt infantiam,ita ſenſit Gloſſ.in c.fin.de ętat.& qualita. & ſequitur eam Anchar.ibid. Verùm,quòd nō eodem tēpore omnes ſuſcipi debent (quatuor enim ſunt)ſed interuallo temporis inter ſingulos interiecto, quo interim in ſuſceptis quis ſe exerceat,niſi aliter ordinario videatur,ut ſanciuit Trid.Synod.ſeſſ.23.de reform.capit.11.ob eam rem ordinarius ipſe, ideſt Epiſcopus poſt infantiam,iuxta ſcientiam,& morum qualitatem tempus hoc moderabitur, ita tradidit Addit.ad Diaz.eod.ca.26.in uerb. Ante legitimā ętatē.iure antiquo exploſo.c.2.& c.ſeq. d.77.

3 Quod † denique ad maiores ordines pertinet,qui tres ſunt,quicquid aliàs antiquitus eſſet per cit.c.2.cum ſeq.& Clem. fin. de ætat.& qualit.nouiſſimè Trid.Synod.ſingulis propriū tempus pręſcripſit,ſubdiaconatui viginti duos annos,Diaconatui uiginti tres, ſacerdotio uigintiquinque,ut habetur.ead.ſeſſ.cap.12.Nullus in poſterum,ait enim ibi S. Synod. ad ſubdiaconatus ordinem ante uigeſimum ſecūdū, ad Diaconatus ante uigeſimum tertium,ad p̄ſbyteratum ante uigeſimum quintum ætatis ſuæ annum promoueatur. Hæc ibi: ex quibus propoſita concluſio habetur. Quæ ætas igitur ad ſingulos ordines pertineat,habemus. Et de hoc primo ſatis.

4 Quoad ſecundum†an ætas completa eſſe debeat,quòd quæſtio hęc non diſputatur de prima tonſura,quandoquidem ad ipſam ſuſcipiēdam completum ſeptenium eſſe debere antea probauimus;neque etiam de minorib.quādoquidē poſt ſepteniū ſuſcipi debent, & interuallū temporum,quod intercedere inter ſingulos debet,in arbitrio Epiſcopi eſt collocatū, ut diximus. Ex quo igitur,inquā,qō hæc de prędictis ordinib.nō diſputatur,reſtat,ut de maioribus diſputetur.In qua qōne breuiter concludimus ſat eſſe,ut ętas illa inchoata ſit, nō aūt cōpleta,nam ita dixit Gl.in Cle.fi.in verb. Vndecimō.de æta.& quali.& ſequitur eā Addit. ad Diaz.eod.ca.& cōem opinionem hāc eſſe ſenſit;ipſam quoq.amplectitur Nauar.in Man ca. 25.n.116.ubi multis rōnib.id probat,& ea potiſſimum,quod per cit.Clem.olim ſat erat attigiſſe eā ętatem.Id quod iure nouiſſimo p Tri. Syno.non eſt correctū.ſed ſolū annorū numerus auctus in Diaconatu,& ſubdiaconatu; ab hac igitur ſnia non diſcedemus,quæ & ꝓbatur per eandē Trid.Syn.nā ibi mādat,ut nullus ꝓmoueatur ad ſubdiaconatū ante viginti duos annos,& ad Diaconatū ante uiginti tres, & ad Præsbyteratū ante viginti quinq.at,qui ſtatim atq.anni illi cępti ſunt, ordinib. initiatur,ante illos annos nō initiatur,ob dictionē illā Ante, ergo ſtatim atq; inchoati ſunt, ordines eos ſuſcipere quis poterit.Nec repugnat, ubi tp̄s in accuſatiuo poſitum eſt,completū illud eſſe debere,ut tradūt Bar.Iaſ.ac DD.in l.ſi cui legcē. ff.de leg.1.nā aduerbiū illud.Ante, obiectio-

nem illam tollit. A communi opinione igitur non diſcedemus. His pręmiſſis iam, an quis ob defectum ętatis irregularis ſit, videamus: id quod in ſeq. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Aetatis defectum patiens irregularis eſt.*
2 *Diſpenſare cum irregulari ob ætatem quis poſſit.*

§. I.

1 S †Defectum ætatis quoque patiens, ideſt non habens ætatem idoneam ad ordinē, quem ſuſcipere uult, irregularis eſt, ut habetur in cap. fin. de tempor. ordin. libr. 6. ibi. n. iubetur, ne vllus Epiſcopus conferat primam tonſuram infanti, alioquin contrafaciens per annum à collatione clericalis tonſuræ ſuſpenſus eſt, ut ibi dicitur. Si ergo infans inhabilis eſt ad primam tōſuram, ergo & non habentes ętatem idoneam ad alios ordines irregulares erunt. Hinc, ut uidebimus, ſi contrafiat, executionem non habent, ordines ſacros ſuſcipiētes, & ſuſpenſi ſunt per Bullam Pii II. incip. Cum ex ſacrorum ordinum collatione. Non eſt igitur, quòd hac de re dubitemus; nam & ſic inquiunt DD. Mar. Socin. Sen. in cap. ad audientiam. num. 76. de homicid. & Nauar. in Man. cap. 27. numer. 202. quamuis nonnulli contrarium ſenſerint. & Couar. in Clemen. unic. pa. 1. §. 1. num. 4. de hom.

2 Verùm †quis cum hoc diſpenſabit? Primū ipſum tempus idoneum aduenien s; nam in omnibus irregularitatibus, quæ ſine peccato ſunt, ceſſante immediata cauſa irregularitatis, ceſſat ipſa irregularitas. argumen. cap. cùm ceſſante. de appell. Quare uiginti duos annos natus, & idcirco inhabilis ad diaconatum, habilis erit ſtatim atque vigeſimum tertium annum attigerit.

Diſpenſare quoque Summus Pont. poterit, at non Epiſcopus, ut quis ante legitimam ætatem ordinem ſuſcipiat, ita Gloſſ. inquit in Clemen. fin. in uerb. Anno. de ętat. & qualit. quam ſequitur ibi Tab. q. 7. & Abba. in capit. cum in cunctis. §. 2. numer. 8. de elect. & Quint. Mandoſ. in Tracta. de ſignat. grat. in titu. Diſpenſatio ſuper defect. ętatis. in principio. & Nauar. eod. uerſicu. Duodecimò. qui & hoc uerum eſſe in religioſo ait non obſtantibus priuilegiis, quæ uidentur excluſa per Concil. Triden. ſeſſ. 23. de reform. capitul. 12. & communem opinionem hanc eſſe ſentit Catech. Neapolit. lib. 4. cap. 12. uerſicu. Secundò Epiſcopus; non enim Epiſcopo id permiſſum iure habetur. Solus igitur Summus Pont. cum hoc diſpenſabit. Et de quæſtione hac ſatis. Verùm, quid ſi quis ſine diſpenſatione ordinem ſuſcipiat, an executionem ordinis habebit? Item quid ſi deinceps celebret, an irregularis fiet? Has quęſtiones in ſeq. abſoluemus.

S V M M A.

1 *Aetate inhabilis ordinem ſuſcipiens executionem non recipit.*
2 *Aetate non idonea ſi quis ordines ſuſcipiat, ſuſpenſus eſt.*
3 *Suſpenſio, quę contrahitur per ſuſceptionem ordinū ante ętatem, à quo tollatur.*

§. II.

1 S †Quæſtio primò explicanda propoſita nobis hæc eſt, an qui ætate inhabilis eſt ad ordines, executionem habeat, ſi abſque diſpenſatione ordinibus initietur. In qua quęſtione, ſi maioribus ordinibus initiatus ſit, pro certo habendum eſt, executionem hunc non
2 habere. Et hoc ob hanc rationem, quoniam †per Bullam Pii II. ſuſpenſus eſt, ſuſpenſus autem diuina facere non poteſt. cap. 1. de except. lib. 6. & cap. 1. de ſentent. excommu. eod. lib. & ut dixit Nauar. in Man. cap. 25. num. 70. Id quod locum habet etiam in regularibus, non obſtātibus priuilegiis conceſſis à Pio Quinto, quæ reuocata ſunt à Gregorio XIII. & redacta ad decretum Concilii Trid. ſeſſ. 23. cap. 12. de reform.

Item locum habet, eſto legitima ętas aduenerit; nam, antequam à ſuſpenſione abſoluatur, diuina facere tamen non poterit. Nec repugnat cap. uel non eſt compos. de tempor. ordi. & ibi allegata, & multa quę Addi. ad Diaz. refert ca. 26. in uerb. Ante legitimam ætatem, ibi, Is uerò, qui ante. ubi tenet hos ſuſpenſos non eſſe ipſo iure, quod & communiter receptum eſſe teſtatur Couar. in Clemen. unic. pa. 1. §. 1. num. 4. de homicid. ubi multa de hac re inquit, & idcirco adueniente ætate legitima adminiſtrare poſſe; nam ueteri iure ea locum habent; non autem nouo eius Bullæ, ut dixit Nauar. ibid. & Addit. ad Diaz. eod. in litera E, uerſicu. Extrauagans Pii II. & Couar. ibid. A propoſita ſententia igitur diſcedendum non eſt.

3 Verùm †quis abſoluat ab ea ſuſpenſione? Proprius ordinarius, ex quo enim Summus Pont. eius abſolutionem ſibi non ſeruauit, conceſſiſſe ipſi exiſtimatur. argumen. capi. nuper. de ſentent. excomm. cum ibi not. & ut ego declaraui abundè in Tractatu meo de Cenſuris Tab. 1.

Ex his cōſtat, ubi qui ętate inhabilis eſt, ordines ſuſcipit, ſuſpenſum etiam eſſe ob Bullam eiuſdem Pii II.

Excipitur tamen, ubi quis bona fide, & probabili ductus ignorantia, exiſtimans ſe in ætate idonea eſſe, ordinem ſacrum ſuſcipit, nam hic ſuſpenſus non eſt; quandoquidem ut ſuſpēſione hac quis obligetur, temeritas reqritur, ob ea uerba Bullæ. Nos eorundem temeritatē, quæ temeritas non præſumitur in eo, qui bona fide, & probabili ignorantia quidpiam fecit, vt inquit Cardin. in Clem. 1. q. 39. de priuileg. atque

que ſic dixit Addit.ad Diaz.eod.cap.uerſ. Primò quòd eius diſpoſitio.& Nauar.in cap.accepta.Oppoſit.8.num.33.cum ſequen. de reſtit. ſpol.& in Man.cap.27.num.155. uerſ.Tertia. & Couar.in Clemen.unic.de homicid.p.1.§.1. num.4.propè finem.

Poſtremò excipitur,ubi quis minores ordines ſuſciperet etiam ſciens in ætate inhabili; nam neque hic ſuſpenſus erit;quandoquidem ea Bulla Pii II.loquitur ſolùm de ordinibus ſacris,& non de aliis, ergo nec nos ad minores trahere ipſam debemus.argum.l.de prætio.ff. de publ.in rem act. præſertim quod ſumus in pœnis,& idcirco lex coarctanda.capi.odia.de regu.iur.lib.6.& in l.interpretatione.ff.de pœni.atque ſic dixit Addit.ad Diaz eod.capit.in uerb.Extrauagans Pii II.in litera E.uerſi.Tertiò erit.& Nauar.in Man.cap.25.num.70.uer. Dixi ordines ſacri.Sed de quęſtione hac ſatis, ad alteram tranſeamus.

SVMMA.

1 *Suſpenſus ob id,quòd ſacros ordines in ętate inhabili ſuſcepit, irregularis eſt,quæ regula, quouſque pateat,declaratur.*

2 *Iregularis aliquando iterum irregularis efficitur.*

3 *Senes an irregulares ſint.*

§. III.

1 †Poſtrema quæſtio propoſita explicanda hæc eſt,an ſuſpēſus ob id,quod ſacros ordines in ętate inhabili ſuſcepit ob Bullam Pii II.irregularis fiat,ſi nihilominus celebret. In qua quæſtione breuiter concludo irregularem hunc fieri:nam quiuis ſuſpenſus celebrans irregularis fit.c.1.de excep.lib.6.& c.1. de ſent.excom.eod.lib.

Atqui uidebatur dicendum contrariū,quoniam ut DD communiter concludunt, irregularis celebrando iterum irregularis non effici-
2 tur.Verùm†à propoſita opinione diſcedēdum non eſt,ſcilicet irregularem in hoc caſu fieri; & hoc ob hāc rationem,quoniam per Bullam Pii II.ut uidimus, ordines ſacros ſuſcipiendo ante legitimam ætatem quis ſuſpenſus eſt, & ſuſpenſus celebrando irregularis efficitur. capit.1.de ſentent.excomm.lib.6.atque idcirco noua irregularitate notatur. Non obſtat autē DD.ſententia, quandoquidem ea locum habet,ubi nulla cenſura ante celebrationem irretitus eſt.

Excipitur tamen primò,ubi bona fide, & probabili ductus ignorantia,exiſtimans ſe in ætate habili eſſe,ordinem ſuſcepit;quod enim tūc ſuſpenſus non ſit,ob eam rem nec irregularis, ob rationes,quas in antecedenti quæſtione attulimus,quæ & hic locum habent.

Secundò excipitur,ubi temerariè etiam ordinem ſuſcipit;ſed poſtea pœnitentia peracta exiſtimans ſe diuina celebrare poſſe,diuina celebrauit;ex quo enim dolus hic non adeſt, qui requiritur ob uerbum illud,Præſumpſerint, ut dixi in antecedenti quęſtione,irregularis non ſit,atque ſic aſſeruit Diaz.eod.uerſic. Secundò.& Nauar.in cap.Accepta.oppoſit.8.nume. 35.& in Man.cap.27.nume.156. Quare nullus iuuenis irregularis erit,qui bona fide ordinem ſuſcipit in ætate inhabili,& deinde eadem bona fide celebrat,ita DD.Allegati iiſdem in locis.& Couar.in Clemen.unic.p.1.§.1.nume.4. uerſicu.Hodie tamen. Immò & in foro exteriori irregularis non erit ob eam probabilem ignorantiam.argumen.ca.Apoſtolice. de cler. excom.min. In hac quęſtione igitur ſic concludendum cenſeo.

Quæ diximus locum habēt in eo etiam, qui extra tempora legitima eoſdem ordines ſuſcipit,uel à non ſuis Epiſcopis abſque literis dimiſſoriis; nam per eandem Bullam ſuſpenſus eſt,& irregularis ſit, ſi ſuſcepto ordine utatur, ſicut de eo concluſimus,qui ante legitimā ætatem iiſdem ordinibus initiatur.

3 At quid † de ſenibus, an & ipſi irregulares ſint? Planè,ſi functiones ordinum obire nequeant,irregulares ſunt,ut habetur in cap.1.d. 85.& ita not.ibi Gloſſ.quę ait non promouendum ſenem eſſe,& promoto coadiutorem dari,per cit.cap.1.& cap.petiſti.7.qu.1.& ita ait Gloſſ.etiam in cap.1.& in cap.niſi.uerſic.Interim.de renunciat. Etenim & antea concludimus omnes inhabiles irregulares eſſe, ergo ēt & ſenes. Et de hac irregularitate ſatis;ad tertiā ſpeciem tranſeamus.

De Irregularitate,quæ oritur à vitio corporis,habito reſpectu ad eum, qui membro caret,vnde functiones Eccleſiaſticas obire non poteſt. Cap. XLVI.

SVMMA.

1 *Membro carens,vnde functiones Eccleſiaſticas obire non poteſt,Irregularis eſt,etiam*

2 *Si non ſua culpa,ſed caſu,vel natura id contig erit.*

3 *Cæcus irregularis eſt.Item*

4 *Mutus.Item*

5 *Manibus carens.Item*

6 *Pedibus,vel vno carens.*

TERTIA ſpecies irregularitatis, quę à uitio corporis oritur,eſt ea,quæ contrahitur ob id, quod quis eis mēbris caret,unde Eccleſiaſticas functiones obire non poteſt.

1 Pro regula igitur † habebimus irregularem eum eſſe,qui eo membro caret, ſine quo functiones Eccleſiaſticas exercere nequit. Probatur autem hæc ſententia primò per ca. pen.de

corp.

corp.uit. ibi enim cùm quidam promotus eſſet in abbatia,qui manu altera carebat, remouendum ab ea Romanus Pont.reſpondit ; & hoc ob hanc rationem,quoniam pro tam enormi defectu ad ordines promoueri non poſſe ait: enormis autem defectus eſt,quandoquidē ob carentiam manus ordinum functiones exercere non poterat.Vbi ergo defectus talis adeſt,irregularis efficitur.Secundò facit cap.fin. eod. cum enim & ibi quidam careret ungula pollicis,dubitareturque, an poſſet ad ſacerdotium admitti,Romanus Pont. hac de re cōſultus reſpondit,Si ad frangendam euchariſtiam eſt in pollice ipſo potens,ut admittatur ad ordinem ſacerdotii; ergo ſumpto argumento à contrario ſenſu admitti non debet, ſi euchariſtiam frangere nequeat,& ſic ea agere , quæ ad ordinis functiones pertinent. Multo magis igitur hoc erit, ubi membro huiuſmodi careret. Pro certo igitur habebimus, qui membro caret, quamobrem ordinis functiones exercere non poteſt,irregularem hunc eſſe, atque ſic dixit Abba.de communi DD. ſententia in eod. cap.fin.ut ſcilicet ubi inhabilis quis eſt ad functiones ordinum ob carentiam membri, irregularis fiat,vel caſu,uel ſponte id contigerit . Idem ſentit Hoſtien.in Sum.de corp.uit.§.qd ſit impotentia,& §.ſequen.& Syl.in uerb.Corpore vitiatus.q.1.nam ait corpore vitiatos nō ordinandos eſſe propter inhabilitatem ad officium exequendum, & generaliter tenendum eſſe uitium corporis quodcunque, ſi inhabilē ad frangendam,uel contrectandam hoſtiā reddat,impedire,ne quis promoueatur, & promotus prohiberi,ne miniſtret.Idem ait eod.qu.2. de communi ſententia Canoniſtarum,mutilatum membro inducente inhabilitatem ad exequendum officium,ut mutilatio manus, & huiuſmodi,impediri,ne promoueatur,& promotum deiici.Vel id ex iuſta cauſa, uel iniuſta naturali,uel accidentali acciderit . Idem aſſerit Ioan.Tabien.eod.quæſt.2.& Angel.num. 3.& Nauar.in Man.cap.27.num. 200.uerſi. Sextò, & uerſic.Septimò.& Couar.in Clemen.un.p.1. num.5.uerſicu. Prior regula. de homici.ubi & alios plures idem ſentientes refert.& S.Thom. lib.4.d.25.q.2. Non eſt igitur quod hac de re dubitemus;nam ordinis ſacramentum confertur, quò ſacramenta adminiſtrentur , aliaque diuina officia faciant . Iure igitur,qui has functiones obire nequit,irregularis eſt , & initiari ordinibus non debet. Poſtremò, ſi ordo huic conferatur,qui non poteſt eum exercere, potētiam hic acquireret,quæ nūquam operaretur ; at fruſtra eſt ea potentia, quę nunquam reducitur ad actum,ut aiunt philoſophi,ergo, ne id in caſu noſtro contingat, meritò ſic mutilatus ad ordines non admittitur;etenim Deus,& natura nihil fruſtra operantur.Ab hac igitur ſententia non diſcedamus.

2 Quæ regula locum habet, † ut allegati DD. inquiunt, uel culpa ſua id contigerit, uel non ſua culpa,ut pote,vel quia ſic natus ſit, uel ab hoſtibus mutilatus,uel caſu;viget enim in quocunque caſu eadem ratio,ſcilicet ab hoc Eccleſiaſticas functiones obiri non poſſe,ergo & diſpoſitio.

3 Quare cæcus,†qui oculos nō habet,uel quia ſine ipſis natus eſt, uel quia ratione quapiam ei effoſſi ſunt,irregularis erit, ut qui Eccleſiaſticas functiones,miſſę ſacrum exempli gratia facere nequeat.cap.2.§.ſi cœcus.d.49.† Mutus

4 etiam,qui linguam præciſam habet,quòd uerbis ſacramētorum formas exprimere, ſeptem horarum præces recitare nequit , irregularis

5 quoque hic eſt.† Qui denique ambabus ma-

6 nibus,uel altera;†quive pedibus caret,hi quoque irregularitatis notam non effugiunt; nam poſterior altari intereſſe per ſe nō poteſt:prior autem ſacra myſteria contrectare non valet,ut per ſe patet. Vbi ergo prædictis membris quis caret,irregularis ſine dubio cenſendus eſt ; ſed de irregularitate hac ſatis; ad alteram tranſeamus.

De Irregularitate,quæ oritur à vitio corporis,habito reſpectu ad eum, qui membra quidem habet, ſed inhabilia ad functiones Eccleſiaſticas obeundas. Cap. XLVII.

SVMMA.

1 *Membra debilia habens,vnde Eccleſiaſticas functiones exercere nequit,irregularis eſt,etiam*
2 *Si caſu,vel natura id contigerit.*
3 *Oculos habens,ſed non videns,irregularis eſt.*
4 *Viſum breuem habens non eſt irregularis.*
5 *Videndi gratia conſpicillis vtens irregularis non eſt.*
6 *Surdus,qui nihil omnino audit,irregularis eſt.*
7 *Surdus tardè audiens irregularis non eſt.*
8 *Aure vna audiens irregularis non eſt.*
9 *Linguam habens, ſed loqui non potens irregularis eſt ſeu Mutus.*
10 *Balbi,ſeu bleſi irregulares ſunt,vbi ſcandalum darent loquendo.*
11 *Manus arridas habens irregularis eſt.*
12 *Pollicè,indiceque ambarum manuum carens irregularis eſt.*
13 *Digitis omnibus carens,indice, polliceque vtriuſque manus exceptis, irregularis eſt ob manuum deformitatem.*
14 *Vngulis digitorum carens an irregularis ſit.*
15 *Pedes habens,ſed inhabiles ad ambulandum irregularis eſt.*
16 *Pede ligneo vtens irregularis eſt.*
17 *Claudus,qui ad altare,ſine bacculo ire nequit irregularis eſt.*
18 *Claudus,qui ſine bacculo ad altare ire poteſt,irregularis non eſt.*

Quarta

QVARTA ſpecies irregularitatis, quæ à uitio corporis oritur eſt ea, quę cõtrahitur ob id, quòd membra quidẽ habet, ſed inhabilia ad functiones Eccleſiaſticas exercendas.

1 Pro regula igitur† habebimus irregularem eum eſſe, qui membra omnia habet, ſed inhabilia ad functiones Eccleſiaſticas obeũdas, cũ ob rationes in antecedenti capite allatas; tum quòd ita DD. allegati ibid. id inquiunt. Addo probari etiam hoc per cap. 2. de cler. ęgrot. uel debili. ibi enim prohibetur, ne præsbyter, cui digiti cum medietate palmæ manus abſciſſi à prædone fuerant, miſſam celebret; & hoc ob hanc rationem, ut ibi dicitur, quoniam non poteſt id ſecurè facere ob debilitatem manus. Ecce hic membrum abſciſſum non erat, ſed inhabile redditum, & tamen prohibetur, ne miſſæ ſacrum faciat. Membrum igitur inutile, quam obrem diuina facere nõ poſſumus, irregulares nos reddit. Nec repugnat quòd Innocent. inquit uitiatum corpore irregularem non eſſe, quem & ſequi uidetur Abba. nam quoad ſuſcipiendos ordines uitium corporis irregularem reddit, ut probauimus hic, & in antecedenti capite, ſed quoad ſuſceptos irregularis tantũ eſt quoad eas functiones, ad quas inhabilis factus eſt, & in hoc caſu ſecũdo locum habet opinio Innocen. atque ſic reſpondit Mar. Socin. Sen. in cap. ad audientiam. num. 77. cum ſequẽ. de homicid. cuius ſeententiam & ego ſequor, quãuis quoad ſecundum dictum non ſimpliciter, ſed ſolùm, ubi non ſua culpa inhabilis factus eſt. A propoſita igitur regula non diſcedemus.

2 Quę locum habet† uel abſque culpa noſtra id contigerit, ob cita. c. 2.

3 Qui ergo† oculos habet, ſed tamen nihil uidet, irregularis eſt, idem enim eſt oculos nõ habere, & habere, ſed inutiles. argumen. ca. inter corporalia. de tranſlat. Epiſcop. Hoc autem locum habet quacunque ex cauſa id ei contigerit, ut generatim proximè diximus, & ſic uel natura, uel morbo, uel uitio corporis, quia ſcilicet nattam in oculo habet, uel caſu pelliculam quod contigit Sancto illi Thobię. Item locum habet in eo, qui quodam anni tempore de nocte non uidet, eſto lumen habeant, ualet enim argumentum de toto ad partem. argument. le.
4 quæ de tota. ff. de rei uind.† Non irregulares
5 tamen erunt, qui breuem uiſum habent†, uel ſine conſpicillis non uident; deformitas enim nulla hinc eſt, & obire diuina munera queunt.

6 Surdus etiam† qui nihil omnino audit ob corruptum ſenſorium auditus, irregularis eſt; non enim pœnitentes audire poteſt. Hinc ſurdi nec iudices dari poſſunt, nec tutores, ut dicitur in le. cùm præter. §. non autem. ff. de iud. & in l. 1. §. mutus. & ibi Bart. ff. de tuto. Hinc muti appellantur uitioſi, in l. 3. ff. de ædilit. edi. & facit cap. pœnitentes. diſt. 55. ubi Hilarius Papa prohibet, ne membrorum damna perpeſſi ad ſacros ordines aſpirare audeant, ergo nec ſurdi aſpirare queunt, ex quo damna membrorum ſenſus auditus patiuntur. Hoc autem locum habet uel ad motum labiorum, & ſigna aliqua intelligerẽt, decipi enim facilè poſſunt, & non commodè functiones Eccleſiaſticas
7 obire ualent.† Excipio tamen ab hac irregularitate eum, qui tarde exaudit, q ſurdaſter uulgo dicitur; hic enim irregularis non eſt, & functiones alias ciuiles obire etiam poteſt. Hinc teſtamentum facere, tutor dari, ſtipularique poteſt, ut dicitur in §. item ſurdus & mutus. in Inſtit. Quib. non eſt permiſſ. fac. teſt. & in l. fin. ff. de leg. tutor. & in §. mutum. in Inſtit. de in-
8 util. ſtipulat.† Immò, uel una aure tantùm audiat, irregularis hic non erit, ut dixit Maio. de Irregular. lib. 1. cap. 25. num. 1.

9 Qui etiam† linguam habet, ſed tamen mutus eſt, irregularis efficitur; inter alia enim quę in clerico poſtulantur, hoc eſt, ut linguam expeditam habeat, & loqui poſſit; quandoquidẽ neceſſe habet ſacramenta adminiſtrare, diuinas pręces recitare, populos erudire, quę munera obire nequit, ſi linguæ officio careat, ſicut nec etiam alias functiones ordinis, ac iuriſdictionis exercere poteſt, ut cenſuras ferre, latas tollere, beneficia conferre, & alia munera iuriſdictionis Eccleſiaſticæ obire, unde in le. ſi cui lingua. ff. de ædil. edict. qui lingua caret, ſanus nõ dicitur, & qui mutus eſt, iudex dari nequit nec tutor, ut dicitur. in cita. §. non autem, & in le. pen. ff. de leg. tuto. & baptizare etiam nõ poteſt, ut dixit gloſſ. communiter recept. in capi.
10 detrahe. 2. quæſt. 1.† Balbi quoque, ſeu bleſi, q ſunt ii, qui tardè loquuntur, irregulares ſunt, ubi uerba clarè non exprimunt ſaltem ob ſcãdalum, quod dare poſſunt; etenim in exprimẽdis ſacramentorum formis errare facilè queũt. Excipio tamen, ubi, & ſi tardè loquuntur, uerba benè exprimunt, & ob tarditatem illam ſcãdalum non tribuunt, ut pote, quia modicè id faciũt. Hinc S. Moyſes à Deo electus Summus Pont. & Valerius Ceſar Auguſtanus Epiſcopus, ita Maiol. eod. lib. 1. cap. 26. num. 1. quamuis lingua impediti ex parte eſſent.

11 Manus etiam† ſi quis habeat, ſed aridas irregularis hic eſt; nam ea uti non poteſt ad ſacram hoſtiam contrectandam, quo caſu quis ad ſacerdotium admitti nõ debet, ut habetur in cap. fin. & ibi not. de corp. uit. & in ca. 2. de
12 cler. ægrot. uel debilit.† Idem ſi pollice, indiceque uel altero eorum ambarum manuum, uel alterius careat ob rationem proximè allatam, atque ſic ſenſit Gloſſ. in cap. fin. de corp. uit. & Syl. in uerb. Homicidium. quæſt. 3. uerſi. Quartus. & in verb. Corpore uitiatus. q. 1. & Tabie.
13 eod. q. 2.† Immò, vbi alios digitos nõ haberet, exceptis duobus iam dictis, adhuc irregularẽ hunc cenſerem, & hoc ob deformitatem, & ſcãdalum, non ob aliam rationem.

14 Verùm quid† ſi ungulis digitorum careret?

Planè

Planè ſentio irregularem hunc non eſſe, ubi hoſtiam frangere tamen poteſt, ut dicitur in cap. fin. de corp. uit. nam, cùm ibi ungulam pollicis quis amiſiſſet, Romanus Pont. hac de re conſultus reſpondit ob id non remouendum, quin ad ſacerdotium admittatur, modò poſſit hoſtiam frangere. Id quod quando facilè fieri poſſit, pro certo habeo irregularem hunc non eſſe, & multo minus ſi aliorum digitorum ungulis careat, qui ad frangendum neceſſarii non ſunt.

15 Pedes quoque habens, † ſed non habiles ad
16 ambulandum, irregularis etiam eſt. † Quare, q ligneo crure, ac pede ambularet, irregularis hic erit, ſineque diſpenſatione ordinibus non initiabitur, facileque cum religioſis, eo quòd ad talos uſque ueſtes ferunt, unde ligneus pes uideri nequit, diſpenſabitur, ut dixit Abba. in cap. fin. de corp. uit. & Tabien. eod. in principio.

17 Irregularis quoque † erit claudus, qui ad altare ſine bacculo ire nequit ob periculum, quod imminet, atque ſic dixit Gloſſ. in cap. ſi quis in infirmitate poſitus. d. 55. & in capi. nullus Epiſcopus. de conſecra. d. 1. etenim eo iure prohibetur, ne quis cum bacculo ad altare accedat, ſequitur idem Abba. in cap. 2. num. 3. de cleri. ęgrot. uel debilit. & Rebuff. in Prax. benefic. in Tit. de diſpenſatione cum corpore uitiatis. numer. 6. uerſic. Claudus uerò. nam inquit claudum promoueri poſſe, dum ſuſtinere ſe ualet, ergo ſecus ſi ſuſtinere ſe non poteſt, atque ſic dixit Quint. Mandoſ. in Tractatu. de ſigna. gra. in Titu. Diſpenſatio pro corpore uitiatis. uerſicu. Cum claudo. Nam ait ibi non diſpenſari cùm claudo, qui non poſſet aſcendere ad altare ſine bacculo, ne poſſit celebrare.

18 Excipitur tamen † ubi claudus ſine bacculo eſſe in altari poteſt. argumen. cap. ſi quis. diſt. 55. Si quis in infirmitate poſitus clericus medicorum inciſione claudus efficitur, dicitur enim ibi, promoueri ad ſacros ordines eũ non negamus. Ecce hic dicitur claudum non prohiberi, quominus ad ordines promoueatur; Gloſſ. tamen ibi ſubiungit hoc uerum eſſe, modò ad altare non oporteat ipſum ire cũ bacculo, quæ interpretatio ueriſſima eſt, quoniã nullus Epiſcopus, ſeu pręsbyter, aut diaconus ad miſſarum ſolemnia celebranda præſumere debet cum bacculo introire, ut dicitur in cita. ca. nullus Epiſcopus; quamobrem Gloſſ. ibi inqt non debere promoueri in præsbyterum, qui ſine bacculo non poteſt ſuſtentari in altari. Quãuis igitur cita. cap. ſi quis in infirmitate. generaliter loquatur de claudo, ut poſſit ad ordines promoueri, accipi tamen debet, modò in altari ſine bacculo eſſe poſſit. iux. citat. capi. nullus Epiſcopus. quo iura iuribus cõcilientur, quod fieri debet, ut dicitur in capi. cùm expediat. de elect. li. 6. & l. 2. C. de dot. promiſſ. Claudus igitur ad ordines promouebitur, ubi ſine bacculo eſſe, et ire poteſt, & deformitas non adſit grauis, uel ridicula, ita Maiol. de Irregul. lib. 1. cap. 18. num. 2. uerſic. In iſtis, & nos in ſequenti declarabimus. Et de hac irregularitate itidem hactenus; ad aliam tranſeamus.

De Irregularitate, quæ oritur à vitio corporis, habito reſpectu ad eum, qui membra omnia habet, & habilia ad functiones Eccleſiaſticas obeundas, ſed adeo deformia, vt ſcandalum, ſtomachumve aliis faciant. Cap. XLVIII.

SVMMA.

1 *Membrorum deformitas, quę ſcandalum prębet, irregularem quem reddit, quamuis non impediat, quominus functiones Eccleſiaſticas quis obeat.*
2 *Oculus, cui erutus eſt, irregularis eſt.*
3 *Oculos ambos qui habet, & ſiniſtro non videt, ſed dextro, irregularis eſt.*
4 *Oculus ſiniſter oculus canonis dicitur, & quamobrem.*
5 *Oculi uitium ſcandalum præbens, vel ſtomachum faciens irregularem quem reddit.*
6 *Oculorum lipitudine graui laborãs irregularis eſt, ſecus ſi leui.*
7 *Oculo, ſeu in oculo maculam habens, irregularis eſt ſi grauem deformitatem afferat.*
8 *Oculum unum altero maiorem habens irregularis eſt.*
9 *Oculos extra caput eminentes, vel ſtrabonis habens, irregularis eſt, modò ſcandalum det.*
10 *Articulis carens, ideſt cartilagine, quę aures ambit, an irregularis ſit.*
11 *Aures perforatas habens, an irregularis ſit.*
12 *Naſo carens irregularis eſt.*
13 *Naſus paruus, vel magnus, vel obtortus, an irregularem reddat.*
14 *Digitis bis pollice, & indice ſimul iunctis communi vngue, an irregularis quis fiat.*
15 *Pedes habẽs ita ut tali ante, digiti verò retrò ſint, vel tali ſibi reſpondeant, vel extra, vel digiti vtriuſque pedis ſe reſpiciant, irregularis hic eſt.*
16 *Pede ligneo vtens irregularis eſt.*

QVINTA ſpecies irregularitatis, quæ à vitio corporis oritur, eſt ea, quæ contrahitur ob id, quod membra quidẽ habet, & habilia ad functiones Eccleſiaſticas exercendas, ſed ſic deformia, vt ſcandalum præbeant, ſtomachumve faciant.

1 Pro regula igitur † & hic habebimus, qui mẽbra huiuſmodi habet, quamuis functiones Eccleſiaſticas obire poſſit, irregularem tamẽ hũc eſſe. Nam ſic habetur in ca. 2. de cler. ęgrot. uel debilit. ibi enim Summus Pont. prohibet præsbytero cuidam miſſam celebrare, cui duo digiti

giti cum medietate palmæ a prædone abſciſſi
erant:& hoc ob hanc etiam rationem, quoniã
ſine ſcandalo propter deformitatem membri
celebrare non poſſet. Ecce ibi propter deformi
tatem membri, quæ ſcandalum generet, quem
prohiberi diuina facere, atq; ſic not. Abba. ibi,
ac DD. Idem habetur in c.3.& c.4. eod. vbi le-
pra infectus ab adminiſtratione remouetur
ob ſcãdalum,& abominationem populi. Non
eſt igitur quod hac de re dubitemus; nam & ſic
DD. concludunt ex ſententia Abbat. in eod. c.
2. omnem magnam deformitatem corporis p
ſe ſat eſſe ad reddendum hominem irregularẽ,
etſi nullam habeat membri mutilationem, &
ſequitur Maiol. de Irregular. lib. 1. cap. 2. verſ.
Prima regula.

2 Quare † is, cui oculus erutus eſt, irregularis
eſt, vt dicitur in c. fin. verſ. Nam illi. d. 55. Nam
illi, dicitur enim ibi, cui erutus eſt oculus, non
poſſunt ſecundum canones ſacerdotij iura con
cedi; & hoc ob hanc rationem, quoniam caren
tia oculi hac ratione grauem inducit deformi
tatẽ, vt dixit Nauar. in Man. cap. 27. num. 199.
verſ. quartò. ibi, Magis enim deformitas.

3 Irregularis etiam eſt, † qui oculos omnes
hẽt, et ſiniſtro oculo non videt, ſed dextro; qđ
enim indecorum eſt, dum canonem miſſæ le
git, ex quo dextro oculo tantum videt, nimium
ſe ad populum conuerti, ob eam rem indeco-
rum illud, & deformitas irregularem eum red
4 dit, vt dixit Nauar. ibid. † Secus autem ſi ſini-
ſtro oculo videret, qui canonis oculus dicitur,
eo quòd ipſo canonem legimus, dextro autem
quem habet non videt; non. n. irregularis eſt,
quandoquidem ceſſat deformitas iam dicta
conuerſionis nimiæ ad populum, & oculus dex
ter ſanus videtur, quamuis eo non videat, eſto
contrarium nonnulli ſenſerint, ac male, quos
refert, ac reicit Nauar. ibidem.

5 Si itidem † vitium aliquod in oculos habeat,
quamobrem ſcandalum ob deformitatem da-
ret, vel ſtomachum faceret, irregularis hic etiã
erit. Si ergo palpebras ita expanſas ex parte in
feriori quis habet (cõtingit enim aliquando ip
ſas eſſe coniunctas faciei cum deformitate,)
6 irregularis etiam hic erit. † Si lipitudine oculo
rum adeo graui laboret, vt ob putredinem ſto
machum faciat, irregularis hic erit. c. hinc ete-
nim. d. 49. Secus autem ſi parua eſſet, quamo-
brem deformitas ceſſaret: id autem quãdo ſit,
Epiſcopus id arbitrabitur. argumen. c. cùm de
tua. de corpor. vit. & vt infra id ſuo loco proba
7 bimus. † Qui maculã itidem in oculo habet,
quæ grauem deformitatẽ ferat, irregularitatẽ
etiam contrahit, quod quãdo quoq; ſit, Epiſcó
pus diiudicabit, ob cit. c. cùm de tua. vbi de ma
cula oculi habetur, ſecus autem, ſi macula pri-
8 ma fronte non cerneretur. † Qui vnum oculũ
altero maiorem habet, irregularitatem non eſ
fugiet, vt dixit Gloſſ. in eod. c. cùm de tua. mo-
do ſcandalum præbeat, alias non. arg. l. qui cla
9 uum. ff. de æd. edicto. † Qui extra caput eminen
tes oculos habet, aut ſtrabonis pro irregulari
etiam habebitur, modò & hic deformitas ſcan
dalum generans adſit, alias non. arg. cit. l. qui
clauum.

10 Qui etiam † auriculas, ideſt cartilaginem
eam, quæ aures ambit, abſciſas habet ob deli-
ctum a ſe comiſſum ſeu ſua culpa, irregularis
ob hanc deformitatem hic erit; nõ enim quod
vel membro careat, vel quod ſine illis functio
nes eccleſiaſticas obire non poſſit, vt per ſe pa
tet, ſed ob deformitatem, & ſcandalum, quod
daret celebrando, irregularis efficitur; memo-
ria enim renouaretur culpæ ab ipſo admiſſę. &
ita Maiol. de Irre. li. 1. cap. 25. num. 5. & ſeq.
Quid verò ſi abſq; ſua culpa? Planè, ſi & hic de
formitas adſit, pro irregulari habebitur, arte
tamen poterit id celari, ſcilicet capillis paſſis,
& non tonſis, ſeu non abſciſis.

11 At quid † ſi perforatas aures habeat, an irre
gularis hic erit? Planè ſi id contingat in locis,
vbi conſuetudo eſt, vt & nobiles perforatas eas
habent, vel ob morbum id fiat, irregularis hic
non erit: ſecus autem ſi perforatæ ſunt, dum eſ
ſent pueri, & in delitijs habiti; & hoc etiam ob
ſcandalum, quod datur ob renouationem me-
moriæ delicti, & ita Maiol. ibidem.

12 Qui naſo † etiam caret, irregularis eſt ob de
formitatem magnam, quæ naſcitur ex eius de
fectu, atq; ſic dixit Ioan. Tabien. in verb. Cor-
pore vitiatus. q. 1. in fine. ver. Et ideo patientes
defectum in membris. & Maiol. de irregular.
lib. 1. cap. 22. in fine. Id quod locum habet, qua
cunque ratione ipſo quis careat; deformitas
enim ſemper adeſt. Immò, vt ego audiui quen
dam ſic mutilatum, non facile legit, ac loqui-
13 tur. † Verùm quid de paruo, vel magno naſo,
vel ob torto, de quo habetur in c. 2. d. 49. Planè
ſi vel paruitas, vel magnitudo, vel tortuoſitas
tanta non ſit, vt riſum moueat, irregularis hic
non fiet; non enim diuinorum celebrationem
impedit.

14 Qui † itidẽ manus pollicem, & indicem ita
iunctos habet, vt ſub vno cõmuni ungue ſint,
irregularis quoque eſt; tum quòd nõ facile ho
ſtiam contrectare poteſt; nec ſignum crucis
facere; tum quòd deformitatem non medio-
crem generat. ita Maiol. de irreg. li. 1. cap. 14.
num. 14. verſ. Ad idem.

15 Qui pedes † itidem ſic habent, vt talos ante
habeant, digitos verò retro. Qui itidem talos
vtriuſque pedis ſibi reſpõdentes habent, ſicut
etiam, qui pedes habent, vt digiti ſe mutuo in-
tueãtur, extra vero tali ſint; hi omnes irregula
res ſunt ob magnam deformitatem, quam pręſ
ſeferunt, atque ſic dixit Maiol. de irregular. li.
1. cap. 18. num. 3. verſ. Vagios quoque. Addo
ego periculum eſſe in eundo, ne cadant. Vidi
ego ad ſacerdotium admiſſum quendam, qui
talos extra habebat, intus verò digitos ſibi re-
ſpondentes, ſed erat religioſus S. Franciſci, vn-
de inquit Maiol. cum his facilè diſpenſari, mo
dò alias idonei ſint; ob id qđ talari veſte vitia

hęc

16 hæc teg... † Qui itidem ligneo pede vtitur, vel quod abſciſſum proprium pedē habet, vel crus contractum, irregularis eſt, & non facilè cum eo diſpenſatur. Sed de irregularitate hac ſatis; iam de ea agamus, quam ij contrahunt, qui duplicata membra habent, & mōſtruoſi ſunt, id quod in ſeq. præſtabimus.

SVMMA.

1 *Monſtruoſus irregularis eſt.*
2 *Capita duo habens irregularis eſt. Item habens Manus tres, Os porci, Cornua, Oculum unum in fronte.*
3 *Hermaphroditus irregularis eſt, & quiſnam is ſit.*
4 *Hermaphroditus nec uirorum, nec mulierum religionem profiteri poteſt.*
5 *Hermaphroditus ſi matrimonium contrahere uelit quid agere debeat.*
6 *Hermaphroditus, qui elegit matrimonium contrahens uirilem ſexum, an mutare ſen tētiam poſſit.*
7 *Hermaphroditus qua ratione baptizetur.*
8 *Membra diſparia habens admodum, vt caput gigātis, reliqua uerò membra pueri, irregularis eſt.*
9 *Magnitudo nimia an irregularem quem reddat.*
10 *Paruitas nimia an irregularem quem reddat.*
11 *Pigmei an irregulares ſint.*

§. I.

1 S† Qui monſtruoſus etiam eſt, quod contingit, vbi quid contra naturæ ordinem habet, quod ſcandalum generet, ac deformitatem grauem, irregularis eſt; nam corpore vitiati hi ſunt, & idcirco ad ordines promoueri nequeūt, vt habetur in c. 1. d. 36. & extra de corp. uit.

2 Quare, † qui duo capita, tres manus, os porci, cornuave haberet, ſine dubitatione irregularis hic eſſet; ſicut etiam, qui oculum vnum tantùm habet in fronte, vt de Poliphemo poetæ canunt. Et ita Maiol. de irreg. lib. 1. num. 2. ca. 13.

3 Hermaphroditus † quoque (qui eſt is, qui vtrunque ſexum tam maſculinum, quam fēmininum habet, vt dixit Gloſ. in c. 2. §. hermaphroditus. 4. q. 3.) irregularis eſt; habet enim rationem monſtri, cùm non ſit, nec poſſit dici vir, nec fœmina; vel dici poteſt tam vir, quàm fœmina. Id quod locum habet primò, vbi ſexus fœmineus præualet; nam in hoc caſu, ſi ordo ei conferatur, eum non recipiet, vt qui magis fœmina ſit, atque ſic DD. quos paulo poſt citabimus, communiter concludunt; immò nec profeſſio facta valebit ab hoc in religione virorū, vt reſpondit Nauar. in conſ. 47. de regular.

Irregularis etiam erit, vbi ſexus maſculinus præualet ob eandem rationem, atque ſic dixit S. Anton. quem communiter receptum eſſe teſtatur Nauar. in Man. cap. 27. num. 203. verſic. Decimoquintò. & Syl. in verb. Irregularitas. q. 19. & in verb. Hermaphroditus. & Ioan. Tabien. eod. Ordo tamen, ſi huic conferatur, ſuſcipietur, ex quo maſculinus ſexus præſtat, vt alle gati DD. inquiunt. & Angel. eod. & Gloſ. in ci. c. 2. §. hermaphroditus. verſ. Ad teſtimonium. 4. qu. 3. Ex his iā patet irregularem etiam eſſe, vbi neuter ſexus præualet.

4 Quare † nec inter viros religionem profitebitur; nec è contrario inter mulieres ob periculum libidinis, & ſcandali. ita Nauar. reſpondit in cit. conſil. 47. nec characterem recipiet, vt inquiunt quidam, quos refert Syl. ead. q. 19.

5 Verùm, quid † ſi matrimonium contrahere hic vellet, quid fiet? Si ſexus maſculinus præualet, vxorem ducet, ſi fœmineus maritum; ſi neuter, eliget ipſe, quam partem velit; in hoc enim caſu ſtabitur ei parti, quam eliget, vt ſi viri partes eligat, vir ſit; ſi mulieris, mulier ſit, ita dixit Bald. in l. quæritur. ff. de ſtat. homin. & Syl. in verb. Hermaphroditus. & Ioan. Tabien. eod. conſcientiæque ſuę in hoc ſtabitur, vt de communi ſententia teſtatur Nauar. eod. conſil. 4. & Bal. ibid.

6 At quid † ſi elegit ſe eſſe uirum, & idcirco duxit vxorem, mortua autem vxore velit electionem factam mutare, & ſic virum ducere, an hoc ei permittetur? Planè cōcludēdum eſt id non poſſe; nam iureiurādo adhibito, promittere debet ſe eo ſexu tantum vſurum, quem primò elegit.

7 At inquiet † quiſpiam, qua ratione hic baptizatur, ſi ignoretur, an mas, vel fœmina ſit? Planè hac forma: Ego baptizo te, & cę. hoc animo affectus baptizandi hominem, qui ibi eſt, quicunque ſit. Hermaphroditi ergo quacūque ratione ſint, irregulares ſunt. Multo magis irregularis erit qui neutrius ſexus eſſe videtur, cuiuſmodi infantem fuiſſe ſcribit Liuius dec. 4. l. 1. & refert Maio. de Irregul. lib. 1. cap. 27. num. 4. ob ſcandalum etiam irregularis erit, qui factus eſt vir, ſeu vir apparuit, cum diutius pro fœmina habitus eſſet. ita Maiol. ibidem num. 5. vbi idē de eo inquit, qui ſe fœminam finxit.

8 Qui etiam † membra adeo diſparia habent, vt deformitatem magnam præſeferant, irregulares ſunt, vt exēpli gratia quis habet manus, pedes, ac ventrem pueri, caput verò gigātis, cuiuſmodi fuiſſe Eugubinus puer quidam duodecenis refert Maiol. de Irregular. lib. 1. cap. 13. num. 2.

9 Magnitudo quoque † nimia ſicut etiam par
10 uitas † irregularem quem reddunt, modò ſcandalum præbeat, vel riſum moueat; aliàs autem non, quod contingere poteſt, vbi inter ſuos pa-
11 res ſunt. † Pigmei ergo inter pigmeos irregulares non erunt, nec gigantes inter alios gigantes, ſicut nec leproſus inter leproſos: puſilli tamen irregulares non ſunt, vt Zacheus ille euangelicus, ita Maiol. eod. Sed iam de alijs partibus corporis, quæ membra non ſunt, an irregularē reddant, ſi vitioſæ ſint, videamus: id quod in ſeq. præſtabimus.

De

De Irregularitate, quæ oritur à vitio corporis, habito reſpectu ad eum, qui parte aliqua corporis caret, quæ membrum non eſt, ſed ea tamen, ſine qua functiones Eccleſiaſticæ abſque periculo obiri nequeunt. Cap. XLIX.

S V M M A.

1 *Parte corporis carens, quæ membrum non eſt, irregularis eſt, ſi ob id impeditur, ne functiones Eccleſiaſticas commodè obeat.*
2 *Labijs carens irregularis eſt.*
3 *Digitis hiſce carens ſcilicet indice, & pollice, irregularis eſt.*
4 *Teſticulis non ſua culpa carens irregularis nõ eſt.*
5 *Teſticulos, qui ſibi euellendos curauit ob morbum, deferre ipſos ſecum non tenetur.*
6 *Dentibus carens irregularis non eſt.*

SEXTA ſpecies irregularitatis, quę à vitio corporis oritur, eſt ea, quę contrahitur ob id, quod quis corporis partem aliquam non habet, ſine qua functiones Eccleſiaſticas obire nequit, quamuis membrum non ſit.

1 Pro regula igitur † habebimus, qui hac corporis parte caret, irregularem ipſum eſſe. argumen. c. 2. de cler. ęgrot. uel debilit. etenim, ſi irregularis quis efficitur, ubi ob mẽbri defectũ Eccleſiaſticas functiones obire nequit, irregularis quoque cenſendus eſt, qui & alia corporis parte caret, ſi abſque ea eaſdem functiones obire non ualet; ubi enim eadem ratio eſt, ibi eadem diſpoſitio eſſe debet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. & c. cùm dilecta. de confirm. util, uel inutil.

2 Qui ergo † labiis caret, irregularis ſine dubio erit. Et hoc in primis ob periculũ effuſionis ſanguinis Chriſti Domini, facilè in elabi põt, ubi labia non adſunt, atque ſic dixit Maiol. de irregular. lib. 1. capi. 23. Addo labiorum defectum deformitatem magnam afferre, ut per ſe patet, & idcirco ſcandalum daret, ſi altari miniſter conſtitueretur. Labia uerò ſunt oppercula oris, ac dentium à natura data.

3 Digitis quoque † carens, ſcilicet pollice, atque indice pro irregulari habetur, & hoc ob hanc rationem, quòd, & ut alibi diximus, hoſtiam contrectare commodè non poteſt, nec ſine periculo. Quæ diximus autem de labiis, & his digitis, eadem aſſerimus & de aliis huiuſmodi partibus.

Excipitur tamen, ubi quis ea corporis parte caret, quę membrum non eſt, & adminiſtrationem diuinorum non impedit; ſi enim ſua culpa ea non caret, irregularis non conſtituitur.

4 Quare † qui ſine teſtibus eſt, uel natura, uel quia ab hoſtibus auulſi ſunt, uel à medicis cã morbi, irregularis hic nõ eſt; nã ſic habetur in c. ex par. 1. de corp. uit. cũ. n. ibi quidã in cunabulis ſectus eſſet, Romanus Pon. inquit hoc ei non obeſſe, nec impedimẽtũ afferre, quo minus ordines ſuſcipiat; & hoc ob eã rõnem, quia nõ vr̃ hoc eo tpe affectaſſe, qui iudiciũ animi nõ habebat. Hęc ibi. Si ergo impediri hic nõ debet, quò minus ordines ſuſcipiat, ubi non ſua ſponte teſtib. caret, ergo irregularis non eſt, ex quo, qui eſt talis, ad ordines non admittatur. Habetur quoque hoc idem eo in iure; nam ibi dr̃ ſancitũ eſſe canonib. Apoſtolorum, quòd eunuchus ſi p inſidias hominũ factus, uel ita natus ſit, aut ẽt in perſecutione ſiat illi amputata uirilia, poſſe in Ep̃m eligi, ſi dign' ſit. Ecce hic quoque, ubi per inſidias hominũ eunuchus quis factus eſt, & non ſua culpa, irregularẽ ipſum, non eſſe. Quod irregularis ẽt non ſit is, qui ob morbũ uitadũ, ſibi uirilia euellenda curauit, habet̃ in c. ex par. 2 eo. & in c. ſi quis à medicis. cum duob. ſeq. d. 55. Non eſt igitur quod hac de re dubitemus.

5 Nec neceſſe eſt † quod uulgo exiſtimatur, ut ſecũ ferat teſticulos is, cui abſciſſi ſunt, uel cineres eorũ, ut dixit Gl. in c. eunuchus. ea. d. 55. Nullo. n. iure id cautũ eſt. Pręterea ſimpliciter dr̃ in cit. iurib. hos ad ordines admittendos eſſe, nec diſtinguitur, an ſecũ ferãt, uel non, ergo nec nos diſtinguere debemus. Poſtremò ſi hoc daremus, ſæpius contingeret irregularẽ quẽ in p̃dictis caſib. eſſe, ut qñ ab hoſtib. euulſi ſunt, & tamen in cit. c. eunuchus. & in aliis citat. dr̃ hos ad ordines admittendos eſſe. Addo ſi hoc eſſet, & eũ, cui pars digiti, uel digitus abſciſſus eſt, eũ ſecũ ferre debere; nõ. n. maior rõ in hoc, quã in illo caſu id ſuadet; at nunquã hoc eſt auditũ, nec dictũ: ergo. Ab opinione igitur Gl. nõ diſcedem', quã tenet quoq. Io. And. quẽ refert ac ſequitur Abb. in cit. c. ex par. 1. n. 6. de corp. uit. ſ. nõ neceſſe habere eũ, cui teſtes euulſi sũt, eos ſecũ ferre, & Cou. in Clem. un. p. 1. n. 5. uerſ. Secundò. de hom. Qui ſine ſua culpa igitur teſtib. caret, irregularis nõ eſt ob iura ſupra allegata, & ob has ẽt rões, quod ipſis non extantibus, habilis eſt ad functiones Eccleſiaſticas obeundas, & deformitatem nullam afferũt, unde ſcandalum oriatur.

6 Dentibus etiam carens, † quòd nec deformitatem eorum defectus affert, nec impedit, quo minus Eccleſiaſticas functiones quis obeat, irregularis non eſt, nam ſine ipſis naſcimur, & ſenes multi ſunt, qui dentibus carent, & magna ex parte homines aliquo priuati ſunt. Hinc dẽtibus carentem morboſum non eſſe dixit Iureconſ. in l. euidens abeſt. ff. de ędili. edict. quamuis ſecus ſit ſi per indignationem ſibi quis eos euulſerit, ut dixit Maiol. de Irregular. cap. 24. lib. 1. modò notorium id ſit, quod tamen non omnino mihi probatur. Et de hoc ſatis.

De Irregularitate, quæ oritur à vitio corporis, habito reſpectu ad eum, qui partem omnem corporis habet non impedientem, quò minus functiones Eccleſiaſticæ cōmodè fiant, ſed ob deformitatem, aut ſcandalum dantem, aut ſtomachum facientem. Cap. L.

SVMMA.

1 *Partem corporis omnem habens non impedientē, functiones Eccleſiaſticas, irregularis eſt, quamuis partes illæ membra non ſint, ſed adeo deformes, ut ſcandalum prębeant.*
2 *Faciem deformem admodum habens, unde horrorem afferat, riſumve moueat irregularis eſt.*
3 *Dentes extra os eminentes habens irregularis eſt.*
4 *Aethiops an irregularis ſit.*
5 *Digitos plures habens, ſcilicet ſex in ſingulis manibus, uel plures ſimul iunctos an irregularis ſit.*
6 *Gibbi an irregulares ſint.*
7 *Guturoſi an irregulares ſint.*

SEPTIMA ſpecies irregularitatis, quæ à uitio corporis oritur, eſt ea, quæ contrahitur ob id, quod quis corporis partes omnes quidē habet non impedientes functiones Eccleſiaſticas, ſed adeò deformes, ut ſcandalum præbeant, quamuis membra non ſint.

1 Pro regula igitur† habebimus irregularem eum eſſe, qui huiuſmodi corporis partes hēt, eſto membra, ut dixi non ſint. Probatur autē hoc primò per c. 2. de cleric. ægrot. uel debili. ibi enim ob deformitatem, quę ſcandalum generat, ab altari clericus remouetur, ergo deformitas irregularem reddit. Facit quoq. c. de rectorib. & c. ſeq. eod. ubi leproſus ob ſcādalū, & populi abominationē ab adminiſtrationis officio arcetur. Idem habetur in c. 1. de corp. uit. Idque meritò, nam & antea uidimus, qui mēbra omnia etiam habilia habēt ad functiones Eccl. exercendas, irregulares tamen eſſe, ſi ob deformitatem ſcandalum præbeant, ergo idē dicendum de reliquis corporis partibus, quæ membra non ſunt, ubi ob deformitatem ſcandalum creant. Pro certo igitur habebimus irregularem hunc eſſe, qui has partes habet.

2 Qui ergo faciem † quę horrorem afferat, uel riſum, qui nattam, ſeu tumorem grandem in facie habet, uel in naſo, uel in labiis, aliove in loco, irregularis eſt, ſi ob id ſcandalum præbeatur; ſicut etiam, qui cicatrices deformes habet non barba tectas, præſertim ubi ob ſuā culpam id ei contigit. Idem de eo ſentimus, qui aliquod aliud in facie habeat, quod ſcandalum faciat. Atqui, an irregularis erit, qui faciem alicui uulnere, ratione ue alia deformauit? Maiol. libr. 5. cap. 50. nume. 4. tenuit hunc irregularem eſſe, ſed quoniam id nulla ratione probat, & exploſa eſt regula illa tradita, ut qui irregularem quem facit, irregularis ipſe fiat; ob eam rem contrarium tenebimus, ſcilicet hunc irregularem non fieri, quoniam id iure cautum non eſt.

3 Qui etiam habent † dentes extra os præminentes, planè ſcandalum prębent, & ideo curare debent eos ſibi ſecandos, modò ſine periculo fieri poſſit, alioquin irregulares ſunt, ita Gloſſ. in cap. qui partem. diſtin. 55. quæ & digitos ſuperfluos reſecandos inquit, & exemplis Hieronymi, & Iſaiæ hæc probat. Idem Tabie. in uerb. corpore uitiatus. num. 1.

4 At quid † de Aethiope, an ipſe irregularis eſt? Irregularem ipſum non eſſe inquit Maiol. libro 1. capitu. 21. numero 1. Cuius dictum uerum cenſeo inter Aethiopes; nam leproſus inter leproſos admittitur, ſecus autem quoad nos; horrorem enim generat, quamobrem reiiciendus uidetur, opinio tamen Maiol. locum habere poſſet, ubi paululum niger eſſet; ſi uerò albus admodum uel rubeus ſit, irregularis non erit.

5 Qui† uerò plures digitos quinque in ſingulis manibus habet, irregularis eſt, ubi ipſis impeditur, quominus commodè ſacram Euchariſtiam contrectet; ſecus autem ſi non impeditur, argument. capitu. fin. de corp. uit. atque ſic concluſit Hoſtien. quem refert, ac ſequitur Syl. in uerb. Corpore uitiatus. quæſtio. 5. & Ioann. Tabien. eod. quęſtio. 1. uerſicu. Habens ſex digitos. & facit lex. item Ophilius. ff. de edilit. ędict. & Maiol. de Irregular. lib. 1. capitu. 13. num. 3. Sicut etiam irregularis eſſet, ſi digitos iunctos ſimul haberet, unde non facilè in altari miniſtrare poteſt. ita Syl. eod. quæſtio. 3. & Tabien. ibid. & ſupra id etiam diximus. & Maiol. eod. lib. cap. 14. num. 14. uerſic. Ad idem impedimenti. & num. 15.

6 Gibbi quoque † irregulares ſunt, ubi ſe erigere nequeunt, uel ſi ſe erigunt, ſtare tamen recti parum poſſunt; nam & ſcandalum darent, & in altari miniſtrare non commodè poſſent, quamobrem quis irregularis efficitur. argument. cap. 2. & cap. fin. de cler. ægrot. uel debilit.

Excipio tamen, ubi parum quis gibbus eſſet, unde recto capite eſſe ualet, deformitatemque non affert; aliàs enim ſecus, atque ſic ſenſit Abba. ac DD. in capitu. fin. de corp. uit. & Tabien. in uerb. Corpore uitiatus, quęſt. 2. uerſicu. Similiter quodcunque uitium corporis notabile. & Syl. eod. q. 1. ibi; Et ſimiliter omne uitium.

Excipio

Excipio etiam ubi non dorſum curuum habet,ſed tumidum uentrem; non enim hic deformitatem magnam affert,quamobrem irregularis fiat.

7 Guturoſi etiam†ſi ſcandalum dent, irregulares ſunt. Quare, quòd in aliquibus locis homines magna ex parte guturoſi ſunt, & idcirco ſcandalum ibi ceſſat, ob eam rem guturoſi inter hos non erũt irregulares,ut dixit Maiol. eod.lib. 1.cap. 19.in fine.Sicut nec etiam lepro ſus apud leproſos. Sed de irregularitate hac ſatis;ad aliam ueniamus.

De Irregularitate,quæ oritur à vitio corporis,habito reſpectu ad eum, qui partem aliquam corporis ſua culpa amiſsit, & id notorium eſt, eſto pars illa nec membrum ſit, nec functiones Eccleſiaſticas impediat,nec ſcandalum præſtet. Cap. LI.

SVMMA.

1 *Partem corporis ſua culpa amittens abſque legitima cauſa,irregularis eſt ſi notorium id ſit, eſto pars illa membrum non ſit,nec adminiſtrationem diuinorum impediat. etiam*
2 *Si id fecerit,vt Deo obſequium præſtet.*
3 *Virilia,cui abſciſſa ſunt in adulterio deprehenſo,irregularis eſt.*
4 *Partem membri ſibi abſcindens irregularis eſt.*
5 *Claudum ſe faciens irregularis eſt.*
6 *Virilia cui abſciſſa ſunt abſque propria culpa, irregularis non eſt:ſicut etiam ſi ratione alia ipſa nõ habeat.*
7 *Notorium,ubi non eſt quem ſibi partem corporis abſcidiſſe,irregularis non eſt,etiam ſi eam abſciſſam habet.*
8 *Digitos ſuperfluos habẽs,qui ſine vitæ periculo eos ſibi abſcindit,irregularis non eſt.*

OCTAVA ſpecies irregularitatis,quæ à vitio corporis oritur, eſt ea , quę contrahitur ob id, quòd notoriũ eſt quẽ partem aliquam corporis abſque legitima cauſa ſibi abſciſſe;uel amiſiſſe, eſto membrum non ſit, nec diuinorum celebrationem impediat.

1 Pro regula igitur†habebimus irregularẽ eũ eſſe,qui ratione hac corporis partem amiſit. Probatur autem id primò per c. ſi quis à medicis.d.55.ibi enim dicitur.Si quis,cum ſanus eſſet,ſe abſcidit,hunc in clero iam conſtitutum ſe abſtinere debere, & deinceps nullum taliũ debere promoueri.Ecce hic irregularem eum fieri,qui,cum ſanus eſſet,& idcirco non ualetudinis recuperandæ gratia ſe abſcidit,amoueri, nec ordinibus initiatus celebret;non initiatus uerò ne initietur,ergo irregularis ob hãc cauſam quis efficitur;remouere.n.quem à functionibus ordinũ,& ne ordinib.initietur,irregularitatis propriũ eſt,ut ſæpe uidimus Idem habetur in c.maritũ.d.33.nã ibi recenſens Gregorius,qui clerici ordinandi nõ ſint,inquit,nec illũ ordinandũ,qui ſemetipſum abſcindens qđlibet membrũ indignatione aliqua, uel iuſto, uel iniuſto timore ſuperatus truncauerit. Ecce hic quoq.prohiberi,ne admittatur, q ſe abſcidit,uel per indignationẽ, uel timorẽ iuſtũ, uel iniuſtũ id fecerit.Idẽ quoq. traditur in c. ſi qs abſciderit.ead.d.55.ſi.n.quis ſibi amputauerit uirilia,prohibetur,ne fiat clericus ob has rationes,quia ſui eſt homicida,& Dei cõditioni inimicus.Præterea id probatur rõne;nã,qui in ſe manus infert,multo magis in alios ſeuerior erit,omneq.turpe in aliũ admiſſurus hic exiſtimatur,ut dr̃ in l.cùm aũt.§.excipitur.ff. de ędilit.edict.& ut dixit Gl.in c.ex part. 1.& ibi Abba.n.3.de corp.uit.& in c.ſi quis à medicis. in uerb.Audent.d.55.Itẽ,ut dixi,ſui homicida ꝓpemodũ eſt;adit.n.periculũ uitæ ſępius,qui uirilia ſibi abſcindit,& inimicus Dei conditioni uř,ex quo eas corporis partes abſcindere uult, quas Deus creauit,ut dr̃ in cit.c.ſi quis abſciderit.Addo,ubi notorium hoc eſt , hortari hunc alios ad patientiã,clementiãq.nõ poſſe , qui ſe ferro petere non dubitauit. Poſtremò ita DD. cõiter concludunt,ſ.hunc,qui ſe abſcindit,irregularem eſſe.Glo.in c.fin.in uerſ.Si ſponte.de corp.uit.& ſequitur Abb.ibi.& Gl.Sum.d.55. & Syl.in uerb.Corpore uitiatus.q.2.uerſi. Nã ſi hoc fuit ſponte.& Nau.in Man. c. 27.n.198. in principio.& Inn.in c.ſignificauit.eo.de cor. uit.tenet.n.irregularẽ hũc eſſe,qui ſe abſcidit, ubi notoriũ eſt ex indignatione ſe abſcidiſſe, & ſequitur Hoſt.& Abb.qui eum refert in c.ex parte.1.eo.& Couar.in Clem.un.de hom.p.p. nu.6.uerſ.Poſterior erit regula. ubi hanc rem pluribus auctoritatibus munit. Non eſt igitur hac de re dubitandum.

2 Hęc aũt irregularitas locũ habet†,eſto id faciat,ut Deo obſeqniũ præſtet,ut habetur in ci. c.ſignificauit.de corp.ui.ibi.n. cũ pſbyter quidã uirilia ſibi amputanda curaſſet, exiſtimans ſe Deo obſequia pręſtare,Romanus Pont. mãdat,ut ei concedatur ſacerdotale officium, excepto altaris miniſterio;ergo irregularis factus erat;non.n.opus eſſet Romani Pont. licentia, ſi irregularitas non interceſſiſſet.arg.l. 1. ff.ad municipal.Contrariũ tñ dicendum uidebatur, nam ſi ob uitandum corporis morbũ licet ſibi uirilia abſcindere,ut dr̃ in c.ſi quis à medicis. & in c.ſi quis pro ęgritudine.d.55.multo magis licere id debet,ubi id facit,ne peccet, & caſtius Deo inſeruiat.Atqui à propoſita concluſione diſcedendum non eſt ob rationes, & iura allegata. Nec repugnat,quod dictum eſt licere pro ſalute corporis uirilia ſibi abſcindere ſine

tur ſua culpa, irregularis eſt, eſto functiones Eccleſiaſticas obire poſſit, & ſcandalum non præbeat, ubi notorium id eſt. Secus

4 *Si non ſua culpa id contigit. Item*

5 *Si ſua culpa, ſed id notorium non eſt.*

EXPLICANDVM nobis ꝓpoſuimus proximè, an ſi qs, poſteaquam ordinibus initiatus eſt, membro quopiã, parteve corporis alia priuetur, unde Eccleſiaſticas functiones obire nequeat, uel non ſine ſcandalo, deformitateve aliqua afficiatur, an inquam irregularis hic ſit, id eſt an ea, quæ diximus de iis, qui ordines nõ recepe rũt, locũ habeãt ẽt in eo, qui ordines iam ſuſcepit. Quam queſtionẽ ut ordinatam habeamus, tria capita contemplabimur. Primùm, ubi non poteſt quis exercere functiones Eccleſiaſticas ob priuationem membri, partiũue corporis. Alterum, ubi poſſet quidem, ſed ob deformitatem ſcãdalum daret. Tertium, ubi obire eas functiones poſſet, & deformitas etiam non adeſſet, ſed ſua tamen culpa membrum, parsve aliqua corporis abſciſa eſt ſine legitima cauſa.

1 Quoad primum igitur, † pro certo habendum eſt irregularem eum clericum eſſe, cui contingit, poſtquam ordinibus initiatus eſt, priuari membro aliquo, parteve alia corporis, unde functiones Eccleſiaſticas exercere nequeat; nam id habetur in cap. 2. de cler. ægrot. uel debilit. ubi presbytero nõ permittitur miſſam celebrare, cui duo digiti cũ medietate palmæ à prædone abſciſi fuerant; & hoc ob hanc rationem, quoniam ut ait ibi, Summus Ponti. ſecurè id facere non poteſt propter debilitatẽ. Ecce igitur ibi concluſionem propoſitam probari; ſi enim ob debilitatem miſſam celebrare ei præsbytero non permittitur, quoniam id tutò facere non poteſt, ergo multo minus permittitur ei, quem conſtat hæc facere non poſſe, atque ſic not. Abba. ibi; nam ait omnem cauſam, quæ reddit quem debilem ad exercendum officium, ſat eſſe ad illud ei interdicẽdum; idem not. Abba. in c. fin. de corp. uit. Non eſt igitur, quòd hac de re dubitemus.

Hoc autem locum habet, ut diximus in antecedentibus, ex quacunque cauſa id ei contigerit, etiam ſi non ſua culpa, ut habetur in cit. c. 2. ubi non ſua culpa, ſed latronis id ei contigerat. Et de hoc primo capite hactenus.

2 Quoad ſecundum etiam, † ubi deformitas adeſt, quæ ſcandalum prębeat, eſto alias functiones Eccleſiaſticas obire quis poſſit, non tamen id debet, & irregularis eſt, ut habetur in cit. c. 2. de cler. ægrot. uel debilit. ubi & ꝓpter deformitatem prohibetur, ne miſſam celebret; id quod etiam uerum eſt, uel ſine culpa ipſius id interuenerit.

3 Quoad tertium caput quoque † irregularis etiam quis efficitur, qui aliquam corporis partem ſibi abſcidit, uel ſua culpa ei abſciſſa eſt ſine legitima cauſa, eſto membrum non ſit, turpitudo non adſit, & Eccleſiaſticas functiones obire cõmodè poſſit. Nam primò id habetur in c. ſi quis abſciderit ipſum. d. 55. nã ibi dr̃, ſi quis, cũ clericus fuerit, abſciderit ſemetipſum, omnino damnetur, quia ſui homicida eſt, ſi ergo omninò dãnari debet, ergo irregularis eſt. Secũdò id habetur in c. ſi quis pro ęgritudine. ea. d. ubi dicitur ſi quis ſanus ſe caſtrauerit, & ad clerum antea promotus ſit, prohibitus à ſuo miniſterio deponatur. Ecce hic ordinibus initiatum ſe abſcindentem prohiberi à ſuo miniſterio, & deponi. Tertiò facit c. ſignificauit. de cor. uit. ubi præsbytero, qui ſibi uirilia abſcindenda curauerat, exiſtimãti ſe obſequium pręſtare Deo ſacerdotale officium conceditur abſque altaris miniſterio. Si ergo id ei conceditur, & ſic cum eo diſpenſatur in ſacerdotali officio abſque altaris miniſterio, ergo ob caſtrationem illam irregularis antea factus erat: idem habetur in c. ex parte. 1. eod. ibi. Et ſi etiam in clero fuerint, debeant ceſſare, q ſe ipſos ſani abſciderint, qui etiam in adulterio inuentus talia paſſus eſt, tantundem, ut dixit Coua. in Cle. unic. p. 1. in initio. nu. 6. uerſ. Item & hi. de homic. & nos ſupra poſuimus. A propoſita igitur concluſione non diſcedemus, ut ſcilicet irregularis ſit, qui partem aliquam corporis abſcidit, uel ſua culpa ei abſciſſa eſt, eſto deformitas nõ adſit, quę ſcandalum generet, & poſſit diuina facere, atque ſic aſſeruit Diaz. in Pract. cri. canon. cap. 17. nu. 8.

4 Excipitur tamen, † ubicunque non ſua culpa id ei contigit; nam in hoc caſu, quæcunq. pars corporis ei abſcindatur, uel membrũ, uel non membrum ſit, modò poſſit functiones Eccleſiaſticas exercere, & ſcandalum ne detur ob deformitatem, irregularis hic non eſt, ut habetur in c. qui partem digiti. ead. di. 55. nã ſi caſu, dũ operi ruſtico quis curã impendit, digiti partẽ ſibi abſcindit, & in clero erat, canones iubent, ut ibi dr̃, hũc non abiici à clero; & hoc, quoniã caſus ei ueniã præbet, ergo irregularis non ſit. Idem habetur in c. ſi quis à medicis. ead. d. ſi quis à medicis, dr̃ enim ibi, propter languorẽ defectus eſt, aut à barbaris abſciſſus, hic in clero permaneat. Ecce hic iuberi hunc in clerum permanere, ergo irregularis non ſit: idem habetur in c. ex parte. 1. & 2. de corp. uit. Idq. meritò; nã & qui laicus eſt, ſi ſine ſua culpa cõtingat eũ mẽbro aliquo, parteve aliquã corporis priuari, quę non reddant eũ inhabilẽ ad diuina facienda, uel deformitatẽ afferant, quæ ſcandalũ prębeat, ad ordines admittitur, ut habetur de eo, qui partem digiti caſu ſibi abſcidit. in cita. c. qui partem, ibi: Hos canones præcipiunt, & clericos fieri; & de caſtratis à barbaris, uel ab aliis hoſtibus, uel à medicis ob ægritudinẽ, habetur in c. ſi quis à medicis cum duob. ſequ. & in ca. ex parte. 1. & in capi. ex parte 2. de corp. uit. & de claudo in cap. ſi quis in infirmitate.

ead.diſt.& de nabente auulſam vngulam pollicis dextræ manus caſu in cap.fin.de corp.uit.

5 Secundò excipitur,† ubi etiam ſua culpa id contigit,ſed tamen id notorium non eſt,ut antea id probauimus. Ad ſummam,quę diximus ſupra de iis,qui ordinibus non initiati hæc patiũtur,eadem dicimus & de iis,quibus poſt ſuſceptos ordines hæc pati contingit. Verùm qd ſi ob uitium corporis nõ poſſit functiones aliquas exercere, aliquas uerò ſic, an irregularis hic erit quoad omnes? Hanc quæſtionem in ſequen. abſoluemus.

S V M M A.

1 *Membro,parteue alia corporis priuatus ſua culpa poſt ordines ſuſceptos,irregularis eſt quoad omnia,eſto functiones aliquas ordinum obire poſſit.*

2 *Secus ſi non ſua culpa.*

3 *Membro,parteue alia corporis priuatus ante ordines ſuſceptos irregularis eſt ad omnes ordines,ubi ſua culpa id contigit, quamuis functiones ordinũ aliquas obire poſſet.*

4 *Idem ſi non ſua culpa,ubi functiones ordinum omnes obire nequit.*

§. I.

§. Explicandum nobis propoſuimus, an qui ob uitium corporis, deformitatemve inhabilis eſt ad aliquam functionem Eccleſiaſticam tantùm,pro inhabili habeatur etiam ad omnes;quam quæſtionem,ut dilucidiorem habeamus, et magis abſolutam, contemplabimur eam. Primùm in eo,qui,poſteaquam ordinibus initiatus eſt,uitium aliquod membri patitur,uel deformitatem; unde inhabilis eſt ad functiones aliquas exercendas, non autem ad omnes. Secundò in eo qui hæc patitur, antequam ordinibus initietur.

1 Quoad primum igitur† ſic diſtinguendum eſt. Aut quis ſua culpa ea uitia patitur,quia ꝓpria culpa ſibi membrum abſcidit, exempli gratia uirilia,uel ab alio ob ſuam culpam illud uitii patitur,ut pote,quia iuſſit, aut rogauit alium ut membrum ſibi abſcinderet, uel quid huiuſmodi, uel quia rei illicitę danti operam id contigit,exempli gratia in adulterio inuento uirilia ipſi abſciſſa ſunt;& in hoc caſu omnino irregularis eſt ad omnes functiones,etiam ſi ea abſciſſio impedimentum nullum ordini pręſtet,modò notorium id ſit, ubi non impedit,nec ſcandalum præbet, atque ſic ſenſit Gl. in cap.fin.de corp.uit.nam inquit eos,qui ſpõte corpore uitiati ſunt,nulla legitima cauſa interueniente,ſi ordinati ſint, deiiciendos eſſe. Ecce hic inquit Gloſſ. hos deiiciendos eſſe,ſcilicet ab ordine, ergo quoad omnia irregularis hic eſt. Idem dixit Innocen.in cap. ex parte. 1. eod. nam ait corpore uitiatum ſponte nulla cauſa interueniente & promotum repelli. Si ergo,ubi promotus eſt hic,repellitur, ſcilicet ab ordine; ergo neque etiam habilis exiſtimatur ad functiones eas obeũdas, quas obire poſſet. Idem inquit Abba.in cap.fin. eod.numer. 1.& Nauar.cap.27.numer.198.uerſicu. Septimò; nam ait defectum membri, uel exceſſum, qui efficit aliquem inhabilem ad exercendum aliquod officium Eccleſiaſticum,tantùm efficere irregularem ad illud,non autem ad aliud; quod uerum inquit ibi Nauar.ubi non ſponte, aut ſua culpa id contigit, ergo ſecus, ubi ſua culpa,& ſponte id euenit. Idem inquit Ioann. Tabien.in uerb.Corpore uitiatus.num.3. uerſicu. Secundò.ibi; Verùm eſt;nam ait promotum,qui uitia hæc habet,poſſe omnia exercere præter celebrationem miſſę, niſi id ſua culpa fuerit,ergo ſi ſua culpa affuit,nec miſſę ſacrum facere poterit. Idem inquit Syl.eod.q.2.ibi.Niſi fuerit in culpa.& in uerſicu. Aut eſt mutilatus membro paruo.nam ait,quamuis per eam mutilationem functio Eccleſiaſtica non impediatur,ſi tamen ſponte id ei contigit,& ſine iuſta cauſa,indiſtinctè promotum deiici. Si ergo indiſtinctè promotus deiicitur,ad omnia irregularis eſt. Idem Angel.eod.num.3. Idem Couar.in Clem.unic.p.1.in initio.num.6.de homic.nam ait irregularem eum eſſe, qui membrum ſua culpa ſibi abſcidit, etiam ſi ea abſciſio nec impediat miniſterium ordinis,nec inſignem deformitatem inducat. Pro certo igitur habebimus,ubi poſteaquam quis ordines ſuſcepit,uitium corporis ſua culpa patitur,quod uel deformitatem affert, uel functionẽ aliquã Eccleſiaſticam tantùm impedit, irregularem quoad omnia eſſe. Quare, ſi ſacerdos manum amiſſit ob ſuam culpam,quamuis impediatur ſolùm miſſæ ſacrum facere,tamen ad omnia inhabilis erit,atque ſic DD. communiter cõcludunt. Si etiam ob adulterium in facie ita fuit deformatus,ut ſcandalum præbeat, eſto diuina facere poſſit,tamen irregularis omnino erit,ut ex dictis conſtat.

2 Aut† non ſua culpa,& non ſine cauſa legitima id ei contigit,ſed aut morbo,aut ab hoſtibus;& in hoc caſu ſolùm irregularis erit quoad eas functiones,quas obire omnino non poteſt,aut non ſine ſcandalo,ob ea, quę diximus ſi deformitas grauis admodum eſſet,quæ ſcandalum daret,nam ſine dubitatione excluderetur,quamuis culpa careat,& functiones Eccleſiaſticas obire poſſit;alias autem liberè,& ſine diſpenſatione obire poterit; nam ſic habetur in cap.2.de cler.ægrot. uel debilit. cum enim ibi cuidam ſacerdoti duo digiti cum dimidia palmę à prædone auulſi eſſent;Romanus Pon. prohibuit ei ſolùm,ne miſſæ ſacrum faceret ob debilitatem,& ſcãdalum, quod naſcitur ex deformitate:quoad reliquas uerò functiones nõ prohibet,quominus exerceat, & ideo ſubiungit. Ipſum autem cæteris officiis ſacerdotalib. fungi minimè prohibemus. Ecce hic inhabilis factus erat ad miſſę ſacrum faciendum, & non ſua culpa,ſed prædonis,& idcirco ſolùm prohibetur exercere eam functionem,ſcilicet miſſę

ſacrum,

ſactum, ad quod inhabilis factus erat, reliquas vero functiones liberè exercere valet: ergo quoties nõ ſua culpa ordini initiatus ſit inhabilis, ad aliquam functionem tantùm, reliquas, ad quas habilis remanſit, obire licitè poterit, atq; ſic not. DD. ibi. & allegat. DD. ſupra in antecedenti membro, & Couar. in Clem. vnic. p. 1. in initio. num. 5. verſ. Prior regula. ibi. Primum etenim hæc regula. Idẽ Naua. eod. vbi ſupra. & nũ. 252. verſ. Contra tamen hoc facit. er Diaz. in Pract. crim. canon. cap. 17. num. 7. verſ. Tertio. quod dictum de communi ſententia teſtatur. Quare qui manum amiſſit, vel eos digitos, quibus hoſtia eleuatur non ſua culpa, hic ſolum à miſſarum celebratione ſe abſtinebit: nõ vero à Diaconatus, vel Subdiaconatus miniſterio, nec à pœnitentiæ ſacramento adminiſtrando, nec ab alijs functionibus, quas obire poterit. Qui itidem cœcus factus eſt, concionem habere poterit, item pœnitentes audire, ſicut etiã qui pedibus caret. In hoc igitur ſic concludendum cum communi ſententia eſt. Idem ſentimus, ſi ſuperueniat deformitas aliqua grauis, quæ ſcandalum generet; nam eas functiones tãtum obibit, quæ ſine ſcandalo obiri queunt; nõ reliquas, vt aſſeruit Couar. ibid.

3 Quoad ſecundum, † an qui inhabilis factus eſt ob vitium corporis, admittatur ad ordines, vbi ſolum ad aliquas functiones factus eſt inhabilis. In hac quæſtione breuiter cõcludim⁹, vbi ſua culpa id ei contigit, nullo modo ad ordines admitti; nam & ſupra concluſimus, qui ſibi membrum abſcidit, irregularem fieri ſi ſine cauſa id fecit, eſto abſciſſio illa nullum ordini impedimentum præſtet, nec inſignẽ deformitatem inducat.

4 Vbi itidem † non ſua culpa id ei contigit, adhuc cõcludendum eſt ad ordines non admitti, qui inhabilis factus eſt ad functionem aliquã tãtum ordinis, atque ſic dixit Couar. eod. Idẽ Nauar. eo. eſto enim vbi iam ordines ſuſceperunt contrarium ſtatuatur, vt vidimus; ſecus autẽ, vbi quis ordines non ſuſcepit; multa enim facta tenent, quæ fieri prohibentur, l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. & ca. quemadmodum de iureiu. Idque merito, ſicut enim inhabilis ad functiones omnes eccleſiaſticas admitti nõ debet, ita nec qui ad aliquas tantum eſt habilis; valet enim argumentum de toto ad partem, & contra. arg. l. quæ de tota. ff. de rei uen. Quare, et ſi cœcus poteſt concionem habere, & pœnitentes abſoluere, quod tamen miſſæ ſactum facere nequit, ad ordines non admittetur, ſi ad aliquas functiones tantùm habilis eſt, atque ſic ſenſit Diaz. eod. cap. verſ. Tertio. quod dictum eſt. Et de quæſtione hac ſatis. Verùm, quod diximus irregularem eum eſſe, vbi deformitas aliqua ineſt, quæ ſcãdalũ præbet, deformitatem hanc talem eſſe quis arbitrabitur? Hoc in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Epiſcopus arbitratur, quæ deformitas corporis, & quę vitia eiuſdem ſcandalum afferre poſſint, & cuius corporis defectus functionem ordinum impediat, vbi de his dubitatur.*

2 *Regulares ſi corporis defectum patiantur, vel deformitatem, an impediantur, quominus functiones eccleſiaſticas obeant, epiſcopus etiam id arbitratur, & non eorum prȩlati.*

§. II.

Sæpius antea diximus deformitatem, quæ ſcandalum præbeat, ſtomachumvè faciat, eſto aliàs qui functiones eccleſiaſticas obire poſſit, irregularem tamẽ reddere. Verùm, quòd quando id ſit, certa regula deſcribi non potuit, ob eam rem modo vidẽdum eſt,
1 qua ratione id diiudicabitur. † In hac quæſtione igitur breuiter concludendum eſt in arbitrio Epiſcopi id collocatũ eſſe, & ſic ad ipſum pertinere iudicare, quæ deformitas ſcandalum præſtet, & quæ non. Nam primo id probatur per c. 2. de corp. vit. cùm enim ibi electo cuidã mota quæſtio eſſet, quòd maculam haberet in oculo, mandat Summus Pont. Archiepiſcopo, vt quod ſibi viſum fuerit, exequatur. Ecce hic non determinat Sum. Pontifex quid faciendum ſit, ſed in eius arbitrio id collocat, ergo in arbitrio Epiſcopi eſt de macula in oculo iudicare, & ſic de alijs deformitatibus, an ſcandalum præbeant. Epiſcopus igitur id arbitrabitur. Poſtremò ſic Gloſſ. ibi not. & Abba. & Inn. & idem Inn. in c. 1. eo. per eũdem canonẽ: idem aſſerit Coua. in Clem. vnic. p. 1. in initio. num. 5. verſ. Prior regula. ibi: quæ verò. nam ait, quæ deformitas inſignis ſit, arbitrio Epiſcopi relinqui, per cit. c. 2. qui & de cõmuni ſentẽtia teſtatur, ſicut etiã Diaz. in Pract. crim. can. cap. 17. num. 16. nam inquit omne impedimentum, vel deformitas an irregularem reddat epiſcopi iudicio relinqui, & communem ſententiam hanc eſſe. Idem Hoſt. in Sum. de corp. vit. in fine. & Archid. in principio, d. 55. & Menoc. de arbitr. iud. lib. 2. Centur. 3. caſ. 226. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 200. verſ. Sextò. Ab hac igitur ſententia non diſcedemus.

Quare ſi gibbus, ſi claudus, ſi torto naſo, ſi cicatricem in faciem habens, vel alias quis deformatus ſit, an ad ordines admittendus ſit, & deformitas illa irregularem quem reddat, Epiſcopus id arbitrabitur. Idẽ quoque dixit Quin. Mandos. in Tractat. de ſignat. grat. in Tit. Diſpenſatio pro corpore vitiatis. verſ. Si ſupplicans ſuper defectu oculi. qui ait ordinario committi, vbi ſupplicans eſt abſens; ſi in curia oſtẽdere debet ſe referendario, quò ipſe defectum oculi inſpiciat, & poſtea id referat. Et qđ diximus de deformitate, idẽ aſſerimus ſi defectus aliqs alius ſit, & dubitetur, an impediat ordinũ functiones; nam & hoc Epiſcopus arbitrabitur, vt ſenſit Diaz. in eod. loco. Non idcirco tamen

men

men ipſe deinceps diſpenſabit,ſed vbi impedimentum adeſſe animaduerterit,ad Papam mittet,vt dixit Tab.in verb. Diſpenſatio.num.15. verſ.17.& Maiol.de Irregular.lib.1.cap.19.nu.1.& nos infra proximè.

Verùm,quòd hodie non quæuis deformitas ab ordine repellit,ſicut antiquitus, vt habetur Leuit.cap.21.ſed ſolùm ea,quæ tractationem diuinorum impedit,vel ſcandalum præbet, vt dixit Menoch.eod.& Diaz.in cit.cap.17.num.6.verſ.Secùdò, ob eam rem ſi quis vno digito careat,ita tamen,quòd miniſtrare poſſit, vt in c.1.de corp.vit.vel ſi maculam in oculo habeat, iuxta c.2.eod.tit.uel vngula pollicis careat,hoſtiam tamen frangere queat,vt in c.vlt.eod.tit. iudex modicum vitium hoc iudicabit,& ſic irregularem hunc non eſſe arbitrabitur,vt dixit Menoch.ibid.Habita igitur ratione qualitatis, & quantitatis,& loci,& perſonarum, & huiuſmodi,Epiſcopus id arbitrabitur;ſicut etſi pars aliqua membri deſit,an periculum ſit in celebrando, id ipſe diiudicabit.

2 Id quod † non ſolum in clericis ſecularibus, verùm etiam & in regularibus;non enim prælati regularium in promouẽdis ſuis ſubditis arbitrium hoc habent,vt dixit Syl.in verb. Corpore vitiatus.q.1.& Nauar.in Man.cap.27.nu.200.& Diaz.eod.cap.nu.16. quicquid dixerit Tabien.& Maiol.qui contrarium ſentiunt; nullo enim iure probatur id eis permiſſum eſſe, ſed ſolùm Epiſcopis per cit.c.2.de cor.vit.Sed de quæſtione hac ſatis;iam, qui diſpẽſare cum corpore vitiatis poſſit,videamus.

SVMMA.

1 *Diſpenſare quis poſſit cum corpore vitiatis.*

§. III.

Corpore vitiati quãdo irregulares eſſent, vidimus:modò quis in hac irregularitate
1 diſpenſare poſſit, videamus. † In hac igitur quæſtione concludendum eſt cum corpore vitiatis Romanum Pont.tãtùm diſpenſare poſſe;nam, ſic dixit Inn. in c.1.de re iud.lib.6.& in c.1.de corp.vit.& Couar.in Clem.vnic.p.1.in initio.num.7.verſ.Super hac verò irregularitate. qui opinionem Inn.communiter receptam eſſe teſtatur;eam quoque ſequitur Nauar. in Man.cap.27.num.200.verſ.Octauò.& Quint. Mand.in Tract.ſignat.grat. in Tit. diſpenſatio pro corpore vitiatis.ver.Alius à Papa,& Diaz. in Pract.crim.canon.qui ait ab hac communi, & veriſſima ſententia diſcedendum non eſſe. Probatur autem per c.ſignificauit.de corp.vit. vbi,cùm præsbyter credens ſe obſequium præſtare Deo,virilia ſibi amputanda curaſſet,mãdat ibi Romanus Pont.Archiepiſcop.Rauena. vt auctoritate ſua fretus concedat ei ſacerdotale officiũ,abſque altaris miniſterio. Ecce ibi eum presbyterum vitiatum corpore fuiſſe, & ſua auctoritate,vt cum eo diſpenſaret Romanum Pont.ei Archiepiſcopo mãdaſſe,ergo per ſe Archiepiſcopus ille id non poterat; fruſtra enim Romani Pont.auctoritatem expectaſſet. Nec repugnat,quod dicitur ibi;Auctoritate noſtra fretus & tua, quaſi ſignificet potuiſſe Archiepiſcopum ſua auctoritate cum illo diſpenſare;nam intelligenda ea verba ſunt auctoritate noſtra,ſcilicet ordinaria,& tua ſcilicet delegata,atque ſic interpretatur ibi Abb.& Couar. & DD.in eiſdem locis.Quare reiiciẽda eſt opinio Gloſſ.in cit.c.ſignificauit,quæ contrarium ſenſit,& Syl.eod.in verb.Corpore vitiatus.q.ſi. & Villadieg.de Irregula.qui Gloſſ.ſequuntur, ſolus enim Romanus Pont. diſpenſare poteſt; & facit c.non confidat d.50.

Immò Romanus Pont.non facile ſolet cum hoc irregulari diſpenſare, quoties deformitas tanta eſt,quę ſcandalum maximum generaret vt inquit Ioan.Staphileus,& Diaz.eod. cap. 17.num.15.verſ.Septimo.Sed de hac irregularitate ſatis;ad alteram tranſeamus.

De Irregularitate,quę oritur ex vitio corporis,habito reſpectu ad morbos,qui impediũt ne quis functiones Eccleſiaſticas obeat. Cap. LIII.

SVMMA.

1 *Morbi,qui impediunt,ne quis functiones Eccleſiaſticas obeant,irregularem quem reddunt.*
2 *Furioſus irregularis eſt.*
3 *Furioſus,qui habet dilucida interualla irregularis eſt.*
4 *Furioſus ob morbum an irregularis ſit.*

NONA ſpecies irregularitatis, habito reſpectu ad corpus eſt ea, quę contrahitur ex morbis, qui impediunt, ne quis functiones Eccleſiaſticas obeat.

1 Pro regula igitur † habebimus,qui his morbis laborat, irregularem eſſe;nam pro certo traditum eſt,omne,quod functionem ordinum impedit,irregularitatem inferre.arg.c.2.& ibi Abb.ac DD.de cler.ægrot. vel debilit.& pertinent huc,quę ſupra diximus de carentibus membris neceſſarijs ad diuinorum celebrationẽ.Verùm,quòd in hoc caſu,& in hac irregularitate comprehendũtur furioſi, mentecapti, podagra,& chiragra laborantes,ſicut etiam graui,ac perpetua febri,necnon abſtemij,ideo vt propoſitam regulam dilucidiorẽ reddamus,ſigillatim hos contemplemur,& prius furioſos.

2 Furioſus igitur † irregularis eſt, vt habetur in c.maritum.d.33.ibi enim prohibetur, ne is

in

in clericum ordinetur,qui in furiam aliquando verſus inſaniuit.Si ergo is,qui aliquando in furiam verſus inſaniuit,clericus fieri non poteſt,ergo irregularis eſt; hoc enim efficit irregularitas,vt à clero excludat.Confirmatur hoc eodem iure;ſi enim is,qui ſemel inſaniuit, admitti ad clerum non debet, ergo multominus admitti debet,qui adhuc furioſus eſt.Idem habetur in c.quãuis.7.q.1. Preterea id probatur ratione;nam ordines conferuntur,quo functiones eorum quis exerceat; at furioſus exercere eas nequit,ex quo non intelligit, quod agit, ergo ordinibus initiari non debet.Furioſus igitur irregularis eſt,atque ſic inquiunt DD.Ioa. Tabien.in verb.Corpore vitiatus.q.3.verſ. Dæmoniaci verò,& amentes.& Angel.eod.nu. 7. ver.Verũ demoniaci.& Nauar.in Man.ca. 27. num.203.verſ.Decimòquartò.in fine.& in ca. 25.num.72.in verb.Admoneo te pie lector.

3 Hæc autem irregularitas † locum habet, vel dilucida interualla habeat;& hoc ob id, quod fieri poteſt,vt in furorem incidat,dum diuina facit;qui enim habent dilucida interualla, frequenter in furorem incidunt,& ſciri nõ poteſt quando.arg.l.cùm alijs quidem.C.de cur. fur. Idem ſi liberatus ſit, nam raro liberatur quis hoc morbo,vt experientia docet. Item locum habet,vt nec ad minores ordines admittatur, atque ſic aſſeruit Maiol.de Irregular.lib.2.ca. 14.num.4.& 5.& facit c.2.d.33.Item ſi poſt ordines ſuſceptos furere incipiat; nam nec tunc executionem ordinum habet,vt ex iuribus ſupra citatis colligitur. Qui tamen ſi reſcipiſcat, admitti poterit arbitrio Epiſcopi,modo coadiutorẽ habeat:ita Maiol.ibid.in fine:& raro inſania correptus ſit,& ſcandalum non dederit.

4 Excipitur tamen, † vbi vi morbi,aut per ebrietatem,vel per freneſim, vel lethargiam in furorẽ incidit;hic enim ſtatim atque morbus ceſſauit & furor,ordinibus initiari poteſt,& antea ordinatus functiones ordinis exercere; nã non eſt furioſus directè, & immediatè per in ordinationẽ organi ſenſuum, ſed mediatè,& indirecte vi morbi,vulneris,alicuiuſuè paſſionis breuis.ita Naua.eod.c.25.in cit.ver.Admoneo te.et ſic non natura talis,ſed per accidens eſt furioſus.Quare qui vino ebrius factus eſt, & rationis vſum idcirco amiſſit,ſtatim atq; ad ſe redierit,ad ordines,eorumque functiones admittetur.Quid autem furioſus ſit,antea alibi ſupra id poſuimus.Et quæ diximus de furioſis eadẽ & de mentecaptis ſentimus ob eaſdem rationes.Sed iam de podagra,chiragrauè laboranti bus agamus.

S V M M A.

1 *Podagra, chiragrauè laborantes ita,vt ambulare nequeant,nec manuum vſum habere, irregulares ſunt.*

2 *Podagra,chiragrauè laborans irregularis non eſt, ſi non impeditur,quò minus functiones eccleſiaſticas obeat.*

3 *Podagra quid ſit.*

4 *Chiragra quid ſit.*

§. I.

1 § † Podagra laborantes etiam ita,vt ambulare nequeant,vel chiragra, vnde manuũ vſum impeditum habeant,in irregulariũ numero habentur.Et hoc ob hanc rationem, quoniam omnis morbus impediens,& reddẽs quem inhabilem ad diuina facienda,irregularem reddit,vt habetur in c.2.& ibi not.Abb.ac DD.de cler.ægrot.vel debilit.

2 Excipitur tamen † vbi quis non impeditur, quominus functiones eccleſiaſticas obeat; tũc enim irregularis quis non erit;non enim ex intemperãtia ſemper morbus hic oritur,ſed quãdoque aliunde,vt à parentibus.vnde & ſanctiſſimi viri hoc morbo laborarunt.Hoc autem, vt quis non impediatur,ſæpius contingit.Hinc Clemens VIII.chiragra laborat,& tamen cõmodè celebrat.

3 Podagra autem † eſt morbus,quo articulis pedum inprimis affectis,vſus ipſorum pedum impeditur ; impedit enim morbus hic pedes quominus quis ambulare poſſit. Dicta eſt autẽ Podagra ab eo,quod more pedicæ,quæ eſt laqueus,greſſus,ſeu vſus pedum impediat, ducto nomine à verbo græco παγὶς, quod latinè ſignificat laqueum.

4 Chiragra verò † eſt morbus qui impedit vſum manuum: χεὶρ enim græcè, latinè manum ſignificat.Sed iam de febre laborantibus agamus.

S V M M A.

1 *Febri laborantes an irregulares ſint.*

2 *Abſtemij an irregulares ſint.*

3 *Miſſæ ſacrum faciens Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie ſummere debet.*

4 *Abſtemius quiſnam ſit.*

5 *Vinum vouens non bibere an ordines ſuſcipere poſſit.*

6 *Vinum ne quis bibat prohibitus, an miſſæ ſacrum facere poſſit.*

7 *Miſſę ſacrum,ut fiat ſine uino, permitti non poteſt.*

8 *Aqua ſine uino an conſecrari poſſit.*

9 *Vomitu laborans an ad ordines admitti debeat.*

10 *Vino an liceat quippiam miſcere ; quo conſecretur.*

11 *Capitis dolore affectus an irregularis ſit.*

12 *Dolores omnes,qui impediunt functiones ordinum, irregularem quem reddunt.*

§. II.

1 § † Febri laborantes quoque, ſi grauis ſit, & continua,vnde Eccleſiaſticas functiones obire nequeant,irregulares ſunt.arg. c.2.de cler.ægrot.& c.pen.eod.id quod & ſenſit S.Thom.in 3.p.q.25.art.fin.ad.3.vbi ait debilitudinem,vel ægritudinem ſuperuenientem ordini

ordini

ordini ſacerdotali non tollere ordinem,ſed exe cutionem,quantum ad conſecratiouem Eucha riſtiæ quãdoque propter impoſſibilitatem exe cutionis,quandoque propter periculum, quan doque propter abominationem.

Excipitur ergo,vbi leuis febris eſt,quæ functiones has non impediat, tunc enim irregularis hic non exiſtimabitur.Hinc nõ excuſatur ſic affectus in ius vocatus,vt dicitur in le.quæſi tũ eſt .ff.de re iud.nec ob hanc febrim redhibitioni locus eſt,vt dicitur in l.1.§.proinde.ff.de edi lit.edict.Hic igitur ad ordines admittetur, & admiſſus functiones exercebit.

Excipitur etiam, vbi &ſi febris grauis eſt, tamen diſceſſit;febris quartana igitur non red det quem irregularem.

2 Abſtemij quoque † irregulares ſunt;nam hi ſanguinem Chriſti Domini ſub ſpecie vini con ſecratum ſuſcipere nequeunt,ergo ad ordines
3 admitti non debent;† nam ſacerdos miſſam ce lebrans Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie tam panis,quàm vini ſummere debet, vt habetur in c.comperimus.de conſecr.d.2. Cùm igitur abſtemius nõ poſſit Euchariſtiam ſub vini ſpe cie aſſumere,meritò admitti non debet ad ordines,& idcirco eſt irregularis.arg.cit.c. 2. & ibi Abb.de cler.ægrot.atque ſic dixit Gloſſ. in c.ipſi Apoſtoli.in verb. Neceſſe.ibi;Circa hanc materiam.2.q.7.& ſequitur Tabien. in verb. Vinum.& Maiol.de Irre.lib.2.cap.25.num.2.
4 Abſtemius autem eſt is,† qui vinum non bi bit,& bibere nõ poteſt,quoniã illud abhorret, vnde Ouid.Vina fugit, gaudetque meris ab ſtemius vndis.Dictum eſt autem à verbo Abſtineo,& Temeto,quod apud veteres pro vino ponebatur;vnde illud Temolentus.Quod igitur à vino hic ſe abſtinet, ob eam rem Abſtemius dicitur. Ceſſat autem irregularitas hæc ceſſante impedimento,ſ. vbi hic abſtemius vinum bibere poteſt,quod facilè fiet,ex quo par ua quantitas ponitur ad ſacrificium miſſę.
5 Verùm quid † ſi quis vouit non bibere vi-
6 num;† vel ei à ſacerdote pro pœna iniunctum eſt,an hinc ordinibus initiari,vel initiatus di uina facere poterit, ex quo neceſſe habet vinũ ſumere? In hac quæſtione pro certo habendũ eſt & ordinibus initiari poſſe,& initiatum miſſæ ſacrum facere, non prohiberi. Tum quòd, vbi miſſæ ſacrum facit,non vinum,ſed ſanguinem Chriſti ſumit poſt conſecrationem.Tum quòd,eſto purificationem,quæ vino fit,ſumat. c.ex parte veſtra. de celebr.miſſ.ex quo Eccleſia id præcepit,voto id comprehenſum non intelligitur,cùm in quauis promiſſione authoritas ſuperioris excepta ſemper intelligatur.cap. quemadmodum,vbi Gloſſ.de iureiur. nec votum valeret contra prohibitionem Eccleſię.
7 Atqui † an ſummus Pont.permittere poſſit, vt miſſæ ſacrũ fiat ſine vino? Hæc quæſtio duobus modis accipi poteſt. Primùm, an diſpenſari poſſit,vt ſine vino panis ſpecie tantùm cõ ſecrata miſſæ ſacrum fiat . Ioan. Tabien. in verb.Euchariſtia.1.q.19.ſenſit id poſſe.& Angel.eod.num.20. Contrariam opinionem ſequitur Syl.in ver.Euchariſtia.1.q.5.Tũ quòd raro contingit,vt ad quæuis loca vinum exportari nequeat.Tum quòd de communi DD.ſententia non poteſt Papa mutare ea, quæ ſunt de ſubſtantia,ſeu integritate ſacramentorum, qđ hic fieret,ſi panis ſine vino conſecraretur. Ab hac igitur ſententia diſcedendum non eſt, ſaluo ſemper ſanctæ Romanæ Eccleſiæ iudicio.
8 Secundo † poteſt diſputari,an poſſit diſpenſare Summus Pont.vt conſecretur aqua ſine vino.Et in hoc ſequor opinionem Ioan. Tabien. in verb.Euchariſtia.1.q.19.num.20.vt nõ poſſit,& refert ibi Alexandrum Papam voluiſſe in hoc diſpenſare,ſed declaratum fuiſſe id nõ poſſe.Et ratione id probatur,quoniam eſſentialia ſacramenti mutare non poteſt, alioquin noua ſacramenta facere poſſet;ſi enim liceret ei mutare materiam, & formam etiam,quod eſt ab ſurdum,& impium dicere.Addo aquam conſecrari,quatenus in vinum cõuertitur.In hac quęſtione igitur breuiter ſic concludo.
9 Qui vomitu etiam laborat † quandiu ſic ſtomacho eſt affectus,ad ordines admitti non debet,quoniam inhabilis eſt ad Euchariſtiam ſumẽdam,quo caſu etiam promotus ad ordines remoueri debet.arg.c.2.de cler.ęgrot.vel debi lit.& eorum,quæ tradidit S.Thom.in 3.p.q.83. art.fin.ad 3.Poſtremò ob periculum, & ſcandalum quod daret,ſi Euchariſtiam vomeret. Quod igitur hic Euchariſtiam ſumere non poteſt,vt debet,c.relatum.& c. compellimus. de conſe.d.2.& quòd ſumptam ſi euomat, grauiter peccat,& punitur.c.ſi quis. ea.d.ob eam rẽ ad ordines hic non admittetur,quouſque morbus hic durabit.Immò ſacerdos factus in hoc caſu à celebratione ſe abſtinebit.
10 Atqui † an liceret cuipiã miſcere quippiã vino conſecrando de conſenſu medicorum, ne vomitus fiat? Breuiter concludendum eſt id nõ licere;præter enim modicam aquam nihil adhiberi poteſt.arg.c.non oportet.&c.ſacramentò.de conſecr.d.2.& ita Maiol.& DD.ab eo ci. concludunt lib.2.cap.26.de irregular.
11 Dolore capitis † itidem affectus,vt inhabilis ad functiones Eccleſiaſticas ſit,quoniam eo dolore rationis vſum amittit,irregularis etiam eſt.arg.c.qualiter.& c.ſeq.7.q.1.vbi Epiſcopo ſic affecto alius in eum locum ſubſtituitur. Secus autem,vbi morbus non durat,vel leuis dolor eſt,quamobrem eo affectus functiones Eccleſiaſticas obire poteſt.
12 Quæ diximus de dolore capitis,† eadem ſentimus ob eandem rationem de dolore dentium , aurium, & alterius partis corporis , necnon de omnibus morbis,qui ſic impediunt ob eaſdem rationes. Sed de hac irregularitate hactenus,ad aliam tranſeamus.

De Ir-

De Irregularitate, quę oritur ex vitio corporis, habito reſpectu ad morbos, quibus affecti ſine periculo functiones Eccleſiaſticas obire ne queunt. Cap. LIIII.

SVMMA.

1 *Morbi, quibus affecti functiones Eccleſiaſticas ſine periculo obire nequeunt, irregulares reddunt.*
2 *Lunatici irregulares ſunt, & quamobrem.*
3 *Lunatici quinam ſint.*
4 *Lunaticus ordinem ſuſcipit, ſed non executionem.*

DECIMA ſpecies irregularitatis, habito reſpectu ad corpus eſt ea, quæ contrahitur ex morbis, quibus affecti ſine periculo functiones Eccleſiaſticas obire nequeunt.

1 Pro regula igitur † habebimus, qui his morbis laborat, irregularem eſſe; nam communiter traditũ eſt, ad ordines admittendum eum non eſſe, qui ſine periculo functiones Eccleſiaſticas obire non poteſt. arg. ca. 2. de cler. ægrot. vel debilit. & ibi not. Verùm quòd hac irregularitate comprehenduntur Lunatici, Comitiali morbo laborantes; necnõ Paralytici: ideo, vt propoſitam regulam dilucidiorem reddamus, hos, vt exempla cõtemplemur, & prius lunaticos.

2 Lunatici ergo † irregulares ſunt; tum quòd hi, vbi luna defectum patitur, vel creſcit, furore feruntur, vt medici inquiunt; at omnes qui furore percipiuntur, ad ordines admitti non debent, vt dicitur in c. maritum. verſ. Neque vllũ, qui in furiam aliquando verſus. d. 33. ergo neque lunatici admitti debent. Tum quòd lunatici ſpecies furioſorum ſunt, & ſolùm in hoc differunt, quod furioſi ſemper vſu rationis carent: lunatici verò aliquando. Non eſt igitur quod hac de re dubitemus. Idque meritò, verendum enim eſt ſi ij ad ordines admittantur, ne, dum ſacra faciunt, morbo eo correpti, vel ſacra omittant, vel quodpiam indecens agant, quod ſcandalum præbeat, riſumvè moueat: ob hoc igitur periculum ordinibus non initiantur, & irregulares ſunt, atq. ſic dixit Raymũdus in Sum. Tract. 6. de ſacramento ordinis. cap. 1. verſ. Quintò ſimiliter furioſi. & Syl. in verb. Corpore vitiatus. q. 3. verſ. Octauò. & Nauar. in Man. ca. 27. num. 213. ibi, idem de amente lunatico. & Maiol. de irregular. cap. 15. libr. 2. idem ſenſit quoque S. Thom. 3. p. q. 82. art. fin. in reſp. ad 3. nam ait ibi ordinum executionẽ tolli ei, qui patitur morbum caducum, vel etiam quamcũque alienationem mentis. Immò, qui ſe lunaticum fingit ob turpitudinem irregularis eſt. ita Maiol. ibid. Secus ſi ob piam cauſam, vt S. Dauid.

3 Lunaticus autem eſt is, † qui interlunij tempore natus eſt, ideſt quando luna defectum patitur aliquem, quamobrem eo tempore mente adeo hic perturbatur, vt inſaniat. Hinc apparet lunaticos naſci, non autem per aduenientem morbum fieri, & vnde dicti ſint. Quare fruſtra quæri mihi videtur, an ſi liberatus ſit eo morbo, admitti ad ordines debeat; ex quo enim à natura morbus hic eſt, non video quomodo curetur, niſi ex miraculo. Fruſtra etiam illud dici, irregularem hũc eſſe, etiam ſi habeat dilucida interualla, nam morbus hic ſolùm afficit aliquando, non autem ſemper. Minoribus ordinibus tamen initiari poteſt. c. 2. d. 33. vbi hoc Archid. & Lau. inquiunt, & Maiol. eod. nu. 6. verſ. Sunt autem. Sed mihi nõ placet, arg. l. oratio. ff. de ſponſ.

4 At quid † ſi quis ſic affectus ordinibus initietur, cum morbus hic lateret, qui deinceps apparuit? Ordinem quidem ſuſcepit, ſed tamen executionem ordinis non habebit, & ſic irregularis erit. arg. eorum, quæ dixit S. Thom. eod. facit quoque c. quamuis. 7. q. 1. Sed de irregularitate hac ſatis; ad eam, quæ naſcitur è morbo commitiali tranſeamus.

SVMMA.

1 *Comitiali morbo laborantes irregulares ſunt, & quamobrem. etiam*
2 *Si poſt ſuſceptos ordines in hunc morbum incidant. etiam*
3 *Si raro corripiantur hoc morbo.*
4 *Comitialis morbus quid ſit, & cur ſic nominetur.*
5 *Comitialis morbus vario nomine nominatur.*

§. I.

1 § † Comitiali morbo laborans itidem irregularis eſt, vt habetur in c. 17. q. 2. ibi enim prohibetur, ne morbo caduco laborans, ad miſſæ ſacrum faciendum admittatur. Conſulimus itaque, dicitur enim ibi, vt ſi frequenter hoc morbo tangitur, ab oblatione, & miſſarum celebratione omnibus modis prohibeatur, indecens enim eſt, & periculoſum, vt in conſecratione Euchariſtiæ morbo victus epileptico cadat. Hæc ibi Summus Pont. Si ergo is, qui ordines iam ſuſcepit, miſſę ſacrum facere nequit, admittique ad id non debet, multo minus quis ad ordines admittetur, cùm multa facta teneant, quæ fieri prohibẽtur. arg. l. patre furioſo. ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & c. quemadmodum. de iureiu. Idem habetur in c. fi. ead. q. Idem inquiunt DD. Gloſſ. in c. 3. d. 33. quæ ait opinionem hanc non habere contradictionem, & Ioan. Tabiẽ. in verb. Corpore vitiatus. num. 4. verſ. Tertiò. ibi; Promoueri tamen non poteſt. & Syl. eod. q. 3. verſ. Octauò. & Angel. eod. verſ. Vtrum cadens morbo caduco. Communis deniq; DD. ſententia hæc eſt. Probatur etiam id rationibus; nam periculum ſummũ verſatur, ſi ad ſacra facienda admittãtur, quid enim

enim ſi dum miſſæ ſacrum ab his fit eo morbo opprimãtur,& præſertim dum hoſtiã, caliceq; in manibus habent,nonne in terram effunderent omnia,quæ impietas maxima eſſet? Iure igitur ob hoc periculum ad ordines non admittuntur, & admiſſi miſſæ ſacrum facere prohibentur. Poſtremò horrorem etiam inijciunt,& ſcandalum præbent ; nam eo morbo oppreſſi horribiles voces emittunt, ſpumam ex ore euomunt,actus indecoros faciunt. Indecens igitur eſt,& periculoſum,vt hi ad diuina facienda admittantur,vt dixit Summus Pont.in cit.c. 1. 7. q.2.

2 Irregularitas autem hæc afficit† non ſolum eos,qui ordinibus initiari volunt,verùm etiam & qui iam ordinibus initiati ſunt;nam non poſſunt miſſæ ſacrum facere, vt dicitur in eod. c. 1.q.2.vbi frequenter hoc morbo corripiũtur:ſicut etiam in c.illud.in fine.ead.q.1.

3 Item afficit † vel raro morbo hoc corripiantur. An igitur,qui rarò hoc morbo vexatur,irregularis etiam eſt? Gloſ.in c.communiter.d.33. ſic diſtinguit . Aut emittit voces confuſſas,& non debere tunc adminiſtrare ait ob cap.fin.7. q.2. Qui canon non probat opinionem Gloſſ. nam ibi dubitabatur,an hic eſſet morbo affectus,& ideo Summus Pont.iubet,vt videatur, an collapſus ſit, & voces confuſas emiſſerit, vel ſpumam:hæc enim ſigna ſunt morbum adeſſe: Non igitur ibi probatur,qui ea gerunt,non poſſe adminiſtrare,ex quo ea pro ſignis data ſunt, vt inſpiceretur,an eo morbo laborarēt. Et quãuis verum ſit eos,qui ea agunt,non poſſe adminiſtrare,non tamen conſequitur eos admitti, qui rarò ea faciũt,vel nunquam. Aut inquit non emittunt tales voces & tunc ſecus,ideſt admitti ad adminiſtrationem poſſe,ſed habere debere coadiutorem, & hoc p c. illud. 7.q.1. Hoc etiam mihi non probatur;nam canon ille generaliter loqtur. Id quod initium eius ſignificat, dum inquit, Væ ſoli,qui,cum ceciderit,non habet ſubleuantem ſe. Idem Summa eius nos docet;nam inquit quemcumque ſacrificantem ſacerdotem vicinũ habere debere, qui cœpta ſacramenta expleat,ſi neceſſitas aliqua ei ingruerit;non ergo loquitur de eo,quem conſtat hoc morbo laborare,quod & Gloſſ.ibi ſentit. Concludo igitur,quamuis rarò quis eo morbo corripiatur,non debere ad ordines admitti,nec ordinibus initiatum miſſæ ſacrum facere debere: oportet enim ſanum eum eſſe,& ex eo morbo conualuiſſe,vt dicitur in c.1.7.q.2.in fine,quicquid dixerit Gloſſ.allegata. Item afficit irregularitas hæc etiam quoad ordines minores, ita ſenſit Maiol.de Irregular.lib.2.cap.16.nu.12. Immò & prolem eius,qui hoc morbo laborauit non facilè admittendam ad ordines inquit Maiol.ibidem,niſi animaduertat eam hoc morbo non laborare ; ad filios enim morbus hic transferri ſolet. Atqui quanto tempore expectabitur , vt videatur an eo morbo liberatus quis ſit,vt poſſit exequi officiũ ſuũ? Planè per annũ,vt dicitur in c.3.diſti.33.ad arbitriũ Epiſcopi tamen, id pertinebit iudicare . Triginta dies tamē obſeruantur,vt videatur,an hoc morbo quis laboret,ob cit.c.fin.7.q.2.

4 Morbus autem comitialis † eſt morbus,qui cũ totius corporis concluſione principales cerebri operationes tollit,toto cerebro,vel duobus eius ventriculis malè affectis. Quare, qui hoc morbo corripiuntur,in terram cadunt,mēbra variè torquent,ſpumas emittunt, rugitus horribiles faciunt,& vſu rationis carent.

5 Vario autē nomine appellatur;† nã dicitur Comitialis,ſacer & Sanctus,Maior morbus , Hærculeus,& Caducus. Comitialis, vel quod dum comitia fierent,ſi interueniſſet, comitia intermittebantur, vel fortaſſe , quod eum , qui ipſo affectus eſt, vſque ad mortem committatur. Sacer verò & Sãctus eſt nominatus, quoniã animi partē rationalem, quę nobilior eſt & præſtantior,offendit, & obſidet. Maior morbus ob eãdē rationē,& ob eius grauitatē. Hærculeus vero nominatus dicitur, quoniam hoc morbo Hærculē laboraſſe ferũt. Caducus denique vulgo dicitur,quoniã ſtatim atq; quis eo vexatur,in terram cadit. Sed de irregularitate huius morbi ſatis,ad alteram trãſeamus. Si illud addiderimus vertiginem irregularem quem non reddere,quamuis hoc morbo laborãs,habere debeat coadiutorē qui ſi opus ſit, cœptum myſterium expleat,ita Maiol.ibid. & facit c.nihil,& c.illud 7.q.1.

SVMMA.

1 *Paralyticus an irregularis ſit.*
2 *Linguæ officium, qui amiſſit ob paralyſiam, irregularis eſt.*
3 *Manus tremulas habens an irregularis ſit.*
4 *Caput tremulum habens an irregularis ſit.*
5 *Paralyticus quid ſit.*
6 *Apoplexia laborans an irregularis ſit.*
7 *Apoplexia quid ſit.*
8 *Morbi omnes reddunt quem irregularem, vbi ipſis quis affectus periculum adit in adminiſtrando.*

§. II.

1 § † Paralyticus quoque irregularis eſt,vbi per paralyſiam ea membra impedita habet, quamobrem aut diuina facere non poteſt,aut ſaltem ſine periculo;nam,vt ſæpè diximus,quiuis morbus, qui inhabilē quempiã reddit ad ordines,remouet eum ab ipſis ; ſicut etiam ſi ſcandalum præbet,vel abominationē, vel irriſionem,vt dixit S.Thom in 3.p.q.83.ar. fin.ad 3.& not.Abb.in c.2. per eum canonem de cler ægrot.vel debilitat.

2 Qui ergo †ob morbum paralyticum officiũ linguæ amiſſit,hic ad ordines non admittetur, & admiſſus ante eum morbum ab officio miſſæ remouebitur,ſi contingat in eum morbum incidere,quippe quia celebrare nequeat ſine periculo ſcandali,vnde ſi animarum curam habet, coadiutor ei datur,vt habetur in c.fin. de cler.

cler.ęgrot.uel debilit.

3 Qui etiam†tremulas manus habet, ut non ſi
ne periculo effuſionis ſanguinis miſſæ ſacrum
facere poſſit,hic quoque ad ordines non admit
tetur,& admiſſus miſſæ ſacrum non faciet. arg.
c.2.de cler.ægrot.uel debilit.Et ita Maiol.de Ir
regul.lib.1.cap.14.num.9.

4 Qui caput tremulum etiam habet†aliaſve par
tes eodem morbo laborantes, unde ſine pericu
lo miſſę ſacrum facere nequeat, uel ſine ſcanda
lo,& irriſione,hic quoque irregularis erit.

Excipio tamen,ubi periculum,& ſcandalum
ceſſarent, utpote quia parum damni morbus il
le affert,tunc enim irregularis hic non erit, &
ad ordines admittetur, & multo magis admiſ-
ſus in ipſis remanebit; uidi enim ſacerdotem
parum caput tremulum habentem, & animarũ
curam habentem,& alios manus tremulas etiã
parum habentes,nõ remoueri à diuinis facien-
dis.Si uerò ita mẽbra impedita habeat, ut fun-
ctiones ordinum obire nequeat, & animarum
cu ram habeat,dabitur ei coadiutor, ut dicitur
in c.fin.de cler.ægrot.uel debilit.

5 Paralyticus†autem eſt is, qui reſolutionem,
ſeu diſſolutionem neruorum in altera tantùm
corporis parte habet. Dictus eſt autem à uerbo
græco παραλύω,quod ſignificat diſſoluo; quod
enim neruos diſſoluit adeo,ut moueri nequeat,
ob eam rem paralytici dicti ſunt, qui eo morbo
laborant.

6 Apoplexia quoque†laborantes (qui morbus
eſt,ubi nerui quaſi ſtupore quodam affecti ſen-
ſum,& motum amittunt)ubi functiones Eccle-
ſiaſticas obire nequeũt,irregulares ſunt ob eaſ-
dem rationes,quas de antecedenti morbo dixi
mus:ſecus autem,ubi non impedirent, quam-
uis,qui hoc morbo opprimuntur,ſæpius aut mo
riantur,aut manci remaneant:

7 Morbus autem is eſt,†qui uulgo dicitur goc-
ciola.Dictum eſt autem apoplexia à uerbo græ
co ἀποπλήττω, quod latinè ſignificat percutio,
& attonitum reddo.

Quæ diximus autem de his morbis, ſcilicet
8 ob periculum inhabiles ipſos reddere, † eadẽ
ſentimus,& de aliis morbis, qui periculum idẽ
generant ob eaſdem rationes,quacunque ratio-
ne morbi adſint,uel etiam ob maleficium, &
operą dæmonum, ſi impediatur quis ob id, nõ
aut commode,aut ſine periculo ſacra faciat, &
ita ſenſit Maiol.de Irregular.libr.2.cap.15. nu.
6.iam de morbis agamus,quib.affecti qui ſunt,
ſi miſſę ſacrum faciant,ſcandalum præbent; id
quod in ſeq.explicabimus.

De Irregularitate,quæ oritur ex vitio corporis,habito reſpectu ad morbos; quibus affecti ſine ſcandalo, ſtomacho, abominationeve functiones Eccleſiaſticas obire nequeunt. Cap. LV.

S V M M A.

1 *Morbi,quibus affecti functiones Eccleſiaſticas ſin ſcandalo obire nequeunt,irregulares eos faciunt.*
2 *Dęmoniaci irregulares ſunt,& quamobrem.*
3 *Dęmoniaci an ad ordines minores ſaltẽ admitti dẽat.*
4 *Dęmoniaci à dæmonibus liberati an ad ordines admitti poſſint.*
5 *Dæmoniaci functiones Eccleſiaſticas obire nequeũt, eſto poſt ſuſceptos ordines à dæmone vexentur.*
6 *Dęmone oppreſſi poſt ordines ſuſceptos functiones Eccleſiaſticas obire poſſunt,ubi liberati ſunt.*
7 *Dęmone an liberatus quis ſit necne, vbi dubitatur quid faciendum.*
8 *Dęmoniaci quinam ſint.*

VNdecima ſpecies irregularita-
tis,habito reſpectu ad corpus
eſt ea,quę contrahitur ex mor
bis,quib.affecti ſine ſcandalo,
abominatione, ſtomachove
functiones Eccleſiaſticas obi-
re nequeunt.

1 Pro regula igitur habebimus,† qui his morbis
laborat,irregularẽ eſſe,ut habetur in c.2.in uer.
Nec ſine ſcãdalo pp deformitatẽ.de cle.ægrot.
uel debil.& in c.ſeq.ibi;Nec ſine magno ſcãda
lo.& in c.tua nos.ibi:Dicimus,ꝙ pro ſcãdalo &
abominatione populi.e. ubi ob deformitatẽ nõ
ſolũ mẽbrorũ,ſed ob deformitatẽ leprę,ſacerdo
tes ab altari remouẽtur ob ſcãdalũ, & abomina
tionẽ,atq.ſic DD.cõiter no.& nos,ut p̃dixi,pro
regula id habemus. Verũ, ꝙ hac irregularitate
cõpręhẽdũtur Dæmoniaci,Leproſi, Morbo Gal
lico laborãtes,Phtiſi,& peſtilẽtia,ob eã rẽ,ut his
exẽplis propoſitã regulã dilucidiorẽ reddamus,
de ipſis hic,& prius de dęmoniacis agamus.

2 Dæmoniaci ergo †irregulares ſunt;nã ſic habe
tur in c.cõiter.d.33.Cõiter definimus,ait.n.ibi,
Romanus Pon.ut nullus de iis, q aut in terra ar
repti à dœmonib.elidũtur, aut quolibet mõ ue
xationis incurſib.efferũtur,uel ſacris audeãt mi
niſtrare altarib.Hęc ibi.Si ergo,qui à dęmonib.
uexãtur,prohibẽtur altarib.miniſtrare,& ut ibi
dr̃,ergo dæmoniaci irregulares ſunt;hoc.n.irre
gularitatis propriũ eſt,ut remoueat quẽ ab alta
ris miniſterio.Idẽ habetur in c.1.ea.d. ibi.n.S.
Gregorius recẽſens,ac prohibẽs multos ad ordi
nes admitti inter hos enumerat ẽt eũ,q afflictio
ne diabolica uexatus eſt.Idẽ in c.clerici.ead.d.
Clerici,dr̃ quoq.ibi,qui in adoleſcẽtia à dęmo-
nib.c ognoſcũtur oppreſſi,ad ſuperiorẽ ſacri re-
giminis gradũ aſcẽdere nõ pñt.Idẽ in c. ſeq.ea.
d.Ex quib.patet dęmoniacos ad ordines admit
ti nõ debere,& idcirco irregulares eſſe. Præte-
rea id ꝓbatur rõne,nã indignũ ur̃,eũ,qui à Dœ-
mone Chriſti Dñi hoſte perenni obſeſſus fuit,
Chriſti Domini miniſtrum eſſe. Item ſcandalũ
puſillis ſaltem datur;graue.n.uidetur, qui dia-
boli mancipium quodammodo fuit,modo aliis
præeſſe in diuinis,& miniſtri Chriſtum eſſe, ut
colligitur ex c.uſque adeo.ead.d.33.Pro certo
igitur habebimus dœmoniacos irregulares eſ-
ſe,atque ſic dixit Glo.in cit.ca.communiter.in

uerb. De iis, ibi: In dœmoniacis ſimiliter, quæ de communi DD. ſententia teſtatur, ſequitur quoque Syl. in uerb. Corpore uitiatus. q. 4. uerſi. Octauò quid de furioſis, & Tab. eod. num. 4. uerſi. Tertiò utrum cadens. ibi: Dœmoniaci vero. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 203.

3 At quid† an ad minores ordines ſaltem admitti poſſunt? Glo. in cit. c. clerici, ſentit eos admitti poſſe per eum canonem, nam ibi dicitur obſeſſos à dœmonibus aſcendere non poſſe ad ſacri regiminis gradum, quaſi per illud ſacri innuat maiores ordines dœmoniacis tantùm prohibitos; ob eamque rem ſentit ad minores admitti eos poſſe. Hæc tamen ratio non mihi ſatisfacit. Primò, quia loquitur ibi de clericis, & de facto, quod tunc contigerat, ut ex uerbis eius canonis colligi poteſt. Præterea, ex quo prohibentur ordinibus ſacris initiari, ergo & minoribus; prohibito enim conſequenti, & antecedens prohibitum eſſe exiſtimatur. arg. l. oratio. ff. de ſpon. Ego igitur teneo neque ad minores ordines ſuſcipiendos admitti poſſe. Tũ ob c. maritum: ubi ſimpliciter dicitur non ordinandum clericum, qui afflictione diabolica vexatus eſt, ergo nec ad primam tonſurã, ex quo & ad clerum quis adſcribitur per primam tonſuram, ut habetur in c. cum contingat. de ætat. & qualit. Tum quòd & ſcandalum hic daretur, ſi inſeruiret ſacerdoti miſſæ ſacrum facienti. Tum quòd irregularitas per ſe ab omnibus ordinibus remouet. Dœmoniaci ergo nec ad minores ordines admitti debent, quicquid dixerit Maiol. de Irregular. lib. 2. cap. 17. num. 4. & quidam ab eo citati, qui canone allegato nituntur.

4 Item† irregulares ſunt dœmoniaci, qui à dœmone fuerunt obſeſſi, etiam ſi modo liberati ſint; nam nec ad ordines ſuſcipiendos admitti hi debent, ut inquiunt Syl. & Tab. in cit. locis, & ſenſit Glo. in cit. c. communiter, & Naua. eo. & habetur in eod. ca. maritum. ead. di. 33. nam ibi dicitur clericum non ordinandum, qui aliquando afflictione diabolica uexatus eſt, ergo etiam ſi quis liberatus ſit à Dœmone, ordinari non debet, uerbum enim illud vexatus eſt præteritũ perfectum eſt, quod rem præteritam, & non extantem ſignificat, ut Grammatici docent, facit quoque c. clerici. ea. d. Poſtremò rationes prędictæ & hic locum habent, ergo & diſpoſitio locum habere debet.

5 Tertio locum habet hæc regula † etiam ſi, antequam obſiderentur à dœmonibus, initiati ordinibus eſſent; adhuc enim functiones Eccleſiaſticas, quoad miſſę ſacrum in primis obire non poterunt ob eaſdem rationes; nam & id habetur in eod. c. communiter. d. 33. & in c. uſque adeo. ead. d.

6 Excipiuntur† tamen, qui poſt ſuſceptos ordines à dæmonibus oppreſſi ſunt; hi enim dœmonibus liberati (modo pro certo id habeat) diuina facere poterunt, ut dicitur in cit. c. communiter. in fine. ibi enim dicitur hos dęmoniacos ſuſpenſos eſſe debere ab officii ſui ordine, & loco, quouſque inueniantur ab incurſu Dœmonum liberati. Si ergo debent eſſe ſuſpenſi, quouſque inueniantur liberati, ergo ubi cõſtabit liberatos ipſos eſſe (id quod Epiſcopus arbitrabitur, ut dicitur in cit. c. communiter. ibi: Per diſcretionem Epiſcopi) in ſuo officio perſeuerabunt. Nec repugnat, quod diximus ſupra ſemel obſeſſum à dœmone, eſto deinceps liberatus ſit, admitti ad ordines non debere; nam ibi agitur de eo, qui ordines non ſuſceperat; hic autem de iam ordinatis, quamobrem facilius his permittitur in ſuo ordine remanere, quam ſuperiorem ad ordines admitti: multa enim facta tenent, quæ fieri prohibentur. l. patre furioſo. ff. de iis, qui ſunt ſui uel alie. iur. & c. quemadmodum. de iureiu. & ita Maio. ibidem. num. 3. uer. ſed ſi is aſſeruit. Hinc concluſimus antea, eum, qui ſine ſua culpa corporis membro carebat, unde miſſam celebrare non poterat, ſi iam ſacerdos erat, permitti cæteris officiis ſacerdotalibus fungi; Eum uero, qui clericus non erat, ad ordines non admitti, ut functiones eas exerceret, quas poſſet, & facit c. 2. de cler. egrot. uel debilit.

7 At quid† ſi dubitetur, an liberatus ſit? In hoc caſu per annum expectabitur, iuxt. arbitrium Epiſcopi, & ſi intra eum non uexabitur, de licentia Epiſcopi adminiſtrare poterit, iux. citat. capitu. communiter. quod & ſenſiſſe uidetur Syl. in uerb. Corpore uitiatus. quæſtio. 3. uerſicu. Octauo. ibi; Sed mihi uidetur. quicquid dixerint DD. in cit. c. communiter. quos refert ibi Gloſſ. Confuſe enim rem hanc pertractant, non diſtinguẽdo caſus prædictos. In hac queſtione igitur ſic concludendum cenſeo.

8 Dœmoniaci autem† ſunt homines, in quorum corpora Dœmones ingreſſi ea obſident, unde etiam dęmoniaci dicti ſunt, & aliàs Energumeni, ut qui à Dœmonibus uexentur, & agitentur, quod à Dœmone oppreſſi tenentur, & ita inquit Maiol. de Irregular. lib. 2. capitu. 17. numer. 5. Quare, & ſi irregulares ſunt, qui ſe dœmoniacos ſimularunt, cùm non eſſent, ut ſexta Synodus generalis Conſtantinopolitana ſtatuit, & refert Maiol. ibid. num. 6. non tamen dœmoniaci propriè ſunt. Sed de dœmoniacis hactenus, ad leproſos tranſeamus.

S V M M A.

1 *Leproſi irregulares ſunt, & quamobrem.*
2 *Leproſus ſacerdos adminiſtrare ſacramenta nequit.*
3 *Leproſi poſſunt ſecreto diuina facere, & coram alijs leproſis.*
4 *Leproſi ad ordines non admittuntur, etiam ſi haberent adminiſtrare ſacra, & facere coram leproſis.*
5 *Lepra quid ſit.*

§. † Leproſi

§. I.

1 §. †Leproſi quoque irregulares ſunt, ut inquiunt Syl.in uerb.Corpore uitiatus.q.u.7.nã ait leproſum promoueri non debere.Idem Ioan.Tabien.eod.q.3.uerſi. Leproſi, & Angel.eod.num.8.& Nauar.in Man. ca.27. num.102.uerſ.Decimotertiò dico.& Mar.Socin.Sen.in c.ad audientiam.nu. 80.uerſi.Secundò quęro.de homicid.communis deniq DD. ſententia hęc eſt.Idque iure meritò cũ ob ſcãdalum,quod præberent,ſi functiones Eccleſiaſticas exercerẽt; malè enim Chriſti fideles de prę ſidibus Eccleſię opinarẽtur, qui hos admittunt,admiſſoſve tolerãt; ordineſque ſacros nõ tanti facerent,cũ uideant ab hominibus ſic infectis,& contaminatis ſuſcipi, eorumque functiones obiri. Ob ſcandalum igitur uetantur ad ordines promoueri.c. 3.& ſeq.de cler.ęgro. uel debilit.Tum etiam ob abominationem populi,ut dicitur in cit.c.4.de cler.ægrot. Abominatio autem in hoc uerſatur,quòd Chriſti fideles ob horrorem,& ſtomachum,quem morbus hic facit,audire horum diuina, ſacraq; ab ipſis recipere reſpuerent.Hinc iure antiquo extra aliorum communionem eiiciebantur,ut refertur in c.hoc ipſum.32.q.2.Hinc Abb.ſenſit in cap.ſacris.nu.6.de ſepult.nec in cæmeteriis cum aliis ſepeliendos eſſe.Leproſi ergo ad ordines admitti non debent,& idcirco irregulares ſunt.

2 Immò† nec ordinibus initiati permitti ipſis debet,ut diuina faciãt, ſi poſt ordines ſuſceptos contingat eos in hunc morbum incidere, ut habetur in c.3.& in c.ſeq.de cler.ægrot. uel debilit.ubi iubetur dari coadiutorem ſacerdoti leproſo, qui animarum curam habet, & non permitti,ut diuina,miſſæque ſacrum faciat,ſacramentave miniſtret,ob ſcandalum,& abominationem populi,atque ſic dixit Soci.ibid.Nõ ſolum igitur prohibentur ad ordines admitti, uerum etiam admiſſi prohiberi debent,ne functiones obeant ordinum.

3 Excipitur tamen†ubi ſacerdotes iam creati ſecreto miſſæ ſacrum facerent, tunc enim poſſunt,ut inquiunt Syl.in uerb.Lepra.q.6. & Io. Tabien.in uerb.Leproſus.in fine.& Ange.eod. in fine. Idem inquiunt allegati DD. in uerb. Corpus. Angel.num.8.Ioan.Tabien.nu.4.uerſi.Tertiò utrum.& Syl.q.7.& S.Thom. in 3.p. q.82.art.fin.ad tertium.uerſi.Sicut patet de leproſo.Et hoc ob hanc rationem, quoniã ceſſat ſandalum,quamobrem celebrare permittitur.

Secundò excipitur ob eandem rationem,qđ ſcandalum ceſſat,& abominatio,ubi coram aliis leproſis publicè etiam diuina faciunt, ut allegati DD.eiſdem in locis concludũt.Id quod hinc etiam probatur,quoniam leproſis permittitur habere Eccleſiam ſeparatam,& cœmeterium ſeparatum in c.2.de Eccl.ędific.

Hęc tamen uera ſunt,ubi eo morbo non impediretur,quominus ſacra faceret,ſi enim digitos adeo eo morbo corroſos leproſus haberet, ut contrectare hoſtiam non poſſet,uel labia,ut ſanguinem ſumere non ualeret, tunc hac rõne impediretur.arg.c.2.de cler.ægrot. uel debili. Irregularis igitur leproſus erit.

4 Secundò†uera ſunt,ut diuina faciãt, ubi ante leprã ordinẽ ſuſcepiſſent, & ſi ante ordines ſuſceptos leproſi eſſent,admitti non debent ad ordines,eſto coram leproſis haberent adminiſtrare,ob rationes in initio allatas;nã ad ſummam irregulares ſunt.

5 Leproſus autem à lepra dictus eſt,† Lepra autem de ſententia Galeni,& medicorum gręcorum eſt ſpecies ſcabiei cutem deformi obducens cruſta,ab atra naſcens bili,corpuſque uehementi pruritu infeſtans.Et dicta eſt à uerbo gręco λεπω,quod ſignificat excorio,ſeu decortico,nam,quod morbus hic uehementi pruritu corpus afficit,ob eam rem ſic affectus, adeo ſe confricat,vt ſe excoriet. Ab effectu igitur morbus hic nominatus eſt. Et de morbo hoc ſatis.

SVMMA.

1 *Morbus Gallicus quando irregularem quem reddat.*
2 *Morbus Gallicus quid ſit.*
3 *Morbus Gallicus quot modis nominetur.*
4 *Alopecia morbus,ideſt la pellarella,an irregularẽ reddat.*
5 *Alopecia quid ſit,& unde dicta.*

§. II.

1 §. †Morbo Gallico itidem laborans irregularis eſt in his caſibus.Primùm, ubi per ipſum impeditur,quominus contrectare hoſtiam poſſit,uel ſanguinem ſumere,eo quod corroſa labia ab eo habeat,uel manus impeditas,quamobrem irregularis redditur.arg.ca.1. & 2.de cler.ęgrot.uel debilit.& ibi not. Abba. Quare idem,ſi poſt ordinum ſuſceptionem eo morbo afficiatur,ob eandem rationem.

Secũdo,ubi per ipſum horrorem prębet,uel ſtomachum facit ob ulcera,quę habet,uel naſũ corroſum,uel caput deforme redditum;in hoc enim caſu etiam ſicut leproſus, irregularis eſt. arg.c.3.cum ſeq.de cler.ęgrot.uel debilit.

Excipitur tamen primo,ubi pietate ductus ſecreto celebraret,uel corã aliis eo morbo infectis,ubi aliâs adminiſtrare poſſet; tunc.n.id ei licebit,ut de leproſis dictum eſt.

Secundo excipitur,ubi eo morbo liberatus eſt;in hoc.n.caſu,& ordinib.initiari,& ipſis initiatis ipſorũ functiones exercere ualebit,ceſſat enim ſcãdalum,& abominatio,& idcirco irregularitas.arg.c.cum ceſſante.de appell.

Sicut ẽt,ubi ulcera non apparent;ceſſat.n.tũc ſcandalum,quamobrẽ & ordinib.non initiatus ipſis initiari poterit, quãuis ſi ſua culpa morbus ille contigerit,ſcilicet ob propriã libidinẽ, ſi notorium id ſit,fortaſſe remouebitur.

2 Morbus autem hic†eſt ſcabies quædam,quæ mõ ad medullas permeat, modo corrodit naſum,labia,& alias corporis partes.

Variis autem nominibus morbus hic ap-
3 pellatur;†nã modo dicitur morbus Hiſpanus,
eo quòd hiſpani primi ab Indiis occidentali-
bus 1494.in Italiam eum detulerunt,ut habe-
tur in Sylua uariar.lect.p.3.c.35.n.146.Dictus
eſt etiam morbus Neapolitanus ob id, quòd
cùm hiſpani mulieres plures hoc morbo infe-
ciſſent,& ipſæ uiros plures,qui deinceps in Ita
liam uenerunt ad bellum Neapolitanum con-
tra Gallos, in eo regno mulieres ēt infecerunt
hoc morbo Frãcos,& Gallos,qui Galli morbũ
Neapolitanum,Itali uero Gallicum appella-
runt.

4 Alopecia itidem laborantes,† id eſt pela-
rella,quandiu eo morbo laborant, ad ordines
admitti non debent,uel ſua culpa eo morbo af
fecti nõ ſint,ob ſcandalum.Tum quod eo mor
bo pilis,& capillis capitis,ac barbæ,quæ ad de
corem à natura data ſunt,ſpoliantur, unde ſic
affecti deinceps riſum mouent. Tum quòd ob
intemperantiam uenereorum in morbũ hunc
incidere hi ſolent,unde,cùm hos uident homi
nes,in eorum animos memoria intemperãtiæ
eorum renouatur, & ob id ſcãdalum naſcitur.
Ob ſcandalum igitur, & riſum irregulares hi
ſunt;& idcirco etiam ſi poſt ſuſceptos ordines
hoc morbo opprimantur,ob eandem rationẽ
remouentur.

Excipitur tamen,ubi eo morbo eſſent libe-
rati,& membris ſic affecti, ut ſcandalum non
prębeant; tunc enim ordinibus initiari pote-
runt,ubi ob aliam cauſam,quàm intemperan-
tię eo morbo affecti fuerunt.Item etiam, ubi
ob intemperantiã,ſed id ignoratur.Poſtremò,
ubi cum ipſo diſpenſatum eſſet,ſi ob intempe-
rantiam morbus hic contigiſſet, ut dixit Ma-
iol.lib.2.ca.19.quamuis,quòd hodie ſcandalũ
non mihi generare uidetur,ubi liberatus, quis
erit eo morbo,ſine alia diſpenſatione admitte
tur, modo capilli capitis,ac barba iterum na-
ta ſit.

5 Alopecia autem† eſt morbus in capite hu-
mano,ac barba ex uitio humorum natus, quo
capilli omnes cadunt,ita Plin.Dicta eſt autem
Alopecia à nomine græco ἀλώπηξ, quod ſigni-
ficat Vulpem;& hoc ob eam rationem, quod
uulpis hoc morbo ſæpè uexatur. Sed de his
morbis hactenus,ad alios tranſeamus.

S V M M A.

1 *Phtiſis uulgo dictus Tiſico irregularem reddit, & ob quam cauſam.*
2 *Phtiſis morbus quid ſit,& unde dictus.*
3 *Peſtilentia irregularem quem reddit, & quamobrem.*
4 *Peſtilentia morbus quid ſit.*
5 *Peſtilẽtia tempore,an ſacerdos parochus à ſua parochia abire licitè poſſit.*
7 *Morbi,qui irregularem quem reddant.*

§. III.

1 §. †Phtiſi morbo laborans etiam admitti ad
ordines non debet. Primùm ob periculum
contagionis;nã morbo hic affectus uel a-
litu alios inficit,ut medici inquiunt. Poſtremo
ſtomachum,& abominationem facit; nõ.n.ho
mines ab hoc ſacramenta ſuſciperent,non ſibi
propinquum fieri ipſum uellẽt. Ob has cauſas
igitur irregularis eſt,q hoc morbo eſt affectus,
quod & ſenſit Gl.in c.4.in uer. Adminiſtratio-
nis.de cler.ægrot.uel debil.& facit c.4.eo. Ac
planè neſcio quis hunc ad ordinem admitte-
ret,cum paulo poſt eum moriturum ſciat.

Item ſi ſacerdos iam factus in hunc morbũ
incidat,ob eaſdem rões à functionibus ordi
num amouebitur, ut de leproſo diximus ob
eaſdem rationes. Hic tamen ſecretò miſſæ ſa-
crum facere poterit. Immò & publicè quando
quidem raró in hoc caſu ſcandalum prębebit.
2 Phtiſis autem† eſt morbus totum corpus ex
tenuans,proueniens ex ulcere pulmonis a pi-
tuita potiſſimũ generato,quæ à capite delapſa
in pulmonib.cõputruit, & uulgo appellat̃ Mal
Tiſico.Dictus eſt aũt à uerbo græco φθείρω,qđ
ſignificat corrũpo: quod.n.morb. hic hominẽ
conſumit,& corrumpit,ob eam rem hoc nomi
ne eſt nominatus.
3 Peſtilentia† affectus ēt ſine dubitatione ir-
regularis eſt; nam eſt morbus incurabilis ſæ-
pius,& grauis, qui functiones corporis impe-
dit;at,qui graui morbo, incurabilique eſt affe-
ctus,irregularis eſt.arg.c.pen.de cler.ægro. uel
debili. Poſtremò hic morbus contactu ſerpit,
unde eo affecti ab aliis ſeparantur. Iure igitur
& hi irregulares erunt. Immò & ſi iam ſacer-
dos quis ſit,à functionibus Eccleſiaſticis arce
bitur;ſi enim lepra infectus arcetur,ut habetur
in c. fin.de cler.ægrot.multo magis hic.

At quid de iis,qui ueniunt ex locis infectis,
an ad ordines admittẽtur. Planè expectabitur,
donec appareat,an eo morbo infecti ſint,ante
quam ad ordines admittantur,ita Maiol.eod.
cap.20.lib.2.de Irregul.
4 Peſtilentia autẽ† eſt morbus ab aere ſępe
corrupto ꝓueniens,inficiens homines ad mor
tem,inguinam,carbunculoſque generans.
5 Verùm,†an ſacerdos parochus, ſi peſtilẽtia
adſit in ſua parochia,poteſt inde licitè abire.
In hac quæſtione pro certo prius habendum
eſt,parochum obligatum non eſſe ſuam uitam
profundere pro ſalute corporis ſui parochiani,
niſi ratione alia ad hoc teneatur, ut dixit San.
Thom.2.2.q.26.art.5.ad perfectionem charita
tis enim pertinet alterius uitam corporis ſuæ
anteferre. Vbi ergo periculum tantùm corpo-
ris adeſt,non tenetur ſalutem ſui corporis con
temnere pro alterius corporis ſalute; ordo.n.
charitatis eſt,ut magis meum corpus tuear,
ac diligam,quàm alterius.

Poſtremò pro certo habendum eſt,ubi paro
chianorum animæ ſalus periclitatur, ut pote,
quia pueri in periculo mortis conſtituti, ba-
ptizandi

ptizandi

ptizandi ſunt;uel aliquis deſperaret, ſi parochus eum deſereret;uel periculum imminet, ſi eos deſerat,ne ab hęreticis ſeducantur, in hoc caſu ſanguinem profundere potiùs debet, quā permittere,ut parochiani animę ſalus periclitetur;charitatis enim ordo poſtulat, ut ſalutē mei corporis poſtponam ſaluti animę proximi,atque ſic ſenſit S.Thom.eod.& Ioan.Tab. in uerb.Epiſcopus.q.5. ubi quęſtionem hanc diſputauit uiden.

Tres morbi ſpecies uidimus,quæ irregularē quempiam reddunt,& exemplis pluribus allatis plurium morborū rem hanc illuſtrauimus;
6 modò quęritur,† an pręter prędictos morbos alii ſint,qui irregularem quem reddāt. In qua quæſtione breuiter concludimus,omnes morbos, qui uno ex tribus modis officiunt ordinū executioni,irregularem quem reddere,ſcilicet uel ob periculum,uel ob ſcandalum, uel quia impediunt ne ſacra fiant;ex quo enim eadem ratio & in his eſt,ob eam rem & eadem diſpoſitio eſſe debet.l.illud.ff.ad leg.Aquil.ca. cùm dilecta.de confirm.util.uel inutil.atque ſic ſenſit Nauar.in Man.cap.27.num.202.uerſic.Decimotertiò.poſteaquam enim dixit lepram irregularem quem facere,& non ſolū ſuſceptionem ordinum,ſed uſum impedire,hæc ſubiungit.Quod ipſum in qualibet alia corporis infirmitate,quæ notabile ſcandalum ordini huic pbet,uidetur dicēdum,ſcilicet,quòd impediat, & irregularem reddat,ſaltem quoad actus, in quibus id facit.Si ergo ita dicēdum eſt de qualibet corporis infirmitate, quod de lepra ob ſcandalum,ergo multo magis id dicēdum eſt, ubi morbi impediunt,ne ordinum functiones fiant,uel periculum afferunt.Quare & qui dolore capitis grauiter vexatur,ut obire functiones ordinum nequeat,non admittetur ad ordines,etſi poſteaquam admiſſus eſt,in hūc morbum incidat,dabitur ei coadiutor. argum.ca. qualiter.7.q.1.& ut dixit Maiol. de Irregular. lib.2.cap.13.Qui itidem alio morbo incurabili uexatur,unde functiones ordinum obire nequeat,irregularis etiam hic eſt.ca.pen.de cler. ægrot.uel debilit.

Omnes igitur morbi huiuſmodi irregularem reddunt,non ſolùm ne ordinibus initientur, ſed etiam ne ordinibus initiati functiones exerceant, ut antea ſuis locis diximus ob eaſdem rationes.Atqui an liberati his morbis ordinibus initiari poterunt? Item quid de iis, qui iā ordines ſuſceperunt, ac deinceps in hos morbos inciderunt,an, eſto non omnes functiones ordinum obire poſſint, obire ſaltē eas ipſis licebit,quas poterunt?Hæc in ſequen.explicabimus.

SVMMA.

1 *Morbis,qui irregularem,quem reddunt,ſtatim atque quis ipſis liberatus eſt,irregularitate etiam eſt liberatus.*

2 *Morbis affecti,quibus irregula..s quis redditur, eſto per eos morbos impediantur,ne functiones aliquas ordinum obeant,an obire ſaltem poſſint eas, quæ ei permittuntur per eos morbos.*

§. IV.

Duo explicanda nobis propoſuimus. Primùm,an qui morbis liberati ſunt, quibus irregulares reddebātur,irregulares deinceps eſſe deſinant,& deinceps ordinibus initiari,ordinumque ſuſceptorum functiones obire poſſint. Alterū, an ii,q poſt ſuſceptos ordines in hos morbos inciderunt,morbis durantibus exercere poſſint ordinum functiones, quas nō impediuntur exercere ob irregularitatem eorum morborum.

1 Quoad primum igitur †breuiter concludendū eſt,ubi iis morbis quis liberatus eſt, qui eū irregularē reddebant,irregularitatē ſtatim tolli,nā omni impedimēto corporali ſublato,quo quis repellebatur,ne ordinib.initietur, uel ne initiatus functiones Eccleſiaſticas exerceret, ad oīa habilis eſt.arg.c.poſt translationē.uer. Si.n.quiſquā.de renun.ubi ſe Eps ob ægritudinis impedimentū de ſuperioris auctoritate ad monaſticā uitā deſcēdat,ſi contingat ægritudinis impedimētū ceſſare,ad Epalem dignitatē, ibi reſurgere poſſe dr, ergo idē in caſu noſtro, & facit Gl.ibi in uerb. Ceſſante.Idem quoq dixit Bernar.& Io.Andr.quos refert,ac ſequitur Maiol,de Irreg.li.2.c.24.uer. Verū ſi qs poſtea cōualuerit;etenim ceſſante cā ceſſat effectus. Hinc S. Eugenius Cartaginenſis Eps paralyticus factus pro irregulari habitus nō eſt, ubi à paralyſia fuit liberatus, ut refert Maiol.ibid. Hinc Simō leproſus à Chriſto Domino liberatus Epus creatus eſt Cenomanenſiū in Gallia, ut refert Maiol.eod.lib.2.cap.18 num.2.

Excipiuntur tamen dæmoniaci;eſto.n.à dęmone liberati ſint,ad ordines tū non admittētur c.maritū.d.33.& ut ſupra ſuo loco uidim⁹. Furioſi quoq.niſi manifeſtò conſtet ſfurore liberatos eſſe nō facilè admittentur,quamuis furor ceſſauerit. Et ad ſummā,ubi morbus ceſſauit,& ſcādalū,& abominatio, ordinib.initiari poterunt,& functiones ordinum obire,ſi ante morbos initiati iam erant,arg.l.patre furioſo. ff.de iis,qui ſunt ſui,ue alien.iur.& c. quemadmodum.de iureiur.

At quis in hoc caſu liberatos eſſe illis morbis arbitrabitur? Planē Epiſcopus, ut ſupra de corpore uitiatis diximus;nā & ipſe quādo aliquis morbus adeſt,an ſcādalum pbeat,p icu lumve,uel impediat,declarabit,arg.c.ſignificauit.de corp.uit.quamuis quoad liberationem morbi,an ſcilicet diſceſſerit,de conſilio medicorū id ſtatuet,arg.l.ſeptimo menſe,ff.de ſtat. hom in.& ut in ſimili dixit Maiol.eod.lib.cap. 20.in fine.

2 Quoad ſecundum autem,†an qui poſt ordines ſuſceptos in eos morbos incidit, eas ordinum functiones obire poſſit,quæ ſine ſcādalo,

S 3 &

& periculo obiri ab eo poſſunt, breuiter & hic cõcludimus miſſæ faciũ obire hunc non poſſe, niſi ubi ſcandalum ceſſaret, ut ſi ſecretò celebraret, quod de leproſo antea diximus; uel apud eas perſonas, quæ ſcandalum non ſumerent; quoad alia uerò officia Eccleſiaſtica obire ipſa poterit. argum. c. 2. de cler. ægrot. uel debilit. Verùm quis cum his diſpenſabit? Hoc in ſeq. explicabimus.

SVMMA.

1 *Diſpenſare cum ijs, qui eo morbo affecti ſunt, unde irregulares ſunt facti, Summus Pont. tantùm poteſt.*

2 *Epiſcopus arbitratur, quando morbus diſceſſit, qui irregularem quem reddebat.*

§. V.

1 S. †Poſtremo uidendum eſt, quis diſpenſare poſſit cum his, qui ob morbum irregulares facti ſunt. In qua quæſtione concludimus, quo ordinibus initientur, Romanũ Pont. diſpenſare tantùm poſſe; nullo enim iure cautum eſt, ut Epiſcopus diſpenſet, atque ſic ſenſit Nauar. in Man. cap. 27. num. 202. uerſicu. Decimotertiò. ubi de lepra hoc dicit, & numer. 203. de morbo comitiali, de dæmoniaco, & de aliis morbis. eod. uerſicu. in fine. Hoc ſentit etiam Innocen. in cap. 1. de re iud. lib. 6. nam ait Solum Papam diſpenſare cum corpore uitiatis, & ita ſeruare Eccleſiam Romanã: idem inquit Quint. Mandoſ. in Tract. de ſign. grat. in Titu. de corp. uit. uerſicu. Alius à Papa. & facit cap. non confidat. diſt. 50. Si ergo cum corpore uitiatis Summus Pont. tantùm diſpenſat, ergo & cum his quoque; nam & hi corpore vitiati ſunt. Quę tamen diſpenſatio requiritur tantum, ubi morbus adhuc durat; at poſteaquam quis liberatus eſt à morbo, in dæmoniaco, ut ſupra ſuo loco diximus, in aliis autem ipſo iure ſtatim tollitur irregularitas.

2 Epiſcopus autem, †quamuis diſpenſare cũ his nequeat, ipſe tamen arbitrabitur, de conſilio medicorum, quando liberati morbo ſint, ut in antecedenti §. id probauimus. Sed de hac ſpecie irregularitatis hactenus. ad alteram trãſeamus.

De Irregularitate, quæ oritur à vitio corporis, habito reſpectu ad bigamiam. Cap. LVI.

SVMMA.

1 *Bigamia quid ſit.*

2 *Bigamia vnde dicta.*

3 *Bigamus an dicatur, qui non bis, ſed ter, quaterque matrimonium contraxit.*

DVODECIMA ſpecies irregularitatis, habito reſpectu ad corpus, eſt ea, quę contrahitur ex Bigamia, cuius cognitionem, ut abſolutã magis habeamus, pmiſſis prius quid Bigamia ſit; deinde unde dicta; tertiò quot eius ſpecies, hæc contẽplabimur, ſcilicet an irregularitas hęc ab omni bigamia oriatur. Deinde, cur ab Eccleſia inuenta, & inſtituta. Tertiò, an contrahatur ex bigamia ante baptiſmum orta. Poſtremò quis in ipſa diſpenſare poſſit; his enim explicatis irregularitatem hanc, ni fallor, cognitam habebimus.

Prima quęſtio igitur præmittenda hæc eſt.

1 †Bigamia quid ſit, quã, ut paucis abſoluamus, ſic eã deſcribimus. Bigamia eſt irregularitas, quæ naſcitur ex multiplici matrimonio, ab eodem quacunque ratione contracto, & conſumato.

Dixi Irregularitas pro genere; non enim ſolùm dicitur de hac irregularitate, ſed & de quacunque alia, & idcirco de pluribus ſpecie differentibus, quo generis proprium eſt.

Dixi, reliqua pro differentiis, quo ſeparetur à reliquis irregularitatibus, quæ non naſcũtur ex matrimonio, ſed ab aliis cauſis. Et de quæſtione hac ſatis.

Quoad ſecundam quæſtionem itidem præ-
2 mittendam, †ſcilicet Bigamia unde dicta ſit. Dicta eſt à Bis, quod ſignificat Duo, & à γαμος græcè, quod latinè ſignificat Nuptias, ſeu matrimonium., quod enim irregularitas hęc contrahatur, ubi quis pluſquam ſemel matrimonium contraxit ſaltem fictè, & conſumauit, & ſic ſaltem, ubi bis, ideo bigamia irregularitas hæc dicta eſt, & qui ratione hac factus eſt irregularis, bigamus eſt nominatus.

3 Verùm quid†ſi quis non bis tantùm, ſed ter & quater, & deinceps matrimonium contrahat, an bigamus hic dicetur? Videbatur dicendum bigamum dici non debere: & hoc ob hãc rationem, quod nomen rei conueniens non uidetur, contra §. eſt & aliud. in Inſtitu. de dona. qui enim ter matrimonium contraxit, uel quater, trigamus, & qua trigamus dicendus uidetur, & non bigamus.

Atqui contrariam ſententiam ſequi debemus, ſcilicet, & qui pluſquam bis matrimoniũ contraxit, bigamum dici poſſe. Primo, quoniã titulus, ubi de hac irregularitate agitur, inſcriptus eſt. De bigamis, & alibi nuſquam de trigamis, uel de quadrigamis, & huiuſmodi agitur, & tamen manifeſto conſtat & hos irregulares eſſe; ergo & eo titulo, qui pluſquam bis matrimonium contraxit, comprehenditur, & bigamus rectè nominatur: ex quo enim irregularis hic eſt, & nuſquam de ipſo agitur, neceſſario eo titulo ipſum comprehendi dicendum eſt. Præterea ratio, quamobrem bigami, ideſt, qui bis matrimonium contraxerunt, irregulares

res

res ſunt, ea eſt, quoniam non poſſunt referre eã vnionem, quam fecit Chriſtus Dominus cum Eccleſia; nam ipſe humanitatem, quam accepit, nunquam dimiſſit: qui vero bis matrimonium contraxerunt, ſuam carnem in plures diuiſerunt. Quare, cùm miniſtri Eccleſiæ Chriſti perſonam referant, referre aũt eã non poſſint, ex quo ſæpius matrimonium cõtraxerunt, merito irregulares ſunt, ita Gloſſ. dixit communiter recept. in c. debitum. de bigam. at ratio hæc multo magis in ijs locũ habet, qui ſæpius, quã bis matrimonium contraxerunt, ergo rectè bigami dici poſſunt. Poſtremò facit, quoniam ſecundæ nuptię omnes dicuntur poſt primas, vt dixit Gloſſ. communiter recept. in Rubr. C. de ſecund. nupt. ergo & qui pluſquam bis nuptias contraxit, bigamus rectè nominabitur. accedit communis vſus loquendi Eccleſiæ, quæ hos etiam bigamos nominat, ergo ab ipſa non diſcedemus. l. minime, & l. diuturna. ff. de leg. Nec repugnat ratio contraria: nam, eſto vera ſit, non tamen ſequitur quin ex cauſa id fieri poſſit, vbi de mente proferentis conſtat, præſertim quòd verba rebus, non res verbis inſeruire debent. arg. l. certum. ff. ſi certum pet. & c. intelligentia. de verb. ſign. Rectè igitur & bigami dicentur, qui plus quàm bis matrimonium contraxerunt. Et de quæſtione hac itidem ſatis; iã tertiam aggrediamur. Id quod in ſeq. præſtabimus.

SVMMA.

1 *Bigamiæ ſpecies quot ſint.*
2 *Bigamia vera, & propria quid ſit.*
3 *Bigamia vera contrahitur ex duobus matrimonijs validis.*
4 *Bigamia quæcunque vt contrahatur, requiritur neceſſario, vt matrimonia contracta conſumentur.*
5 *Matrimonium quando conſumatum dicatur, vt irregularitas contrahatur.*

§. I.

1 Tertia quæſtio præmittenda eſt † Bigamię ſpecies quot ſint. In qua quæſtione breuiter concludimus tres eius ſpecies eſſe; quarum altera eſt vera; altera interpretatiua; tertia ſimilitudinaria; de quibus ſingulis agendum eſt, & prius de prima, ſcilicet quid ſit.

2 Bigamia † vera, & propria igitur eſt, bigamia, quæ contrahitur ex duobus matrimonijs validis, & conſummatis, ita ſenſit Gloſſ. in c. 2. in verb. In bigamis, ibi. Item ille dicitur verè bigamus de bigam.

Dixi; Bigamia pro genere; nam non ſolum dicitur de vera, verum etiam & de duobus alijs ſpeciebus.

3 Dixi †, Quæ contrahitur ex duobus matrimonijs validis, quo ſeparetur à bigamia interpretatiua, quæ contrahitur, vbi vnum matrimonium cum vidua initum eſt, vt ſuo loco videbimus; hæc enim contrahitur ex duobus matrimonijs validis, vt pote, vbi quis vxorem duxit alteram poſt alteram, priore mortua.

Neceſſario igitur requiritur, quo vera bigamia contrahatur, vt quis legitimum matrimonium bis contraxerit, & duas vxores legitimas habuerit. Id quod fieri non poteſt regulariter, niſi prior mortua ſit; viuente enim prima alteram vxorem ducere quis non poteſt, cùm duas vxores eodem tempore quis habere nequeat. §. ſocrum quoque. & §. affinitatis. in Inſt. De nupt. atque ſic habetur in c. acutius d. 26. vbi S. Auguſtinus bigamum hunc eſſe ait, qui duas vxores habuit alteram ante baptiſmum, alteram poſt baptiſmum. Quare, ex quo requiritur, vt matrimonia valida contrahantur, ſeparatur etiam à bigamia ſimilitudinaria, quæ contrahitur, vbi quis matrimonium inualidum contraxit, vt ſuo loco videbimus.

4 Dixi †, Conſumatis; ſi enim ſolùm cum prima, vel cum ſecunda matrimoniũ qs conſumaſſet: irregularis hic non fieret; quippe qui in plures ſuam carnem non diuiſiſſet, atque ſic habetur in c. debitum. in fine. de bigam. ibi enim in facto contingenti Romanus Pont. reſpondit eũ ad ſacerdotium promoueri poſſe, qui mulierẽ ab alio viro ductam, ſed minimè cognitam duxit vxorem; & hoc ob eam rationem, quoniam nec illa, nec ipſe carnem ſuam diuiſit in plures, & vbi defuit commiſtio corporum, non deeſt huiuſmodi ſignificatio ſacramenti, vt dicitur in eod. c. nuper verſ. Profecto: Quare qui non modò duas vxores, ſed plures alteram poſt alteram duxit, mortua priore, vt nullam cognouit, vel vnam tantùm, hic irregularis non erit, quoniam ſuam carnem in plures non diuiſit: qui etiam viduam ab alio corruptam duxit, ſed eam non cognouit, irregularis factus non eſt, neceſſario igitur requiritur matrimoniũ ut conſumatum ſit, id quod in quauis bigamia poſtulatur, vt videbimus.

5 Atqui † qua ratione matrimonium conſumatum dicetur? Primum, vbi ſeminis commiſtio facta eſt. Deinde, vbi ſemen in clauſtra ingreſſum eſt, & non foris. Tertiũ, vbi ſaltem corrupit intrando clauſtra, ita dixit Armill. in ver. Irregularitas. nu. 2. in fine. Non igitur per polutionẽ aliam quacunque ratione factam, etiã per ſodomiam matrimonium conſumatur. Et hæc de conſumatione in quacunque bigamia locum habent, vt ſuo loco videbimus. Neceſſario igitur requitur, quò irregularitas huius bigamiæ contrahatur, vt cum duabus ſaltem matrimonium validum contraxerit, & cũ ambabus etiam ipſum conſumauerit, vt habetur in eod. c. nuper, & DD. ibi not. & Couar. qui de communi ſentẽtia teſtatur in Clem. vni. p. 1. §. 2. nu. 2. verſ. Primò is eſt. ibi, Eſt tamen neceſſarium. de homicid.

Quę diximus autem, locum habent, eſto matrimonium conſumauerit cum vna ante baptiſmum, & cum altera poſt baptiſmum: nam irregularis

irregularis & hic eſt, vt habetur in c.acutius.& in c.deinde.d.76.& ſic dixit Nauar.in Man.ca. 27.num.195.verſ.Secundò.& Maiol.de Irreg. lib.1.cap.33.num.3.verſ.Ideo ille.Sed de prima hac ſpecie hactenus; ad alteram tranſeamus.

SVMMA.

1 *Bigamia interpretatiua quid ſit.*
2 *Bigamia interpretatiua contrahitur, vbi duo matrimonia quis contraxit, & conſumauit ſed alterum validè, alterum inualidè; aut vtrunque eodem tempore, aut altero altero ſublato.*
3 *Bigamia interpretatiua contrahitur etiam per matrimonium contractum cum cognita ab alio vel in forma matrimonij, uel extra: modò & qui cum ea contraxit, eam cognouerit.*
4 *Vidua cognita à marito priori reddit poſteriorem irregularem, ſi eam cognoſcat.*
5 *Vxorem ducens à ſe prius cognitam, nec bigamus, nec irregularis eſt.*
6 *Bigamia interpretatiua contrahitur etiam, vbi quis uirginem ducit uxorem, & ab alio deinceps cognitam, ipſe quoque cognoſcit.*
7 *Adulteram uxorem cognoſcens etiam ignorans irregularis fit, & bigamus. etiam ſi*
8 *Iuſſu iudicis id faciat. etiam ſi.*
9 *Vxor pœnitentiam egerit.*
10 *Vir plures mulieres cognoſcens extra formam matrimonij nec bigamus nec irregularis eſt.*
11 *Matrimonium interueniſſe quacunque ratione debet, quò bigamia naſcatur, & irregularitas.*
12 *Maritus ſi præter uxorem alias mulieres extra formam matrimonij cognoſcit, bigamus non fit, nec irregularis.*
13 *Bigamia interpretatiua naſcitur etiam ex pluribus matrimonijs inualidis ſed etiam conſumatis.*
14 *Bigamia interpretatiua cur ſic appelletur.*

§. II.

Secunda ſpecies bigamiæ, ex qua oritur irregularitas, eſt bigamia interpretatiua, quæ & ipſa quid ſit, & cur ſic nominetur, explicandum eſt.

1 Quoad primum † Bigamia interpretatiua eſt bigamia, quæ cõtrahitur aut ex duobus matrimonijs cõſumatis; quorum alterum validũ, alterum inualidum eſt; aut ex vno matrimonio contracto cum vidua à priori marito, ab aliouè corrupta, & à ſe; aut ex vno matrimonio cõtracto cũ virgine, ſed à marito cognita, poſteaquam ab alio fuit corrupta; aut ex duobus matrimonijs inualidis, ſed conſumatis.

Ex hac definitione quatuor concluſiones colliguntur; quæ ſingulæ nobis explicandæ ſunt.

2 † Prima concluſio igitur hæc eſt, bigamiã hanc contrahi, vbi quis duo matrimonia contraxit, & conſumauit vel eodem tempore, vel cum vna, mortua priore, ſed alterum valide, alterũ inualidè; exempli gratia legitimè vxorem quis duxit, & eam cognouit, ſed poſtea ipſa mortua cum alia matrimonium contraxit, quę ipſi erat cognatione aliqua coniuncta, ſed nihilominus matrimonium ipſe conſumauit. Hæc igitur interpretatiua bigamia eſt, atque ſic dixit Gloſſ. in c.2.in verb.In bigamis.ibi, Item qui vnum de facto.de bigam.& DD.eam communiter ſequuntur. Et quamuis vnum matrimonium legitimum interuenerit, irregularis tamen eſt ob matrimonium ſecũdum inualidè contractum, ita Gloſſ.ibid.verſ.Iſti omnes bigami.& habetur in c.nuper.eod.vbi non permittitur diſpenſari cum clericis, qui ſecundum matrimonium de facto contraxerunt, & conſumauerunt, ergo irregulares ſunt; non enim alias diſpenſatione egerent. Idem ſi duas ſimul duxit, vnam de iure & aliam de facto, & vtranque cognouit; vel igitur ſimul, vel diuerſo tempore nihil intereſt ob eandem rationem.

3 Secunda concluſio eſt, † bigamiam hanc etiã contrahi, vbi quis contraxit matrimonium vnum cum corrupta ab alio, vel cũ vidua à priore marito, vel ab alio corrupta, modò & ipſe eam cognouerit; nam ex hac bigamia irregularitas etiam contrahitur, eſto vnum matrimonium ſit, & propriè bigamus hic non dicatur, vt habetur in c.de bigamis.ibi, Et viduarũ maritis.& in c.de bigamis.& in c.debitum eod.nã in c.de bigamis. Summus Pont.ſancit, ne viduarum mariti defunctis vxoribus ad diuinorum celebrationem admittantur, ergo irregulares ſunt, quod & inquit Gloſſ.ibi. Idem dicitur in cit.c.debitum.ibi enim. Summus Pont.ait inhibitum eſſe, ne maritus viduæ præſumat ad ſacros ordines promoueri, ergo irregularis eſt; hoc enim irregularitas proprium habet, vt per ſe impediat quẽ, ne ad ordines promoueatur, vel ne promotus adminiſtret.

4 Neceſſariò tamen requiruntur duo, quò irregularitas hæc contrahatur. † Primùm, vt vidua cognita fuerit à priori marito, alioquin nõ redderet irregularem ſecundum maritum, vt dicitur in ci.c.debitum. Is, qui mulierem, habetur enim ibi, ab alio viro ductam, ſed minime cognitam duxit vxorem, quia nec illa, nec ipſe carnem ſuam diuiſit in plures, propter hoc impediri non debet, quin poſſit ad ſacerdotiũ promoueri. Hæc ibi Summus Pont. ex quibus habetur irregularitatem non contrahi ab eo, qui duxit viduam non cognitam a priore marito; & rationem etiam, quia ſcilicet diuiſio carnis facta non eſt. Requiritur ergo, vt vidua cognita fuerit à priore marito, vel ab alio, atq; ſic Gloſſ.ait ibi in verb.Viduæ.

Secundò requiritur, ut qui viduam à priore marito, vel ab alio cognitam, vxorem duxit, eã cognouerit; antequam enim eam cognoſcat, ſi moriatur vxor, maritus eius poterit ad ordinem promoueri; non enim ſuam carnem in plures diuiſit. ita de communi ſententia teſtatur Couar.in clem.vn.p.1.§.2.num.2.verſ.Secundò.ibi, Illud tamen exigitur.de hom.

5 Verùm quid † ſi quis ducat vxorem à ſe corruptam

ruptam antea, an irregularis hic erit? Hanc quæſtionem diſputauit Gloſſ. in c. debitum. in verb. Diuiſit. eo. de bigam. & in ea duæ DD. ſẽtentiæ ſunt; quarum altera fuit eorum, qui exiſtimarunt irregularem hunc fieri, & hanc opinionem etiam tenet Hoſti. quem refert Gl. ibi. Probatur autem horum ſententia hac ratione, quoniam maritus corruptæ eſt irregularis, vt habetur in c. curandum. d. 34. ibi enim dicitur curandum eſſe, ne ad ſacros ordines quis adſpiret, qui vxorem non duxit virginem; ergo qui corruptam duxit, irregularis eſt; nam non virginem duxit, quamuis a ſe ipſo vitiata ſit. Idẽ habetur in c. præcipimus. ead. d. & in c. quicunque. d. 77. & in c. qualis. 30. qu. 5. Nec repugnat ſi dicatur duram hanc legẽ videri, ex quo enim ita ſcriptum eſt, ſcilicet irregularem eſſe, qui corruptã duxit, ergo ſeruari debet vel à ſe corrupta ſit, le. proſpexit. ff. qui & à quib. man. & c. ſcriptum. 6. q. 3.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet eum irregularẽ non eſſe q à ſe corruptam vxorem duxit. Hanc opinionem ſequitur ead. Gloſſ. ibi. & in eod. c. qualis. & Gloſſ. in c. vn. in ver. Contraxerant. de cler. coniug. li. 6. & DD. communiter, vt teſtatur Couar. in Clem. vnic. p. 1. §. 2. num. 3. verſ. Quid autẽ de eo. & Abb. in cit. c. debitum. num. 2. & Maiol. de Irr. lib. 1. ca. 33. num. 5. Probatur autem per cit. c. debitum. in fine; nam ibi dicitur, qui mulierem ab alio viro ductam, ſed minimè cognitam, duxit vxorem, irregularem eum non eſſe; & hoc ob eam rationem, quòd non diuiſit ſuã carnem in plures: at in caſu noſtro, ex quo mulier hæc fuit corrupta ab eo, qui eam deinceps duxit in vxorem, ſuam carnem in plures nõ diuiſit, vt per ſe patet, ergo irregularem maritũ non reddit. Nec repugnant iura pro contraria opinione allegata; nam accipienda ſunt, & interprætanda ſicut dilatanda, & coarctanda ſecundum rationem l. pen. §. pen. ff. de iur. & fact. ignor. In caſu verò hoc corruptam maritus ducens irregularis efficitur, quoniam ſuam carnem in plures diuiſit, quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, ergo & diſpoſitio ceſſare debet. arg. c. cũ ceſſante de appell. A communi ſententia igitur non diſcedemus. Et de ſecunda concluſione ſatis.

6 Tertia concluſio eſt † bigamiam hanc etiã contrahi, vbi quis virginem duxit, quam poſt adulterium ab ipſa commiſſum etiam cognouit, quæ quidem cõcluſio veriſſima eſt, & idcirco irregularem quem facere. Primò, quoniam ſuam carnem ea vxor in plures diuiſit, quamobrem eſt irregularis factus maritus ob defectum ſacramenti. arg. c. debitum. de bigam. Poſtremò id habetur in c. ſi cuius vxorem. di. 34. nam ibi dicitur, ſi probatum fuerit vxorem alicuius adulterium commiſiſſe, hunc ad miniſterium eccleſiaſticum admitti non poſſe. Si ergo maritus eius mulieris, quæ adulterium commiſſit, ad eccleſiaſticum miniſterium admitti non debet, eſt irregularis. Idem habetur in c. ſi laici. ead. d. atque ſic aſſeruit Couar. in Clem. vni. p. 1. §. 2. num. 3. verſ. Quartò. & Maiol. eod. ca. num. 6. verſ. Eadem. & DD. communiter; irregularis ergo maritus hic efficitur. Hoc aũt locum habet, eſto inuita corrupta ſit; nam in irregularitate factum inſpicitur, non voluntas, atque ſic aſſeruit Maiol. ibidem. num. 7. quamuis adultera non ſit. c. illæ autem. 32. q. 5.

7 Atquid † ſi adulterium ignorans eam nouit, an irregularis fiet, & idcirco ab ordine eccleſiaſtico arcebitur, ſi vxor mori contingat? Videbatur dicendum irregularem hunc non fieri, ex quo probabilem ignorantiam habet. arg. c. apoſtolicæ. de cler. excom. min. Atqui contrarium ſequitur Abb. in c. 3. de adult. & Diaz. in Pra. crim. Canon. cap. 16. & Ardit. ad eum in verb. Siuè ignoranter. qui opinionem hanc communiter receptam teſtatur, ſicut etiam Couar. eo. vbi ſupra. Idq. meritò, nam adeſt defectus ſacramenti, & idcirco ratio, quamobrem irregularis ex hac cauſa quis efficiatur, ergo & effectus, ſcilicet ipſa irregularitas. arg. l. illud. ff. ad leg. aquil. Nec repugnat contraria ratio, nam irregularitas hæc contrahitur non ob culpam, ſed ob defectum ſacramenti, & idcirco vel ignorauerit, vel ſciuerit, nihil intereſt. Id quod & hinc patet in ſimili, quoniam filij naturales irregulares ſunt, quamuis omni culpa vacent, vt per ſe patet. Secus in ea, quæ contrahitur ob culpam, vt in contrario. Quare, & qui duxit vxorem ab alio cognitam, etiam ſi id ipſe ignoret, irregularis eſt ob eaſdem rationes, & ob c. curandum. d. 34. qui ſimpliciter loquitur, & prohibet, ne ad ordines admittatur, qui vxorem virginem non duxit, & non diſtinguit, ergo nec nos l. de prætio. ff. de publ. in rem aut.

8 Quid itidem, † ſi ex præcepto iudicis adulterã cognouit, an & hic irregularis erit? Et hunc irregularem eſſe concludendum eſt; nam ita concludit Gloſſ. in c. ſi cuius. d. 34. & Capel. Toloſan. deciſ. 255. & Addit. ad eam, quæ opinionem hanc communem eſſe teſtatur; nam & ibi ait: ſi quis poſt vxorem ductam abſens fiat, vxorque eius poſt multum temporis nubat, prior maritus rediens ſi cogatur redire ad ſuã vxorem, præiudicium ſibi quoad ordinem facere inquit. Si ergo, vbi ſub forma matrimonij corrupta eſt, non excuſatur, multo minus vbi alia ratione: eandem opinionem ſequitur Dia. eod. cap. in fine. & communẽ inquit Addit. ad eum in verb. Sibi præiudicat. magis communẽ quoque eſſe ait Couar. eod. & Syl. in verb. Bigamia. in principio. ver. Sexto. & Maiol. eod. n. 6. ver. eſt quoque. Contrariam opinionem nihilominus ſequitur Inn. in c. inquiſitioni. de ſent. excom. cuius ſententia probatur hac ratione, quod iniquum præceptum iudicis eſſe videtur.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut iudex ſimpliciter mãdat vt vir habitet cum vxore & in hoc caſu, ſi vxorẽ nouerit,

nouerit;ſine dubitatione irregularis erit,vt cō muniter concluſum eſt.Aut mandauit,vt vxori debitum redderet,& hoc etiam caſu irregularis fiet;ſi ipſi obtemperet,eſto enim culpa vacet,defectus tamen ſacramenti adeſt,qui irregularem reddit,& hic quoque communis opinio locum ſibi vendicabit.Aut quæritur,an cō pelli poſſit ad id mandato iudicis,vt debitum reddat vxori adulteræ occultæ, & id non poſſe ſentio,vt dixit Addit.ad Diaz.eod.in fine. & in hoc caſu opinio Inn.vera eſt.

Pro regula igitur habebimus, irregularem eum fieri,qui vxorem adulterā nouit,vel ignorans id fecerit,vel ex iudicis præcepto.

9 Item† irregularis fit,eſto vxor pœnitentiam egerit, & ipſi marito reconciliata ſit ob rationes ſupra allatas;nam ſic inquiunt Anan.Felin. & Ancharan. quos refert, ac ſequitur Couar. eod.§.verſ.Quartò:ibi. Immò, & irregularis eſt.

Excipitur tamen, vbi eam poſt adulterium non nouiſſet;tunc enim adulterium vxoris irregularem eum non reddet.

Verùm,an vir qui extra formā matrimonij mulieres plures nouit, irregularis hic erit? Et quid ſi id faciat,poſteaquam vxorem duxit?

10 Quoad primum † breuiter concludendum eſt irregularem hunc non fieri,vel ſexcentas nouerit;nam irregularitas hæc contrahitur ex bigamia,vt habetur in tot.tit.de bigam.& ſupra diximus:in caſu propoſito autem nulla eſt forma matrimonij,& idcirco bigamia inde oriri non poteſt,& ob id nec irregularitas; ceſſante enim cauſa,ceſſat effectus c.cū ceſſante,de appell.atque ſic habetur in c.pen.vbi dicitur presbyteros non incurrere irregularitatem bigamiæ,plures concubinas habendo,atque ſic not.
11 Abb.ibi.& Maiol.ibidem,nu.10.Requiritur † ergo tractatus,& forma aliqua matrimonij, aut valida;aut inualida,quò irregularitas contrahatur;vt ex ſingulis ſpeciebus licet videri,& DD.communiter concludunt ; non enim ſat eſt vt copula quis vtatur.Nec obſtat cit.c.pen. vbi dicitur poſſe diſpenſari quoad executionē ſacerdotalis officij; nā illud diſpēſare intelligitur ſimpliciter ꝓ nō impedire,ita ſentiūt DD. Requiritur igitur vt matrimonium ſaltem inualidum contrahatur in hac,& tertia bigamia, & ad ſummam,vt aliqua matrimonij forma adſit.Quare,qui duxit vxorem puellam,ideſt quā puellam exiſtimabat,quæ in primo tori vſu maſculus euaſit,irregularis , & bigamus hic non erit,qui eum duxit,quandoquidem forma matrimonij non conſtitit,vt dixit Maiol.ibid.nu. 13.verſ.Hic congruit. Addo ego matrimoniū conſumatum non eſſe , quod requiritur , vt dixi.

12 Quoad ſecundum,† an maritus, qui habet vxorem,irregularis tunc fiat,ſi adulterium cōmittat. Et videbatur dicendum irregularem fieri;ſi enim fit irregularis,vbi vxor adulteriū committit, multo magis videbatur dicendum irregularem fieri,vbi ipſe adulterium committit. Atqui contrarium communiter concluditur à DD.& à Gloſſ.in c.debitum.in verb. Cognitam.& à Panorm.de bigam. Ratio autem quamobrem id fiat,& ſi plures à DD. referuntur in eod.c.debitum.ea eſt,quam reddidit S. Thom.d.27.q.3.lib.4,quam communiter receptam teſtatur Couar.eo.§.num.3.verſ. Hinc deducitur.quoniam irregularitas hæc contrahitur ex matrimonio;at actus matrimonij contrahendi non cadit ſuper ſe ipſum,quandoquidem ſecum quis matrimonium contrahere nequit,ſed ſuper alium,& ideo vitium corruptionis nullum efficit defectum quoad ipſum corruptum,ſed quoad alterum; & ob id maritus adulteria committens ſibi non obeſt quoad irregularitatem,ſed adulterium vxoris;ſicut etiā maritus vxori obeſſet , ſi ipſa mulier habilis eſſet ad ordines.Hæc eſt igitur ratio,quamobrem vir poſt matrimonium etiam contractū irregularis non fiat,ſi adulterium committat , ſecus autem vbi mulier.

13 Quarta † ac poſtrema concluſio colligitur ex eadem definitione,ſcilicet bigamiam hanc naſci etiam ex pluribus matrimonijs inualidis ob aliquod impedimentum, vel cauſam,ſed tamen conſumatis;quamobrem fit,vt irregularis etiam hic fiat,qui ea contraxit non propter ſacramenti defectum,ſed propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto,vt dicitur in c. nuper.in fin.de bigam. Hoc autem verum eſt, vel viuēte vtraque, matrimonia contracta ſint, vel vbi cum altera cōtractum eſt,mortua priore.

Ex his iam habemus,quid bigamia hæc ſit, & quis per eam irregularis fiat.Reſtat,vt videamus cur interpretatiua nominetur.

14 Bigamia igitur hæc † interpretatiua dicitur, quoniam re vera non contrahuntur hic matrimonia plura valida,quo caſu bigamia vera naſcitur,vt ſupra diximus,ſed aut vnum cum corrupta,aut plura inualida,quem tamen ſic contrahentem pro bigamo Eccleſia interpretata eſt.Vbi viduam duxit,quoniam in plures ſuam carnem diuiſit,vt dicitur in c.debitū.de bigam. & vbi plura inualida conſummauit, quia ,quātum in ipſo fuit,voluit plura contrahere,& executus etiam eſt ob copulam ſecutam, & conſumationem,vt dicitur in ci.c.nuper.in fin.ob has igitur rationes bigamia interpretatiua nominata eſt.Sed iam de ſimilitudinaria agamus .

SVMMA.

1 *Bigamia ſimilitudinaria quid ſit.*

2 *Bigamia ſimilitudinaria contrahitur ab ijs , qui ſe voto ſolemni obligarunt,ideſt aut ordini ſacro , aut profeſſioni in aliqua religione.*

3 *Bigamia ſimilitudinaria,an vera , interpretatiuave bigamia ſit.*

4 *Minoribus ordinibus initiatus,ſi matrimonium inualide contrahat cum corrupta , an irregularis fiat.*

5 *Laicus cum corrupta matrimonium contrahens inualide*

inualide an irregularis fiat, & ſic an in vtroque caſu bigamia naſcatur.

§. III.

Tertia ſpecies bigamiæ eſt ea, quę ſimilitudinaria dicitur, de qua hęc uidebimus. Primũ quid ſit. Deinde, an uera, uel interpratatiua. Tertio, an minoribus ordinibus initiat' matrimonium contrahens cum corrupta inualide, bigamus fit. Quarto, quid de laico eadẽ ratione matrimonium contrahente.

1 Quoad primum igitur†. Bigamia ſimilitudinaria eſt bigamia quædam, quæ contrahitur ab iis, qui ſolemni uoto obligati uxorem ducũt, & eam cognoſcunt.

Dixi, Bigamia quædam pro genere; quamob rem autem addiderim illud quędam, infra uidebimus.

Dixi reliqua pro differentiis, quo ſeparetur à duabus propoſitis ſpeciebus; in illis enim neceſſario requiritur, ut duo matrimonia ſaltẽ inueneniant, uel ſaltem cum corrupta matrimonium contrahatur; at in hac ſat eſt, ut unũ matrimonium uel cum uirgine cõtrahatur; modo

2 † qui matrimonium cõtrahit, uoto ſolemni obligatus ſit, ideſt uel ordini ſacro initiatus, uel in aliqua religione profeſſus. c. un. de uot. li. 6. Hęc igitur eſt bigamia ſimilitudinaria.

3 Quoad ſecundum† uidebatur dicendũ bigamiam unam ex dictis ſpeciebus eſſe; & hoc per c. quotquot. 27. q. 1. nam ibi dicitur. Quotquot uirginitatem pollicitam præuaricati ſunt profeſſione interrupta, inter bigamos, ideſt, qui ad ſecundas nuptias tranſierũt, haberi debere. Ecce hic apette dicitur inter bigamos habendos, ergo aut uera bigamia hæc eſt, aut interpretatiua.

Atqui cõtrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet nec ueram, nec interpratatiuã bigamiã eſſe. Nam ptimo id ſenſit Gl. in eo. c. quotquot. & Cou. in Clem. un. p. 1. §. 2. num. 2. uerſic. Vnde infertur. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 195. uerſ. Secundo dico. ibi ſimilitudinaria. Secundo probatur id etiam ratione: nam bigamia hęc contrahitur ab iis ſolum, qui uoto ſolemni obligati matrimonium etiam cum uirgine contrahunt, & conſumant. arg. c. fin. de bigam. & ut infra uidebimus: bigamia uera autem contrahitur, ubi plura matrimonia ualida contrahuntur, ſcilicet alterum poſt alterum; interpratatiua uero, ubi plura inualida, uel unum ualidum cum corrupta ab iis, qui ſolemni uoto obligati non ſunt, contrahitur; ergo, ex quo ex diuerſis contrahũtur, bigamia hęc neque uera, neque interpretatiua dici poteſt. Meritò igitur dictum eſt eſſe bigamiam quandam. Dicta eſt etiam ſimilitudinaria, quoniam ſicut uera contrahitur per plura matrimonia ualida; interpretatiua uero per plura aut inualida, aut per plura ficta, ita & hæc; nam, qui ſolemni uoto ſe obligauit, ſpirituale matrimonium cum Chriſto domino contraxiſſe exiſtimatur, ut habetur in cit. cap. unic. de vot. lib. 6. & ut dixit Nauar. in conſil. 1. de bigam. lib. 1. uerſicu. Tertio non obſtat' Vnde tentans matrimonium carnale contrahere, aliud matrimonium exiſtimatur contrahere uoluiſſe, & ſic quaſi duo contraxerit, pro bigamo habetur. Non igitur ſpecies una ex dictis bigamia hæc eſt, ſed ipſis ſimilis. Quare ob hãc rationem in cit. cap. quotquot. inter bigamos habendos eſſe ibi dicitur, qui uirginitatem pollicitam præuaricati ſunt, non autem bigamos, quoniam re uera neque bigami ueri, neque interpretatiui ſunt, ſed ſimiles, quamobrem canõ ille potius opinionem hanc tuetur, quam oppugnet, ut ex dictis patet. Et de quæſtione hac ſatis.

4 Quoad tertiam quæſtionem† an in minorib. ordinibus conſtitutus bigamiam cõtrahat, corruptam ducens in uxorem inualide. Et uidebatur dicendũ bigamiũ fieri. Primò, qa qui in ordine ſubdiaconatus conſtitutus eſt; bigamiam ſimilitudinariam contrahit, uiduam in uxorem ducens inualide, ut dicitur in cap. fi. de bigam. ergo idem dicendum uidetur in eo, qui in minoribus ordinibus conſtitutus eſt, ex quo & ordines minores, ordines ſunt. Præterea facete uidetur. c. nuper. eod. de bigam. ubi cum clericis, qui ſecundas mulieres matrimonialiter contraxerunt, licet non ualuerint matrimonia, tanquã cum bigamis, tamen non licere diſpenſare ibi dicitur; ergo idem dicendum in caſu noſtro uidetur, ex quo in minoribus ordinibus conſtituti clerici ſunt. cap. cùm contingat. de ętat. & qualit. Poſtremò ſic tenuit Rot. deciſ. 1. de bigam. in nouiſ. inquit enim hunc bigamum interpratatiuum eſſe.

Atqui cõtrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet in minoribus ordinibus conſtitutũ, ducendo corruptam inualide, bigamum non eſſe. Primò, quia ſi eſſet bigamus, eſſet aut uere, aut interpratatiuè, aut ſimilitudinarie. Non eſt uere, quoniam ea bigamia contrahitur, ubi duo valida matrimonia quis cõtrahit; hic uero unũ inualidum, & tantum contraxit. Non etiam interpretatiue bigamus eſt, quoniam ea bigamia naſcitur, ubi quis aut uiduam, corruptamve ualide uxorem duxit; aut ubi duo matrimonia inualida cõtraxit: hic uero unum matrimonium, & inualidum contractum eſt. Non etiam ſimilitudinarie, quoniam ea bigamia cõtrahitur ab iis, qui ſe ſolemni uoto obligarunt, ſcilicet uel per ſacri ordinis ſuſceptionem, uel per profeſſionẽ in aliqua religione; his enim duobus modis ſolemne uotum contrahitur. c. uni. de uot. & uot. red emp. li. 6. Ex quo igitur omnis bigamia aut eſt uera, aut ſimilitudinaria, aut interpretatiua, & nulla in dicto caſu cõtrahitur, ergo bigamus hic dici non poteſt; ualet enim argumentum à partium enumeratione, ut habetur in Inſtit. de oblig. quę ex quaſi contract. Præterea bigamia quem irregularem reddit, ut uidebimus, & irregularis nemo cenſetur, niſi, ubi in iure id exprimitur. c. is qui. de ſent. exc. li. 6. at in minoribus

conſtitutus,

cōſtitutus, vt irregularis fiat, corruptam in vxorem ducendo inualidè id iure cautum non habemus, ergo neque etiam bigamus. Poſtremò ita aſſeruit Nauar. in Man. cap. 27. num. 195. verſ. Dixi ſacro ordine inſignitus. qui & in ſacra pœnitentiaria ita concluſum fuiſſe teſtatur. Idem quoque dixit in conſil. 3. de bigam. lib. 1.

Non obſtant contraria, & primo c. fin. de biga. nam de conſtituto in ſubdiaconatus ordine, & ſic de initiato ordini ſacro ibi agitur, & argumentum nō valet ab ipſo ad eos, qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti; nam idcirco ipſe bigamus fit, qui ordini ſacro initiat᷒ matrimonium inualidum etiam contrahit, quoniam per ordinis ſacri ſuſceptionem contraxerat aliud matrimonium ſpirituale cum Chriſto; quamobrem, quātum in ipſo fuit, bis matrimonium contraxit; at ratio hæc non habet locum in eo, qui in ordinibus minoribus eſt cōnſtitutus; nō enim votū vllum tale ab ipſo cōtrahitur. argu. cit. c. 2. vn. de vot. lib. 6. ergo nec diſpoſitio valere debet. arg. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Non obſtat etiam cit. c. nuper. & ſi enim de clericis ibi agitur, non tamen de quibuſcunq. clericis accipi diſpoſitio illa poteſt, ſed ſolū de ijs, qui ſacro ordini initiati ſunt; ſic enim interpretatur ibi Inn. in fi. dum inquit Clericis in ſacris ordinibus conſtitutis, quæ interpretatio confirmatur per dictionem illam; Huiuſcemodi, quæ coarctat verbum illud, Clericis, vt ſcilicet intelligatur ſolum de ijs, qui ſunt vt ibi nominati; at ſupra nominati erant presbyteri, & ſic ij, qui ordini ſacro initiati ſunt. Poſtremo facit, quod ſumus in pœnis, ergo coarctanda eſt diſpoſitio. cit. c. fin. de bigam. vt locum habeat ſolum in caſu propoſito. ibi. Ideſt in eo, qui votū ſolēne fecit. l. interpretatione. ff. de pœn. & c. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. non obſtat deciſ. Rot. nam, vt diximus, ſacra pœnitentiaria contrarium decreuit ob rationem propoſitam, quæ hic locum non habet. Concludo igitur in minoribus ordinibus conſtitutum, ſi corruptam vxorem ducat inualidè, nullam bigamiam contrahere & idcirco neque etiam vllam irregularitatem, vt in allegat. locis aſſeruit Nauar. qui in eod. conſ. 1. num. 5. neminem hoc dicere ait, & extendere cit. c. fin. de bigam. ad conſtitutos in minoribus ordinibus.

5 Quæ diximus autem † de conſtituto in minoribus ordinibus eadem aſſerimus ob eaſdem rationes, & multo magis de laico, q corruptam duxit vxorem inualidè, vt ſcilicet nec bigamus ſit, nec irregularis, quam quæſtionē quarto loco explicādam nobis ꝓpoſuimus. His præmiſſis, iam videamus an bigamia quem irregularem reddat.

S V M M A.

1 *Bigamia vera irregularem quem reddat.*
2 *Bigamia interpretatiua irregularem quem reddit.*
3 *Bigamia ſimilitudinaria irregularem quem reddit.*
4 *Bigamia cur irregularem quem reddat.*

§. II.

Præmiſſis iam dictis, videamus modò, an bigamia quæuis irregularem quem reddat: id quod, etſi ex ijs quæ diximus, conſtare iam poteſt, expreſſè tamen magis id nūc explicemus.

1 Breuiter igitur † concludimus Bigamiam quamcunque irregularem quem reddere; nam de bigamia vera, quæ oritur, vbi quis duo matrimonia contraxit alterum poſt alterum validè habetur in c. 1. & in c. debitum. de bigam. nā in c. 1. ſtatuitur, vt bigami ad ſacerdotium non accedant, & in c. debitum. ne bigamus præſumat ad ſacros ordines promoueri, ergo bigamus irregularis eſt; hoc enim efficit irregularitas, vt ab ordinibus excludat. Et quoniam ſimpliciter ibi de bigamis dicitur, ergo de ijs, qui verè bigami ſunt, accipi debet; nam verba ſimpliciter prolata in potiori ſignificatu accipiuntur in l. qritur. ff. de ſtat. ho. Præterea de interpretatiua, & ſimilitudinaria verbum illud Bigamus accipi non poteſt. Non de interpretatiua, quoniam de ipſa deinceps agit, ergo ad ipſam verbum illud referri non debet; ſpecialis enim prouiſio generalem ceſſare facit. l. in toto iure. ff. de reg. iur. Non etiam de ſimilitudinaria, quandoquidem verè, & propriè bigamia non eſt, vt dicitur in c. fin. de bigam. & in c. nuper. ver. Nos autem. ibi, licet in veritate. Neceſſario igitur de vera bigamia ea iura intelligi debent.

2 De interpretatiua bigamia vero † quod irregularem quem reddat, eiſdem iuribus habetur; nam hæc eſt, vbi quis corruptam vxorem duxit validè; vel inualida matrimonia duo cōtrahit, quo caſu & ab ordinib. hic remouetur; ergo bigamia hæc irregularem etiam reddit. Idem habetur in c. curādum. cum. 6. ſeq. d. 44. in omnibus enim illis iuribus cauetur, ne is, qui viduam corruptam duxit, ad ordines promoueatur.

3 De ſimilitudinaria denique, † quod & ipſa irregularem reddat, habetur in cit. c. fin. de bigam. & in c. nuper. eod. nam hæc contrahitur, vbi poſt votum ſolemne emiſſum per ordinis ſacri ſuſceptionem, aut profeſſionē in aliqua religione factam, matrimonium quis contrahit, & conſumat; cum hoc autem non licere diſpenſare dicitur in allegatis iurib. ergo irregulares ſunt, ex quo egent diſpēſatione, quam cōcedi à quouis non licet. Ex omnibus igitur his apparet bigamos cuiuſcunque ſpeciei irregulares eſſe, atque ſic DD. communiter conclud ūt. Abb. in rubr. de bigam. Hoſt. in Sum. eod. Couar. in Clem. vnic. p. 1. §. 2. de homicid. Diaz. & Addit. ad eum in Pract. cri. canon. ca. 26. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 95. & in conſil. 1. & 2. de bigam. & Rot. in deci. 1. de bigam. in Nou.

4 Verum † cur irregularitas hæc inuenta eſt; eſt

eſt enim antiquiſſima irregularitas hæc, & ab Apoſtolo Paulo inuenta, cùm dixit Epiſcopũ vnius vxoris virum eſſe debere, ideſt ſi vxorem habuit, vnam ſolũ habuerit; hoc enim ipſe ſenſit, vt Theologi cõmuniter eũ interpretantur; non enim neceſſariò requiritur, vt vxorem duxerit, alioquin excluderentur, qui nullas vxores omnino duxerunt, quod hæreſim ſapit. Ratio igitur, quamobrem prohibeatur bigamis ordinibus initiari, multiplex eſt. Nam primo propter defectum ſacramenti id fit; qui enim ordinibus initiatur, repręſentare debet coniunctionem, ſeu unionem Chriſti cum Eccleſia, quę coniunctio fuit ipſius cum una Eccleſia tantum; & ſic una unius ſponſa, ut habetur in c. debitum. & ibi Gloſſ. ac DD. not. de bigam. quam coniunctionem ſignificare non poteſt, qui plures uxores duxit, ac cognouit, ex quo ſuam carnem in plures diuiſit. Præterea ob excellentem ordinis dignitatem id factum eſt, ne bigami ad ordines admitterentur; ob multiplicem enim coniunctionem nuptiarum dilexiſſe mundum plurimum hi uidētur, quare & apud Ethnicos à diuinis hi arcebantur, ut id plurib. probat Couar. ibidem. §. 2. in principio. Tertio incontinentiam quandam pręſeferre hi uidentur, quæ abeſſe ab iis debet, qui altari inſeruiunt, ut habetur in cap. 2. diſt. 282. Poſtremò, quoniam bigamus hortari ad continentiam, & caſtitatem alios non poterit, cum ipſe plura matrimonia contraxerit: id quod tamen facere ſacerdos debet. Hæ ſunt igitur rationes, quãobrem bigami irregulares ſunt; quas refert Gloſſ. Sum. diſt. 26. quam ſequuntur DD. Abba. in Rubr. de bigam. Couar. eod. num. 3. uerſicu. Huius uerò irregularitatis. & Syl. in uerb. Bigamia. quæſtio. 5. ac reliqui. Verùm, an nihilominus ordines ſuſcipiat bigamus, ſi ei conferātur, & eſto ſuſcipiat, an executionem habebit clericorumque priuilegiis fruetur? Has quæſtiones in ſequenti explicabimus.

SVMMA.

1 *Bigamus cuiuſque ſpeciei ordinem ſuſcipit, ſi ei conferatur.*
2 *Bigamus ante diſpenſationem ordinis executionem non recipit.*
3 *Bigamus ſine diſpenſatione ordinem ſuſcipiens, an clericorum priuilegio fruatur.*

§. V.

Tres quęſtiones explicandas nobis ſupra propoſuimus, ſcilicet an bigamus ordinẽ ſuſcipiat, ſi ei conferatur ante diſpenſationem. Deinde, eſto conferatur, an executionem recipiat. Tertiò, an clericorum priuilegio fruatur.

1 Quoad primam quæſtionem igitur concludendum eſt, bigamum cuiuſcunque ſpeciei etiam ante diſpenſationem ordinem ſuſcipere, ſi ei conferatur; ſic enim ſenſit Gloſſ. in cap. 2. in uerb. Diſpenſare. de bigam. nam inquit in quocunque ordine ordinetur, ordinem recipere. Hanc opinionem ſequitur Innocent. ibi. & Abba. numero quinto. & Rot. deciſ. unic. in Nou. numero 6. & Additio ad eam, de bigam. & Couar. in Clement. unic. par. prima. §. 2. numero quarto. uerſicu. Non enim eſt de neceſſitate præciſa. de homicid. qui & de communi Theologorum, & Canoniſtarum ſententia teſtatur. Probatur autem communis hæc ſententia. Primò per capitu. quicunque. 2. diſtinct. 50. nam ibi dicitur bigamum in magno beneficio computare ſibi debere, ſi in ordine, in quo inuenitur, permanere ei concedatur. Hæc ibi. Si ergo beneficii loco bigamus habere debet, quod in ordine permanere poſſit, quem habet, ergo bigamus ordinem recipit, ſi ei conferatur; non enim permanere in eo poſſet, ſi ipſum non recepiſſet. Nec facit, ſi dicatur ibi, loqui de ordine recepto ante bigamiam; nam immo agit de eo, qui in bigamia ordinem recipit; Quicunque bigamus, quicunque uiduæ maritus, dicitur enim ibi, ad ſacram militiam, ſcilicet ordinem indebitè, & incompetenter irrepſerit, hac ſibi conditione ueniam à nobis intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis in hoc, quo inuenitur ordine, perpetua ſtabilitate permaneat. Ecce hic agitur de bigamo, qui in eo ſtatu ordinem ſuſcepit, atque hoc Gloſſ. etiam ibi ſenſit. Recipit igitur ordinem bigamus, ante diſpenſationem. Secundò probatur id etiam per capitul. 2. de bigam. ubi dicitur non licere cum bigamis diſpenſare, ut remaneant in ordinibus, ſi promoti fuerint, ergo ordines ſuſceperunt. Poſtremò id probatur ratione; nam quiuis uir diuino iure habilis eſt, ſtatim atque baptiſmum recepit; character enim baptiſmi reddit ipſum habilem ad omnia alia ſacramenta recipienda, ut alibi probauimus; at habilitas illa per quamcumque hominum conſtitutionem tolli non poteſt; durat enim ipſa cum charactere baptiſmi, qui æternus eſt, & deleri nequit, ut aſſeruit Triden. Synod. ſeſſ. ſeptima. de ſacramen. canon. nono. ergo quantumcunque quis bigamus ſit, ordinem recipiet, ſi ei conferatur; alioquin ius poſitiuum, à quo eſt bigamia, tolleret ius diuinum, quod eſt abſurdum. capitu. cum inferior. de maior. & obedien. Hinc excommunicati, apoſtatæ, hæretici, & quocunque uitio affecti characterem recipiunt, ut DD. communiter concludunt. Bigamus igitur ordinem recipit, quicquid dixerit quidam non minus imperitus, quam impius, quem reprehendit Hoſtien. in Summ. de bigam. §. fin. qui exiſtimauit bigamum non plus ordinem recipere, quàm aſinum. A communi ſententia igitur non diſcedemus. Et de quæſtione hac prima ſatis.

2 Quoad ſecundam quæſtionem† an executionem recipiat bigamus ordinem ſuſcipiens ante diſpenſationem, breuiter concludendum eſt executionem ipſum non acquirere; nam ſic dixit Abba. in cap. 2. num. 1. de bigam. & Rot. eod. deciſ. unic. nu. 6. communis denique DD. ſententia hæc eſt. Probatur autem per cit. c. 2. nam ibi dicitur contra Apoſtolum diſpenſare nô licere, ut bigami promoti ad ordines in eis remaneant, ſcilicet quoad executionem, ergo executionem non habent, ſi egent diſpenſatione, ut remaneant in ipſis: non enim intelligi poteſt de ordinis charactere; ex quo enim ut proximè concluſimus remoueri non poteſt, diſpenſatione opus non eſt, ut remaneat. De executione igitur ibi intelligitur, atque ſic not. Abba. ibi. num. 1. Idem probatur in capit. quicunque. 2. d. 50.

Quare, ſi ordinis functiones exerceat hic bigamus, peccabit; hoc eſt enim ordinis executionem non habere, ut declaraui in Tractat. de Simon. capit. 12. in principio numero 6. Tab. 1. Non tamen executio hæc impeditur ſuſpenſione, uel alia irregularitate, Id quod hinc patet, quod ſtatim atque cum ipſo diſpenſatum eſt, executionem habet, quod non eſſet, ſi cenſura aliqua impediretur. In hac igitur quæſtione ſic concludendum eſt.

3 Quoad tertiam quæſtionem† an bigamus, qui ſine diſpenſatione ordinibus initiatus eſt, clericorum priuilegiis fruatur. In hac quæſtione breuiter ſic diſtinguendum eſt. Aut loquimur de initiato minoribus ordinibus, & in hoc caſu pro certo habendum eſt priuatum eſſe omni priuilegio clericali, ut habetur in cap. unic. de bigam. libr. 6. iunct. Gloſſ. Bigamos; ibi enim cum declaret Romanus Pontifex bigamos omni priuilegio clericali eſſe nudatos, & coercitioni fori ſecularis addictos, conſuetudine contraria non obſtante, Gloſſ. inquit verum hoc eſſe de iis, qui in minoribus ordinibus ſic contraxerunt, ſecus ſi in ſacris. Bigamus ergo tunc priuatus eſt omni priuilegio clericali, ubi in minoribus ordinibus exiſtens contraxit bigamiam ueram, uel interpretatiuam. Eandem Gloſſ. ſequuntur Gemin. ibi uerſic. In fin. Gloſſ. ubi & alios idem ſentientes refert, & Philip. Franc. eod.

Aut loquimur de eo, qui ordinibus ſacris initiatus bigamiam contrahit, & tunc ſecus; nô enim priuilegio clericali priuatus hic eſt, ita concludunt allegati DD. in eiſdem locis, quorum opinio ueriſſima eſt, & ratione hac probatur; nam, qui ordinibus ſacris initiati ſunt, eſto uellent, non poſſunt quoad ueſtitum, ut laici uiuere, ergo ex quo cit. c. unic. prohibet, ne bigamus tonſuram, uel habitum clericalem deferat, locum habet in eo, qui minoribus ordinibus initiatus, bigamiam contrahit, non autem qui ſacris, ita DD. eo. in loco. Pro regula igitur habebimus, qui minoribus ordinibus initiatus bigamiam contrahit ueram, uel interpretatiuam omni priuilegio clericali nudatum eſſe, ut dicitur in eod. ca. unic. tam habito reſpectu ad perſonam, quàm ad res: ex quo omni priuilegio nudatus eſt, ergo tam iis, quę ad perſonā pertinent, quàm iis, quę ad bona, nudatus erit; qui enim omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. atque ſic ſenſit Glo. ibi. in uerb. Omni priuilegio, & ſequuntur DD.

Excipiūtur, qui ſacris ordinib. initiati ſunt; eſto enim bigamiam ſimilitudinariam contrahant, non tamen priuilegio clericali carebunt, & tonſuram, & habitum clericalem deferre debebunt; nam canon ille non loquitur de his, tū quia DD. ſupra allegat. id inquiunt; tum quòd Summus Pont. ibi loquitur de bigamis, & ſic de his, qui bigami ſunt; at ſacris ordinibus initiati uerè bigami non ſunt, quamuis ſint irregulares, ut dicitur in c. nuper: ibi. Licet in ueritate bigami non exiſtant. de bigam. & in c. fin. eod. ibi. Profectò bigamus non exiſtit; his enim duobus iuribus apertè dicitur hos bigamos non eſſe, ex quo igitur uerba ei non conueniunt, ergo nec diſpoſitio conuenire debet. arg. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Et de quæſtione hac ſatis.

Arqui, an irregularitas hæc contrahatur, ſi ante baptiſmum quis bigamus fuit. Hanc quæſtionem in ſeq. abſoluemus.

S V M M A.

1 *Bigamia an contrahatur ante baptiſmū, ſi deinceps ad baptiſmum quis veniat.*

§. VI.

1 §. †Quæſtio explicanda nobis ꝓpoſita hęc eſt, an irregularitas hęc, quę à bigamia oritur, contrahatur ante baptiſmum, utpote quia plura quis matrimonia contraxit, uel ante baptiſmum matrimonium unum, alterū poſt baptiſmum. Hāc quęſtionem diſputauit Grati. d. 26. duæque in ipſa DD. ſentētiæ ſunt: quarum altera fuit S. Hieronymi, qui exiſtimauit bigamum hunc non eſſe, & ordinib. initiari poſſe, ut refertur in c. 1. ead. d. Hanc eandē ſententiam plures alii ſequuntur, quos refert Couar. in Clem. uni. p. 1. §. 2. nume. 5. uerſ. Verū in hoc. de bigamia. Probatur primo hæc ſentētia per D. Hieronymum hac ratione, quoniā huic tanquam homini prorſus nouo nec ſtupra, nec alia, quæ ante fuerunt, obſunt, ergo nec imputari ei debet, ſi ante baptiſmum coniugem habuit, quaſi ſic argumentetur. Coniugium ante baptiſmum contractum ſe habet poſt baptiſmum, ſicut alia crimina ante baptiſmum contracta; at alia crimina baptiſmo tolluntur, ergo etiam & coniugia, ita uidetur argumentari in cit. c. 1. & ead. d. 26. Hanc rationem improbat, ac rectè Inn. ibid. in eod. cap. de inde, nam coniugium non eſt peccatum, & ab infidelibus etiam contractum ualet, ut id pluribus ꝓbat ibi. Inn. & facit. c. gaudemus. de diuor. vbi matrimonium antea contractum ꝑ baptiſmū non

non tollitur, quod tamen fieret, ſi eſſet peccatum, ergo matrimonium non eſt peccatum, baptiſmo tolli non poteſt; nam baptiſmus ſolum delet peccati culpam, ac pœnam, quæ impedirent nobis iter in cœlum, non autem alias pœnas fori exterioris, atque impedimenta, ergo non tollitur coniugium, neque bigamia ex eo orta. Non igitur ratio hæc officit. Secundò facit, quoniam, ut iidem inquiunt, irregularitas eſt de iure Pontificio poſitiuo. capi. is, qui. de ſentent. excommu. lib. 6. at lex poſitiua Pontificia non obligat, qui baptiſmo initiati non ſunt, ut inquit Diuus Pau. quem refert Abbas in eod. capitu. gaudemus. numer. 2. ergo & cæt. Hæc ratio etiam nihil facit; nam liera eſt, ubi permanent infideles, & in eo ſtatu ſi tamen ſi fiant Chriſtiani, obligantur. Nec repugnat, ſi dicatur, obligantur in iis, quæ poſtea faciunt, non in factis; nam nec nimi illud eſt in iis, quorum nihil remanet poſt baptiſmum; at in caſu noſtro & poſt baptiſmum remanet defectus ſacramenti, quoniam ſignificare non poſſint unitatem illam Chriſti cum Eccleſia, ergo ea poſitiua lege obligantur. Poſtremò, ſi hoc eſſet, nec monoculus ante baptiſmum nec illegitimus, & omnino nec corpore uitiati eſſent irregulares, quæ omnia abſurda ſunt.

Quare contrariam opinionem ſequitur San. Auguſtin. quem refert Gratian. in ca. acutius. diſt. 26. Acutius intelligunt, ait enim ibi, qui nec eum, qui catechumenus, uel paganus habuerit unam ante baptiſmum, & poſt baptiſmum habuerit alteram, ordinandum cenſuerunt: quia de ſacramento agitur, non de peccato propter ſanctitatem ſacramenti. Sicut ſi fœmina catechumena uitiata eſt, non poteſt poſt baptiſma inter Dei uirgines conſecrari: ita non abſurdè uiſum eſt bigamum non peccaſſe, ſed normam ſacramenti amiſiſſe, non ad uitæ meritum, ſed ad ordinationis ſignaculum. Hæc ibi: ex quibus optimè opinio propoſita comprobatur: eandem comprobauit pluribus Innocen. primus in citat. cap. deinde. Hanc ſequitur Gloſſ. in cap. 1. in uerb. Poſt baptiſmum. eadem diſt. & in aliis iuribus, & Abba. ac reliqui in citat. cap. gaudemus. de diuort. & Couar. eodem. §. 2. nume. 5. ubi quamplures alios idem ſentientes refert, & magis communiter recep. ut quę ab Innocen. Papa fuit comprobata. Hanc opinionem ego etiam uti ueriſſimam ſequor, quæ probatur una potiſſimum ratione, ſcilicet hac, quoniam & hic defectus ſacramenti eſt, ſcilicet, quia hic non poteſt ſignificare unitatem Chriſti cum Eccleſia, quę fuit una unius, qui defectus contractus ante baptiſmum durat etiam poſt baptiſmum, ergo & cauſa irregularitatis permanet poſt baptiſmum, & effectus remanere debet, ſcilicet irregularitas. Ab hac igitur opinione non diſcedemus.

At quid de homicidio commiſſo ante baptiſmum, an irregularem quem reddit, & baptiſmo ſuſcepto irregularitas orta tollitur? In fine huius capitis hoc explicabimus; iam de eo agimus, qui cum bigamo diſpenſare poteſt, id quod in ſequent. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Romanus Pont. cum quocunque bigamo diſpenſare poteſt.*

2 *Epiſcopi an diſpenſare poſſint cum bigamo.*

3 *Bigamus diſpenſationem petens an exprimere debeat, quoties matrimonium contraxerit, ſi pluſquam bis matrimonium contraxit.*

4 *Homicidij commiſſi ante baptiſmum irregularitas an tollatur baptiſmo.*

§. VII.

Poſtrema quæſtio nobis propoſita explicanda eſt, quis cum bigamo diſpenſare poſſit. Hanc quæſtionem diſputauit Glo. & DD. in cap. 2. de bigam. Verùm, ut eam dilucidiorem habeamus, hæc contemplabimur. Primùm, an Romanus Pontif. diſpenſare poſſit. Secundò, an in omnibus ordinibus. Tertiò quid de Epiſcopis.

1 Quoad primam quęſtionem igitur † nonnulli exiſtimarunt Romanum Ponti. cum bigamo diſpenſare non poſſe. Primum, quoniam ratio, quamobrem bigamus repellitur ab ordinibus eſt, quoniam patitur defectum ſacramenti; non enim poteſt referre hic clericus unionem Chriſti cum Eccleſia, quæ fuit unius cum una; ut ſupra probauimus: at defectum hunc Summus Pontif. reſtituere non poteſt per diſpenſationem; non enim facere poteſt, ut, qui in plures ſuam carnem diuiſit, ne id fecerit, ex quo factum infectum reddi non poteſt. leg. in bello. §. infectæ. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. ſicut nec uirginitas amiſſa recuperari. capitu. ſi paulus. 32. quæſtio. quinta. ergo nec diſpenſare poteſt. Hæc ratio, quæ potiſſimum pro hac opinione refertur, nihil probat; nam, eſto non poſſit reſtituere unitatem illam, non tamen ſequitur, quin poſſit diſpenſare; ut enim ordinibus referat eam unionem, quæ eſt Chriſti cum Eccleſia, non eſt de ſubſtantia ordinis: id quod hinc patet, quòd Chriſtus Dominus id non iuſſit, & quod bigamus etiam ſine diſpenſatione ordinem ſuſcipit, ſed ad maiorem decorem, ac decentiam, ut ita dicam, id fuit ab Eccleſia inſtitutum. Si ergo de ſubſtantia ordinis id non eſt, ergo Summus Pontif. diſpenſare poteſt, ſicut in aliis ſacramentis, quoad ea, quæ non ſunt de ſubſtantia. Non igitur ratio hæc quicquam facit. Secundò facit, quoniam Apoſtol. bigamiam hanc inuenit; at in hac bigamia contra Apoſt. diſpenſari non licere dicitur in capitul. 2. de bigam. ergo nec Romano Pontif. licebit. Hæc ratio etiam nulla eſt; nā canon ille Epiſcopis non licere ait, nō igitur Romano Pont. nam conſultus de hac re à quodā Archiepiſcopo, Summus Pon. reſpōdit,

id non licere ſcilicet Archiepiſcopo, à quo conſultus erat, ergo ſecus quoad ipſum Papam. Hæ igitur ſunt rationes præcipuæ, quę ꝓ hac ſententia allegantur.

Quare contrariam opinionem, vt Romanus Pont. diſpenſare poſſit cum quocunque bigamo, amplexati ſunt DD. communiter. Gloſſ. in eod. cap. 2. & ibi Innocen. & Abba. numer. 6. & Rot. deciſ. 1. numer. 2. in Nou. de bigam. & Addit. ad eam, num. 11. & Addit. ad Diaz. in Pract. crim. canon. ca. 16. in uerb. Diſpenſare. ibi, Summus tamen Eccleſię præſul, & Couar. in Clemen. unic. p. 1. §. 2. numero 4. de homicid. & Nauar. in Man. cap. 27. numer. 197. uerſicu. Quintò, qui tres proximè allegati de communi ſententia teſtantur. Probatur autem primò hac ratione, quoniam bigamia eſt à iure poſitiuo inducta, quo maiori cum dignitate, ac puritate ordo adminiſtretur, & ſic non pertinet ad ſubſtantialia ordinis, ut dixi; at iuri poſitiuo Romanus Pon. pręeſt. cap. propoſuit. de conceſſ. præbend. ergo diſpenſare poteſt. Secundò facit, quoniam bigamia eſt inducta ab Apoſtolo Paulo; at Summus Pont. auctoritate maior eſt ipſo Paulo; nam ſucceſſit Petro, qui caput Eccleſiæ erat, ergo non poteſt obligari legibus ab Apoſtolo latis in iis, quæ iuris poſitiui ſunt; non enim inferior ſuperiorem obligare poteſt. cap. cùm inferior. de maior. & obedien. Ex quo igitur Summus Pont. Apoſtolo maior eſt in irregularitate hac ab Apoſtolo inducta, diſpenſare in ea ualet. Immò, eſto eſſet par, adhuc tamen id poſſet, quandoquidem par in parem imperium non habet. capi. innotuit. de elect. & l. ille à quo. §. intempeſtiuum. ff. ad Trebellian. Tertiò facit, quoniam & homicida irregularis eſt, & alii nonnulli, quos irregulares etiam reddit idem Apoſtol. & tamē cum his diſpenſat Summus Ponti. ergo & hic concludendum eſt in omni bigamia ipſum diſpenſare poſſe poteſtate ſua ordinaria, eſto nō facilè in hoc uitio diſpenſet, ut aſſeruit Coua. ibid. Ab hac igitur ſententia, quæ communis, & uerisſima eſt, non diſcedemus.

2 Quoad Epiſcopos uerò† an diſpenſare cum bigamis poſſint, ut dilucidior res fiat, diſputabitur primò in ſacris ordinibus, deinde in minoribus. Quoad primum igitur DD. ſententiæ diuerſę ſunt; nam nonnulli exiſtimarunt Epiſcopos diſpenſare poſſe cum bigamis in maioribus ordinibus; nam Apoſtolus ſicut prohibuit, ne ordines bigamis conferantur, ita & ne criminoſis. cap. unum horarium. §. nunc autem. d. 25. & Epiſcopus cum criminoſis diſpenſare poteſt. c. at ſi clerici. §. de adulteriis. de iudi. ergo & cum bigamis diſpēſare poterit. Nec obſtat Apoſtolum id prohibuiſſe, ne ordinib. initiētur; nam nō idcirco tamen prohibuit, ne Epiſcopi diſpenſarēt. Hęc ratio nihil facit, eſto enim id Apoſtolus non dixerit, id dixit tamen Summus Pont. in c. nuper, & c. fin. de biga. Nō repugnat etiam, quod dictum eſt de criminoſo; ſicut enim hoc ipſis ibi conceſſum eſt, ita ne cum bigamis diſpenſent, prohibitum eſt per allegata iura.

Quare contrariam opinionē ſequitur Hug. & Gloſſ. in c. 2. in uerb. Diſpenſare. de bigam. & Abba. ibid. Probatur autem primo per cita. c. 1. & cit. c. nuper; ibi enim dicitur, diſpenſare non licere cum bigamis, qui ordinibus ſacris initiati, de facto matrimonium contraxerunt, & conſumarunt. Si ergo id non licet, & de Romano Pont. accipi non debet, nec poteſt, ut ſupra concluſimus, ergo de Epiſcopis neceſſario intelligi debet, ut non poſſint diſpenſare. Secūdo id probatur alia ratione; nam Epiſcopi non poſſunt diſpenſare, niſi, ubi expreſſe id eis permiſſum eſt, aut ubi diſpenſatio ſimpliciter permittitur, aut ubi diſpenſatio non prohibetur, ut tradit Innoc. communiter recept. in c. dilectus. in uerb. Diſpenſatio. de temp. ordi. at nuſquam reperitur id cōceſſum Epiſcopis, neque etiam ſimpliciter permiſſa diſpenſatio, immò prohibita in allegat. iuribus, ergo Epiſcopi cū bigamis diſpenſare nequeunt.

Tertia fuit opinio diſtinguentium; nam nonnulli dicebant. Aut quęritur, an Epiſcopus poſſit diſpenſare in ſubdiaconatu cum bigamo, & id Epiſcopum poſſe exiſtimarunt ob ca. lector d. 34. ibi enim dicitur, ſi lector uiduam uxorē acceperit, ut in lectoratu permaneat; aut ſi neceſſe ſit, ſubdiaconatus fiat. Ecce hic permittitur, ut in ſubdiaconatu ordinetur, ergo Epiſcopus diſpenſare poterit per doctrinam Innocē. ſupra allegatam. Aut quæritur, an poſſit diſpenſare in Diaconatu, & præsbyteratu, & tunc ſecus. Quidam opinionem horum ueram dicebant de iure antiquo, ut ſcilicet in ſubdiaconatu diſpenſare Epiſcopus poſſit, quandoquidem tunc ſacer ordo non erat, ſecus autem de iure nouo, quo & ſubdiaconatus inter ordines ſacros numeratus eſt. capi. à multis. de ætat. & qualit. Hæ ſunt ſententiæ DD. quæ referuntur à Gloſſ. in c. 2. de bigam.

Quid igitur concludendum? Ego à ſecunda ſententia diſcedendum non cenſeo, ut ſcilicet Epiſcopus diſpenſare non poſſit cum bigamis in ſacris ordinibus, ſcilicet Subdiaconatu, Diaconatu, & ſacerdotio; nam & ſubdiaconatus ordo ſacer nunc eſt, ut dicitur in citat. capitu. à multis; tum ob rationes allegatas ibidem, tum quòd eam DD. communiter ſequuntur, Gloſſ. allegat. in eodem capit. 2. & Innocen. ibidem. & Abba. & Couar. in Clement. unic. par. 1. §. 2. numero 4. ubi & quamplures idem ſentientes refert, & Addit. ad Diaz. in Pract. crim. canon. ca. 16. in uerb. Diſpenſare. qui opinionem hāc communiter receptam teſtatur, quamobrem nec nos ab ea diſcedemus. Pro regula igitur habebimus Epiſcopum diſpenſare non poſſe in ſacris ordinibus cum bigamo uero, aut interpretatiuo.

Excipitur tamen, ubi bigamia eſſet ſimilitudinaria, tunc enim Epiſcopus diſpenſare poteſt

teſt in minoribus ordinibus,ut habetur in c.1. & ibi not.Abba.qui cler.uel uou.& Naua.qui de communi teſtatur in Man.cap.27.numero 197.uerſicu.Septimò.& Couar.eod.§.2.num. 2.uerſicu.Vnde infertur uetus intellectus, ubi ait etiam in maioribus ordinibus ſuſcipiédis diſpenſare Epiſcopum poſſe in hac bigamia ſimilitudinaria.Idem Abba.inquit in capi.2.in fine.& ibi quoque Innocen. qui cler. uel uou. & in citat.cap.1.eod.ergo multo magis in minoribus, ut permaneat diſpenſare poterit. Quoad maiores igitur ſic concludendum eſt, & etiam quoad maiores in bigamia ſimilitudinaria.

Quoad minores ordines,ubi non ſumus in bigamia ſimilitudinaria,Ioann.Andr. Epiſcopum diſpenſare non poſſe dixit, & eum refert, ac ſequitur Philip.Franc.in capi.1. uerſicu. in Gloſſ.2.de bigam.libro 6.& Anchatan. ibidē. in fine.& Nauar.in Man.eod.capitu. 27.numer.197.uerſicu.Sextò.& Couar.eod.§.2.numero 4.uerſicu.Quæ quidem opinio.& Addi. ad Diaz.eod.cap.16.in uerb. Diſpenſare. ubi & de communi ſententia teſtatur,ſcilicet Epiſcopo conceſſum non eſſe cum bigamo diſpenſare,nec in minoribus ordinibus.

Contrariam tamen opinionem nonnulli ſequuntur,ut S.Thom.& Syl.ſed à communi ſententia non diſcedemus.Contraria uero ſententia locum habere poterit,ut ait Gomez. quem refert Couar. ibid. ubi maxima cauſa eſſet,diſpenſandi,ſicut etiam Addit.ad Diaz.eodem. Item locum habere poterit eorum ſententia, ut diſpenſet in ſuſceptis ordinibus,non autem quoad ſuſcipiendos,& ita dixit Nauar.in eod. cap.num.197. In hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſeo.

3 Verùm†an is,qui diſpenſationem hanc petit,neceſſe habet exprimere,ſi tertias,uel quartas nuptias contraxerit, ſe tot nuptias contraxiſſe,uel ſat ſit dicere, ſe ad ſecundas nuptias tranſiſſe?

Videbatur igitur dicendum neceſſariò id requiri;nam difficilius uidetur cum hoc diſpēſandum,qui plus quàm bis matrimonium contraxerit.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet non neceſſario id exprimi debere,uel trigamus,uel quadrigam', uel deinceps quis ſit. Primò,quoniam nullus canon id dicit; & quamuis hac de re plures canones lati ſint à Romanis Pont. qui hoc contingere ſæpius non ignorabant, de hac re tamen nullum uerbum dixerunt,ut in tot.titu.de bigam. & diſt.26.ergo nec nos id dicere debemus.le.de prætio.ff.de public.in rem act. Secundò facit, quoniam nec iuris Pontificii interprętes, nec Theologi differentiam hanc ponunt, ſed de bigamia tantùm loquuntur, ergo hac quoque ratione concludendum eſt nullam differentiam ponendam eſſe inter bigamiam,trigamiam,& huiuſmodi. Accedit communis uſus loquendi Eccleſiæ,quę nec ipſa differentiam hanc ponit,ergo minime ab hoc vſu diſcedemus.argu. leg.minimè.ff.de leg. optima enim eſt legum interpres conſuetudo,ut dicitur.in le.ſi de interpretatione.ff.eod. Poſtremò id probatur ratione, quoniam idcirco bigamus initiari ordinibus non poteſt, quoniam nequit coniunctionem Chriſti cum Eccleſia, quę fuit unius una ſignificare, ex quo diuiſit ſuam carnem in pluribus,ut notatur in capitu. debitum.de bigam.at hæc ratio tam eſt in eo, qui binas nuptias contraxit,quàm qui trinas; tam inhabilis eſt hic,quàm ille,ergo nihil intereſt dicere, ſe trigamum,uel quadrigamum eſſe: ſicut,qui confitetur ſe ieiunium uiolaſſe,neceſſe non habet cōfiteri poſt binam commeſtionem ſe ter, quaterque,uel ſæpius cōmediſſe, ex quo enim per binam commeſtionem ieiunium eſt fractum,nihil intereſt deinceps quoties commedat, quippe, quia per binam commeſtionem inhabilis factus eſt ad ieiunium. Quare ſicut non difficilius quis abſoluitur, qui ieiunium per trinam commeſtionem fregit eo, qui per binam,ut ſenſit Nauar.in Man.cap.21.numero 14.ubi & alios idem ſentientes refert, idem in caſu noſtro dicendum eſt. Concludo igitur huic diſpenſationem concedendam ſicut bigamo,atque ſic concluſit Nauar. conſil.2. de bigam.libr.1.Sed de irregularitate bigamię hactenus,ad aliam tranſeamus. Cum prius tamē abſoluerimus quæſtionem,quam huc remiſſimus, ſcilicet an irregularitas orta ab homicidio commiſſo,ante baptiſmum ſuſceptione baptiſmi tollatur.

4 In hac quęſtione†duę DD. ſententiæ ſunt: quarum prima eſt communis,ſcilicet hūc, qui ante baptiſmum homicidium commiſit,irregularem non eſſe poſt baptiſmum, ſed baptiſmo tolli irregularitatem,ita enim dixit Abba. in cap.gaudemus.num.16.ubi quæſtio hæc diſputatur.de diuort.& Couar.in Clemen. unic. p.1.§.2.num.5.uerſicu. Supereſt.ubi & quoſdam alios idem ſentientes refert.& Zab.in Clemen.unic.q.12.& Nauar.in Man.cap. 27.numer.209.Probatur autem primò ſententia hęc per capitu.ſi quis uiduam.diſt.50. ibi enim dicitur; ſi quis homicidii poſt baptiſmum conſcius fuerit, & per aliquam ſubreptionem ad clericatum uenerit,deiiciatur. Ecce hic dicitur eum à clericatu deiiciēdum eſſe, qui conſcius ſibi homicidii poſt baptiſmum ad clericatum uenerit,ergo ſecus,ſi ante baptiſmum: ualet enim argumentum à contrario ſenſu.le. 1.& ibi communiter not.ff.de offic.eius. Hic eſt canon, qui potiſſimum pro hac opinione citatur, qui tamen nullo modo opinionem eam probare mihi uidetur. Tum quod canon ille non uult dicere, ſi quis conſcius fuerit homicidii,quod poſt baptiſmum commiſit,quaſi ſecus ſentiat, ſi ante baptiſmum commiſſit, ſed uult dicere, ſi poſt baptiſmum conſcius ſibi fuerit homicidium cōmiſiſſe,

miſiſſe,& ſic uerba illa Poſt baptiſmum,reſpiciunt tempus,quo quis eſt conſcius homicidii, & non tempus homicidii facti, qua ratione canon ille nihil facit.Tum quod non intendit ibi concilium per eum canonem coarctare irregularitatem ex homicidio;de hoc enim nullũ uerbum ibi fit,ſed ſolum pęnam ponere,qua afficitur homicida,ſi ſe ingerat clericatui. Tum qđ canon ille probat à contrario ſenſu; at argumẽtum hoc non ualet, ubi ius commune corrigitur,ut tradunt DD.in citat.leg.1.& ibi Iaſ.numer.47. quod hic contingeret, ex quo contra communem iuris regulam iretur, qua cautum eſt,ut homicida irregularis ſit. Tum quòd ratio,quamobrem homicida eſt irregularis, ea redditur,quia non poteſt præſeferre lenitatem Chriſti Domini,quam præſeferre debet, qui ordini initiatur;at hæc lenitas nec poſt baptiſmum præſeferri poteſt ab homicida, adhuc.n. horror ille remanet,quicquid dixerit Coua. in Clem.unic.p.1.§.2.num.5.uerſicu. Supereſt. baptiſmo enim tollitur culpa peccati, & pęna, quę impediret iter in cęlum baptizato, ſi tunc moreretur;cuiuſmodi horror hic non eſt;ergo, ex quo remanet cauſa irregularitatis, & irregularitas ipſa remanere debet. Eo iure igitur opinio hæc non probatur. Secũdo citatur pro hac ſententia c.ſi quis poſt acceptum.d.51. ubi dicitur,ſi quis poſt acceptum baptiſmum militauerit,& ad fideles necandos cingulum ſumpſerit,ad Diaconatum admitti non debere. Hic canon etiam nihil facit, tum quod quid iuris ſit, ſi poſt acceptum baptiſmum militauerit, nõ autem quid ante inquit, tum quòd ibi de alia irregularitate agitur, ubi quis ſe obligauit militiæ. Adde eiſdem rationibus,quibus ſuperior canon,& hunc tolli. Poſtremò inquiunt opinionem hanc ſequentes, hunc eſſe nouum hominem poſt baptiſmum.ca.ferrum.d.50.ergo nihil ei tribui debet de iis, quæ ante baptiſmũ fecit.Hęc ratio etiam nulla eſt;nam & bigamia tolleretur,& illegitimatio,& tamen contrariũ communiter concluditur,ſicut etiam de matrimonio per cit.c.gaudemus.de diuort. nouus enim homo eſt quoad gratiam,quam accepit, non autem quoad alia.

Quare altera fuit opinio diſtinguentium: nam dicebant;Aut homicidium iniuſte commiſſum eſt, & tunc irregularitatem hanc baptiſmo tolli exiſtimarunt, ut quę naſcatur ex peccato, unde ſicut baptiſmo peccatum tollitur,ita etiam & hæc irregularitas. Aut homicidium fuit iuſte commiſſum,& tunc,ex quo nõ adeſt peccatum,baptiſmo irregularitatem hãc non tolli cenſuerunt, atque ſic ſenſit etiam Gl. in cit.c.ſi quis viduam.& in c.deinde. in uerb. Inter peccata.d.26.Hęc diſtinctio quoad ſecũdam partem uerißima eſt, quoad primam autem tollitur eiſdem rationibus, quibus communis ſublata eſt.

Quid igitur concludendum? Ego ſentio irregularitatem hanc non tolli baptiſmo. Primũ, quoniam baptiſmo tollitur tantùm culpa, & pœna peccati,quæ impediunt iter in cœlum,ut diximus;irregularitas autem hæc non eſt peccatum,neque culpa,pœnave talis, ut per ſe patet,non enim impediretur nobis iter in cœlũ, ſi baptizati ſtatim moreremur,ob hunc horrorem & irregularitatem,ergo baptiſmo non tollitur. Pręterea,ſi baptiſmo culpa hęc tolleretur, & aliæ pœnę debitæ delicto tollerentur, ſcilicet pœnę corporis, & non ſolum irregularitas hęc,uerum & aliæ irregularitates, non enim ratio eſt, quæ ſuadeat magis irregularitatis huius pœnam,quam corporis; at pœnæ corporis baptiſmo non tolluntur, ut habetur apud Catech. Roman.cap. De effectibus; nec etiam aliæ irregularitates,ut infra probabimus, ergo.

Poſtremò;ratio, quamobrem irregularitas hęc contrahatur,eſt horror ille,qui naſcitur ex homicidio,qui horror remanet; & poſt baptiſmum;quamobrem Chriſti Domini lenitatem præſeferre non poteſt. Addo ſi contrarium diceremus,ex quo per baptiſmum ſolùm peccata tolluntur,& quæ peccata ſequuntur, ſi homicidium iuſtum eſſet,irregularitas inde nata nõ tolleretur,ſed ſolùm,ubi iniuſte commiſſum eſſet, unde irregularitas homicidii diuerſo iure cenſeretur,quod abſurdum eſt; eadem enim res diuerſo iure cenſeri non debet.le. iam hoc iure.ff.de vulga.& pupillar.le. eum qui ædes. ff.de uſucap. Concludo igitur irregularitatem hanc baptiſmo non tolli,atque ſic ſenſit Inno. in cit.c.gaudemus.in fine.de diuort.ſi diligenter inſpiciatur,quamuis nonnulli pro contraria opinione allegauerint, & malè. Et de hac materia ſatis.

De Irregularitate, quæ oritur ex vitio corporis, habito reſpectu ad ſeruos. Cap. LVII.

SVMMA.

1 *Seruus quid ſit.*
2 *Serui quot modis fiant.*
3 *Serui irrregulares ſunt, & quamobrem.*

DECIMATERTIA ſpecies irregularitatis,habito reſpectu ad corpus eſt ea, quæ naſcitur à ſeruitute, id eſt ea,quam quis contrahit ob id,quod ſeruus eſt; quam irregularitatem ut dilucidiorem habeamus,hæc contemplabimur(præmiſſis tamen prius his, quiſnam ſeruus dicatur, & quot modis quis ſeruus fiat,) an ſerui ſint irregulares,& quamobrem, eſto ſint. Poſtremò quis cum ipſis diſpenſare poſſit.

Quoad

1 Quoad primum igitur præmittendum. † Seruus eſt is, qui ex conſtitutione iuriſgentium dominio alieno contra naturam ſubijcitur, ita colligitur ex §. ſeruitus. in Inſti. De iur. perſ. & ex l. libertas. ff. de ſtat. homi. Et ſerui dicti ſunt à ſeruando, vt habetur in cit. locis; cum enim antiquitus in bello captos homines occidere Imperatores conſueuiſſent, hoc nimis inhumanum deinceps exiſtimantes, vendere, & ſic ſeruare deinceps cœperunt, & non occidere, vnde ſerui ſunt nominati.

2 Quod ſecundum præmittendum † ſerui duobus modis conſtituuntur; nam aut iure gentiũ, ſcilicet captiuitate, & ortu, quia ex ancillis noſtris naſcuntur; aut iure ciuili, aut pontificio, vt habetur in §. ſerui. in Inſti. de iur. perſ. iunct. c. ita quorundam. de iudæ.

3 His præmiſſis † quoad primum pro certo habẽdum eſt. ſeruos irregulares eſſe, & inhabiles ad ordines ſuſcipiendos, vt habetur in tot. tit. de ſeru. non ordinand. & in c. 1. de fil. præsbyt. & d. 54. per tot. Idque meritò, nam, qui ad clerum admittitur, non debet deinceps inde amoueri, vt dicitur in c. 1. ea. d. 54. Debet enim eſſe immunis ab alijs, dicitur enim ibi, qui diuinæ militiæ eſt aggregãdus, vt à caſtris dominicis, quibus adſcribitur nomen eius, nullius neceſſitatis vinculis abſtrahatur; at ſi ſeruus ordinibus initiaretur, à domino reuocari poſſet: iure meritò igitur ſerui ad ordines inhabiles ſunt. Præterea clericalis ordo dignitas eſt; at dignitatum ſerui incapaces ſunt, ex quo viles exiſtimantur, quod repugnat honeſtati ordinum, ac dignitati, c. de ſeruorum. d. 54. & Mar. Soci. Se. in c. ad audientiam. num. 74. de homicid. Non eſt igitur, quod hac de re dubitemus; nam & ſic DD. communiter concludunt. Et de quæſtione hac ſatis; iam quis poſſit cum hoc diſpenſare, videamus: id quod in ſequen. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Diſpenſare quis poſſit cum ſeruo, vt ordinibus initiari poſſit.*

§. I.

2 § † Diſpenſare autem poteſt cum ſeruo. Primum eius dominus: idque duob. modis, primùm expreſſe manumittendo eũ nullo obſequio ſibi retento, vt habetur in c. quicũque. d. 54. poteſt tamen ſibi retinere ſpiritualia opera, vt ſcilicet diuina officia pro ſe celebret, modò ex auctoritate Epiſcopi id faciat, & hoc per c. nullus. de ſeru. non ordinan. Item retinere poteſt operas obſequiales, ſcilicet, vt non vocet eum in ius: at fabriles, & artificiales, vt arrare, fodere, pingere, & huiuſmodi non, ita dixit Abba. in cit. c. nullus. in fine.

Secundò cum hoc diſpenſare videtur dominus tacitò duobus modis. Primò modo, ſi ipſo domino ſciente, & non contradicente, ſeruus ordinem ſuſcipiat; nam tunc liber eſt, vt habetur in c. ſi ſeruus ſciẽte. ead. d. 54. Si ſeruus ſciẽte, & non contradicente domino ſuo, dicitur enim ibi, in clerum fuerit ordinatus, ex hoc ipſo liber & ingenuus eſt, ita ibi dicitur; ergo in ordine remanebit, atque ſic dixit Gloſ. in verb. Deponatur. verſ. Si vero ſciente. de ſeru. non ordinan. Idem Abb. ibi. num. 1. verſ. Secundus caſus. qui opinionem hanc communem ſentit, ſequitur eum quoque Nauar. in Man. cap. 27. num. 203. verſ. Decimoſexto. & Ioan. Tabien. in verb. Seruitus. q. 2. & Syl. eod. q. 6. Idque iurè meritò, ex quo enim contradicendo impedire poteſt, ne ordinibus initietur, tacendo conſentire exiſtimatur. l. ſæpe. ff. de re iud. Et quoniam conſentire, vt ordinibus initietur, non poteſt, niſi eum liberum omnino faciat, ob eam rem ſimul, & libertatem ei concedere præſumitur; qui enim vult conſequens, & antecedens neceſſarium velle cenſetur. l. ad rem mobilem, & l. ad legatũ. ff. de procurat. & facit §. 1. in Inſtit. ex quib. cauſ. man. non lic. Et hæc, quæ diximus, locum habẽt non ſolùm, vbi ſeruus maiores ordines ſuſcipit, verùm etiam & vbi minores: multo magis hæc vera ſunt, vbi expreſſè dominus conſentit, vt ordinibus initietur, ita concludunt DD. eiſdem in locis.

Tacitò etiam diſpenſare videtur dominus, ſi eo ignorante ſeruus ordinibus initiatus eſt, & poſteaquam id ſciuit, intra annum nihil dixit: nam tunc poſt annum non auditur, vt dicitur in cit. c. ſi ſeruus ſciente. d. 54. tanto enim tempore tacendo videtur conſenſiſſe.

Secundò in primis diſpenſare cum ſeruo poſſunt, vt ordinibus initietur, libertate eũ donando Summus Pont. necnõ principes, qui poteſtatem habent liberandi ſeruos à dominica poteſtate. Hi ergo ſunt, qui diſpenſare cum ſeruo queunt. Verùm quid ſi ſeruus ordinibus initietur antequam liber fiat, an ordines ſuſcipiet? Et ſi contradicente domino, aut ignorante ſeruus minoribus ordinib. initietur, an remanebit ſeruus? Et quid ſi maioribus ordinibus, ſciente tamen id; qui ei ordines cõfert? Et quid ſi, qui ordinem confert, ignoret eum ſeruum eſſe probabiliter? Has quæſtiones omnes in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Seruus ordinibus initiatus ordinem ſuſcipit.*
2 *Seruus contradicente domino, aut ignorante ſi ordinibus minoribus initietur, ſeruus remanet.*

§. II.

1 § † Prima quæſtio propoſita hæc eſt, an ſeruus ordinem recipiat, ſi ordini initietur. In qua quæſtione breuiter concludimus, ſeruum ordinem recipere. Nam primò id habetur in c. 2. de ſeru. non ordinan. ibi enim præcipitur, vt deponatur ſeruus, qui fraude ad Eccleſiaſticos ordines peruenerit, ergo ordinem

ſuſcipit

ſuſcipit;non enim deponi poſſet ab ordine ſi eũ non haberet;vbi enim habitus non eſt,ibi priuatio nõ datur. Poſtremò id probatur ratione; nam per baptiſmum quis habilis fit ad reliqua ſacramenta per characterem,qui imprimitur, qui character nulla hominum conſtitutione tolli poteſt,vt dixit Trid.Synod.ſeſſ.7.de Sacr. cano.9.& idcirco nec per ſeruitutem,ergo nec habilitas illa tolli poteſt. Non eſt igitur quòd hac de re dubitemus,atque ſic aſſeruit Diaz. in Pract.Crim.canon.cap.19.Quæ diximus autem de hac irregularitate, eadem ſentimus & de quocunque alio irregulari ob eaſdem rationes quoad ordinis ſuſceptionẽ. Et de hac quæſtione ſatis.

2 Secunda quæſtio eſt,† an ſi ſeruus ordinibus minoribus initietur,aut ignorante,aut contradicente domino,ſeruus remaneat. In qua quæſtione itidem breuiter concludimus ſeruum remanere,ita habetur in c. ex antiquis.in fine. verſ. Reliqua verò.d.54.& in c. frequens. ead. d.& in c.nulli. iunct. Gloſſ. ead.d.& ita Glo.ſẽſit in c.2.& Abb.ibi verſ.Quartus caſus.de ſer. nõ ordinan.Sed de hac quęſtione ſatis;ad alias tranſeamus.

S V M M A.

1 *Seruus,ſi,contradicente,vel ignorante domino, ab eo ordinem ſuſcipit,qui ſciebat eum eſſe ſeruum, quid tunc faciat,qui eum ordinauit.*

2 *Seruo ordinem adminiſtrans ignorante,vel contra dicente domino,vbi probabiliter eum ſeruum eſſe ignorat,an pœnam patiatur.*

§. III.

1 § † Tertia quæſtio eſt quid iuris,vbi qui ſeruo ordinem confert,contradicẽte,aut ignorante domino, vbi ſciebat eum eſſe ſeruũ. In qua quæſtione concludimus, vbi ordinem ſacrum contulit,Epiſcopum in duplum teneri, ideſt duos ſeruos præſtare debere,vel pretium duorum ſeruorum,vbi non poſſet ſeruos habere,ita habetur in c.ſi ſeruus abſente.d.54.

Eadem pœna afficitur is,qui eum obtulit, ſi ipſe id nouerat, Epiſcopus autem ignorabat.

At quid ſi neuter eorum ſatisfacere poteſt? Glo.in cit.c.ſi ſeruus abſente. in verb.Officio. inquit,domino reddẽdum eſſe;at Nau.in Man. cap.27.num.23.ver. Decimotertio.inquit ſeruum ſatisfacere debere domino,præſtando ei obſequia non indigna presbytero. Quid igitur concludendum? A ſententia Nauar. diſcedendum non cenſeo. Et hoc ob ci.c. ſi ſeruus abſente. vbi dicitur in hoc caſu remanere debere in clericatus officio,ergo non debet reſtitui domino. Accedit quod hac ratione & dignitati ordinis conſulitur,& etiam ex parte domino: non impunè tamen abibunt prædicti.

2 Quarta quæſtio eſt † quid iuris,ſi,ignorante dño aut contradicẽte,ſeruus ordini ſacro initiatus ſit, Epiſcopo id probabiliter ignorante,qui ei ordinem contulit. In qua quęſtione dicimus ſeruum ordinatũ à domini poteſtate liberari, præſtando domino alium ſeruum ęqualem,vel iuſtum pretium, vt habetur in c.de rebus.ead. d.54.nam ait diaconum,aut vicarium pręſtare debere domino,ideſt alium in ſuum locũ, aut in ſeruitute remanere. Idem habetur in cap.ex antiquis.in fine.ead.d. Et de pretio quod illud dando liberetur dixit Glo.in eod.c.& Naua.in cit.loco.

Si verò neutrum præſtari poteſt,cum domino remanebit,præſtando ei obſequia ſacris ordinibus nõ indigna.arg.ci.c.de rebus.ibi; Aut in ſeruitute remanebit. Immò, ſi ad pœnam agat,poterit dominus duplũ petere, ob c.ſi ſeruus abſente.in fine.d.54. Et hæc locum habent in quocunque ordine ſacro,per c.pen.de ſeru. non ordinan.

Quamuis ſi ſacerdotio initiatus ſit ſeruus,liber erit,ſed peculium præſtare debebit,ſi illud habeat,aut alium ſeruum,& ſi neutrum poſſit, obſequia eo non indigna ei præſtare:immò, ad pœnam dominus agere poterit in duplum. ob. cit.c.ſi ſeruus abſente.& cit.ca.ex antiquis. In hac quæſtione igitur ſic concludum cenſeo, ex qua apparet,non puniri,qui ei ordinem contulit, modò eum ſeruum eſſe probabiliter ignorauerit. At quid de libertis? Hanc quæſtionem in ſeq.abſoluemus.

S V M M A.

1 *Liberti irregulares ſunt,& quamobrem.*

2 *Liberti quinam ſint.*

3 *Diſpenſare cum libertis quis poſſit.*

4 *Libertorum filij an irregulares ſint.*

§. IV.

1 § † Poſtrema quæſtio eſt,an liberti irregulares ſint,in qua quæſtione breuiter cõcludimus ipſos irregulares eſſe; nam ſic habetur in c.fin.d.54.Prohibendum eſt, dicitur enim ibi, vt liberti; quorum patroni in ſeculo fuerint,ad clerum non promoueãtur. Hæc ibi. Si ergo liberti ad clerum promoueri nõ debẽt, ergo irregulares ſunt. Idque iure meritò factũ eſt;nam,qui clericus ſit, ſæcularibus negotijs miſcere ſe non debet,vt dicitur in tit.ne cler.vel

2 monac.†at liberti(qui ſunt ij,qui,cum ſerui eſſent,manumiſſi ſunt,vt dicitur in Inſtit.in principio.& in l.libertini.ff.de ſtat.homin.)ob operas,quas patronis ſuis polliciti sũt,à diuinis ſæpius reuocarẽtur,& ſæcularibus negotijs ſe miſcere cogerentur,vt dicitur in c.1.& in c.quicũque.ead.d.54.ergo iure meritò ad ordines admitti non debent,& irregulares ſunt. Non eſt igitur quod hac,re dubitemus.

3 Diſpẽſare aũt†cũ ipſis poteſt eorũ patronus; nam remittendo illis obſequia promiſſa,ac debita clerici fieri poſſunt,vt habetur in cit.c.quicunque;nam ibi ſic dicitur. Quicunque liberta

tem

tem à dominis ſuis ita recipiunt, vt ſibi in illis nullum obſequium patronus retineat, ſi iſti ſi ne crimine ſunt, ad clericatus ordinē liberi ſuſcipiantur, qui directa manumiſſione abſoluti noſcuntur. Hæc ibi: ex quibus conſtat vbi patronus non retinet ſibi vllum obſequium in libertis, eos ordinibus initiari poſſe, & ſic patronum cum ipſis diſpenſare, dum eos manumittit nullum obſequium, nullumque ius ſibi retinendo, atque ſic not. Gloſſ. Sum. in verb. Nota ergo. d. 54. & in c. 1. de ſeru. non ordinand. Ac planè, ex quo ceſſat cauſa irregularitatis, meritò & irregularitas ipſa ceſſare debet. arg. c. cū ceſſante. de appell. etenim omne impedimentum corporale, quod reddit quem irregularem vbi ceſſat, ceſſat & ipſa irregularitas, vt alibi ſupra probauimus. Idem ſi tacitò remittat obſequia, ſcilicet permittendo libertum ordines ſuſcipere; hac. n. permiſſione plenam libertatem conſequitur. Idem ſi patrono inſcio ordines ſuſcepit, & deinceps vbi id nouit, tacuit; alias enim teneretur libertus ſatisfacere quomodo poſſet, ita Maiol. de Irregular. lib. 1. cap. 36. nu. 2. cum ſeq. & vide, quæ ſupra de ſeruis diximus.

Habiles tamen remanent liberti, vbi patronus ſpiritualia obſequia ſibi tantùm retinet. c. nullus. de ſeru. non ordinan. In hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſeo.

4 Verùm † quid de libertorum filijs, an & ipſi irregulares ſunt? Videbatur dicendum & ipſos irregulares eſſe; nam remanent obligati patronis, vt habetur in c. liberti Eccleſiæ. 12. q. 2. & in c. de libertis. eod. & ibi Gloſſ.

Contrarium ſuadere ratio videtur, quoniam ex libertis nati ingenui ſunt, vt dicitur in Inſti. de libert. Gloſſ. in c. fin. d. 54. inquit priorem opinionem in libertis Eccleſiæ locum habere ob iura allegata; poſteriorem vero in alijs.

Quid igitur concludendum? Breuiter aſſerēdum eſt eos irregulares non eſſe; nam nulla obſequia patrono debent, niſi reuerētiam. l. fi. & ibi Bart. C. de libert. & eor. liber. & eam debent viuo liberto. l. hæres. ff. de obſeq. liber. alia autem obſequia non debent, & ita etiam eſt in libertis Eccleſię, quæ nunquam moritur. Sed de irregularitate hac ſatis, ad aliam tranſeamus.

De Irregularitate, quæ oritur ex vitio corporis, habito reſpectu ad eos, qui ratiocinijs obligati ſunt. Cap. LVIII.

SVMMA.

1 *Ratiocinium quid ſit.*
2 *Ratiocinij ſpecies quot ſint.*
3 *Ratiocinia publica quęnam ſint.*
4 *Ratiocinia priuata quęnam ſint.*

DECIMA quarta ſpecies irregularitatis, habito reſpectu ad corpus eſt ea, quæ naſcitur ex ratiocinijs, ideſt, quam contrahunt ij, qui ratiocinijs obligati ſunt: de qua irregularitate hæc contemplabimur. Primum, quando contrahatur. Deinde, quis in ipſa diſpēſare poſſit, præmiſſis tamen priùs quid ratiocinium ſit: deinde quot eius ſpecies, & quæ.

1 Quoad primum igitur præmittendum. † Ratiocinium eſt id, quod noſtrati lingua dicitur Conto, ductum à verbo Ratiocinor, quod ſignificat Far conto, vt grammatici docent. Hinc apparet ratiocinijs obligatos eos eſſe, q obligati ſunt ad reddendas rationes, ita ſenſit Goff. quē refert, ac ſequitur Gloſſ. Rub. de obligat. ad ratioc. ord. uel nō ord. & Abb. & cōmuniter DD.

2 Quoad ſecundum præmittendum † duæ ſpecies ratiocinij ſunt; altera, quæ deſcendit ex adminiſtratione reipublicę, officijvè publici, altera, quæ deſcendit ex adminiſtratione rei priuatæ, officijvè priuati, & ſic ratiocinia partim publica, partim priuata ſunt, atque ſic ſenſit Gloſ. ac DD. in c. vnic. de oblig. ad ratiocin.

3 Publica verò † ratiocinia ſunt ea, quæ reddere habent Theſaurarij, & Depoſitarij publici, & qui vectigalia, gabellas, ac datia exigunt nomine reipublicę: item, qui reipublicæ muneribus præſunt, ſcilicet reficiendis pontibus, portibus, vijs, ſtipendio militibus dando; ſicut etiā præpoſiti annonæ, & rei furmentariæ, ſalinis, & huiuſmodi. Ad ſummam rationes, quas reddere debent ij, qui officia reipublicæ gerunt, & adminiſtrant, ratiocinia dicuntur, arg. l. officiales. C. de epiſcop. & cler. & vt ſenſit Goff. quem in Rubr. refert Gloſſ. in tit. de oblig. ad ratioc. & Gloſſ. etiam in cit. c. vnic. & facit verbum illud Executores. In publicorum numero ſunt etiam rationes officiorum, quę auctoritate quidem publica ſunt, vtilitate verò priuata, cuiuſmodi ſunt rationes, quas reddere debent tutores & curatores, atque ſic colligitur ex cit. cap. vnic. ibi: Seu curatores pupillorum, iunct. Gloſſ. in uerb. Curatores. & in c. præterea. iunct. Glo. d. 51. Id quod locum habet vel principis tutela non ſit; nam hæc munera publica ſunt, vt habetur in Inſtit. in principio. de excuſat. tit. vel curat.

4 Priuata vero ratiocinia † ſunt ea, quæ reddere debent procuratores, & rerum geſtores pro negotijs, quæ priuata ſunt vtilitate, ac auctoritate ab ipſis geſtis, vt habetur in c. vnic. de oblig. ad ratiocin. & ibi Gloſſ. Abb. ac DD. not. His præmiſſis iam videamus, an irregularem ratiocinia quem reddant: id quod in ſeq. præſtabimus.

SVMMA.

1 *Ratiocinijs obligati irregulares ſunt, & quamobrem.*
2 *Ratiocinijs obligati, vbi rationes reddiderint, irregulares*

lares non ſunt.

3 *Ratiocinijs obligati quando rationes reddidiſſe dicantur.*

4 *Obligatus reipublicæ ob aliam cauſam ab adminiſtratione irregularis non eſt.*

5 *Ratiocinijs obligatus ob adminiſtrationem, quam coactus quis ſuſcepit, irregularis non eſt.*

6 *Ratiocinijs obligatus ob adminiſtrationem rerum eccleſiæ, vel miſerabilium perſonarum, irregularis non eſt.*

7 *Ratiocinijs obligatus ob adminiſtrationem piæ cauſæ non ſit irregularis.*

8 *Clerici obligati ob adminiſtrationem non fiunt irregulares.*

9 *Ratiocinijs obligatus ob adminiſtrationem rerum priuatæ perſonæ, an irregularis ſit.*

10 *Opponere irregularitatem hanc quis poſſit.*

§. I.

§. Præmiſſis iam dictis, modò explicandum eſt, quando obligatus ratiocinijs irregularis ſit.

1 Pro regula igitur habebimus † irregularē eū eſſe, qui reipublicæ functiones, ac negocia adminiſtrauit ante rationes redditas. arg. c. vnic. de oblig. ad ratiocin. nam ibi tutores pupillorum, ſi poſt depoſita onera, & reddita ratiocinia actus vitæ ipſorum fuerint comprobati, honore munerari debere, ideſt ordinibus initiari dicitur. Hæc ibi. Si ergo tutores, qui tutelæ publicum onus geſſerunt, poſt depoſita onera, & reddita ratiocinia ordinibus initiari poſſunt, ergo ante depoſitum onus tutelæ, & ante ratiocinia reddita initiari non poſſunt, & idcirco irregulares ſunt; valet enim argumentum à contrario ſenſu. arg. l. 1. & ibi communiter not. ff. de off. eius, atque ſic DD. ibi no. Idem de publicis, alijsq; officijs habetur in c. ꝑterea. d. 51. Vbicunque igitur obligatus quis eſt ob adminiſtrationem aliquam reipublicæ, antequam rationes reddat, irregularis eſt, atque ſic inquiūt Sylu. in verb. Ratiocinia. & Tabien. eod. q. 1. & facit l. reſcripto. §. debitores. ff. de mun. & honor.

Immò, ſi collegium his ratiocinijs obligatū eſſet, neminem ex eo collegio ad ordines admittendum eſſe pendente adminiſtratione, dixit Archid. in c. tātis. d. 80. & ſequitur Dia. in Pra. crim. canon. cap. 20. num. 1. in fine.

Hinc apparet multo magis irregulares eſſe, vbi adhuc adminiſtrant. Summis autem rationibus id conſtitutum eſt, vt obligati ratiociniis irregulares ſint; tum quod non pietate ducti ad ordines ſuſcipiendos venire hi exiſtimantur, ſed vt euadant cauſarum ſuarum pericula, & minus vexentur in ſuis litibus, & idcirco ne rationes reddant, vt dicitur in capit. 1. d. 53. Tum quòd, cum aſſuefacti ſint ad negotia, & ordinibus initiati eadem agent, ex quo non hi ſæculum fugiant, ſed mutant, ut ibi. dicitur. Tum quòd id redundat in eorum damnum, quorum negotia geſſerunt, ex quo forum mutare coguntur, & idcirco pro laicorum foro clericorum forum adire, ita not. Abb. in c. vnic. de oblig. ad ratioc. num. 2. & Inn. num. 1. in verb. Ordinari; intereſt autem plurimi forum mutare. arg. tot. tit. ff. de alien. iud. mutan. cauſ. fac. Tum quòd varietate, & multitudine negotiorū auocātur à diuinis, quod alienum eſt à vita clericorum. arg. tot. tit. ne cler. vel monac. atque ſic ſenſit Diaz. in Pract. crim. canon. cap. 20. n. 1. Tum quòd litibus magnis vexari poſſunt, & de dolo accuſari, vt dixit Diaz. ibid. Ob has igitur cauſas ratiociniis obligati ad ordines non admittuntur, & irregulares ſunt.

2 Excipitur tamen primò, † vt ad ordines admittantur, & irregulares non ſint, vbi rationes reddiderunt; tūc enim habiles ſunt ad ordines ſuſcipiendos, vt habetur in cit. c. vnic. de oblig. ad ratiocin. nam ibi dicitur, vt proximè vidimus, tutores pupillorum poſt depoſita onera, & reddita ratiocinia honore venerari debere, & ordinibus initiari. Idque meritò, ceſſante enim cauſa ceſſat & effectus. c. cùm ceſſante. de appell. & cauſa, quamobrem ad ordines nō admittebantur, erat, quòd rationes non reddiderant, ergo ſtatim atque redditæ ſunt, admitti poſſe debent. ita DD. in cit. c. vnic. & Diaz. eo. num. 4. qui de communi ſentētia teſtatur. Duo igitur in hoc requiruntur, vt dicitur in cit. cap. vnic. & vt adminiſtrationes eas depoſuerit, atque onera, & vt ratiocinia reddiderint: & quāuis ibi de tutoribus tantum agatur, idem tamē de omnibus aliis, qui functiones, & adminiſtrationes reipublicæ habent, dicendum eſt.

3 Atqui † quando rationes reddidiſſe hi dicētur? neminem legi, qui hoc apertè dixerit. Ego autem ſentio, quod ad rem noſtram pertinet, eum dici ratiocinia reddidiſſe ſuæ adminiſtrationis, non qui rationes tantum reddidit: verū etiam & vbi ſoluit, ſi quid debebat. Et hoc, quoniam rationes quamobrem ſic obligatus prohibetur, ne ordines ſuſcipiat, & hic locum habent, vbi ſolum rationes reddidit, & non ſatisfecit, vt per ſe patet, ergo non dicetur ratiocinia reddidiſſe, priuſquam ſatisfecerit. Facit quoque l. reſcripto. §. debitores. ff. de mun. & honor. vbi debitores rerum publ. ad honores inuitari non poſſunt, vt ibi dicitur, niſi prius in id, quod debetur, reipublicæ ſatisfecerint: idem habetur in l. 1. C. de debit. ciuit. Si ergo ad profanos honores non admittuntur debitores rerum publicarum, niſi prius ſatisfecerint, ergo minus ad ordines admittentur. Reddidiſſe igitur rationes hi dicentur, qui quod debēt, etiam præſtiterunt. Si tamen pignora dederint vel fideiuſſorem idoneum, ſatisfacere dicētur. arg. cit. l. reſcripto. §. debitores, eſto enim ibi dicatur ad honores non admittendos debitores rerum public. niſi priùs, quod debebant, ſatisfecerint, vice tamen ſolutionis ſat eſſe ibi dicitur, ſi aut pignoribus, aut fideiuſſoribus caueatur, ergo idem in caſu noſtro, atque ſic dixit Vin. quem refert, ac ſequitur Abb. in eod. cap. vnic.

vnic.de oblig.it.ad ratiocin.nu.10.ver. Quid ſi eſt paratus.& Diaz.in Pract.crim.canon. ca. 20.num.6.quamuis quod dicitur de fideiuſſoribus,ipſe intelligat verum eſſe,vbi prius, quã principalis,conueniri poſſunt,quod hodiè ferè ſemper fit,ex quo fideiuſſores ſuis priuilegijs ſemper renunciant,& in ſolidum ſe obligant.

4 Secundò excipitur †, vbi ob aliam cauſam, exempli gratia ob mutuum,emptionem,& huiuſmodi quis reipublicæ obligatus eſt,non autem ex aliqua adminiſtratione;nam hic ad ordines admittetur etiam durante obligatione , vt dixit Hoſt.quem refert,ac ſequitur Abb. in eod.c.vnic.num.10.verſ.Quid ſi eſt paratus.& Diaz.eod.cap.num.4 verſ.Inter hos verò. & hoc per cit.c.debitores. vbi de obligatis ex mutuo id dicitur,& per l.quiſquis emenſis.C. de epiſcop.& cler.& not.Gloſſ.in ca.præterea. d.51. Id quod fortaſſè fit,quòd conſtat de debito,& lis ob id mouenda non eſt,ſecus autem in antecedentibus.

5 Tertio excipitur †vbi quis coactus ad ea munera venit;nam neque hic prohibetur ordinibus initiari.Quare,qui vel datiuam,vel legitimam tutelam ſuſcipit, quod inuitus ad eas ſuſcipiendas quis cogitur,irregularis non erit , ita inquiunt Syl.& Tabie.in verb. Ratiocinia. & Diaz.eod.num.2.verſ.Quod intelligendum eſt.& facit c.peruenit.d.86.vbi de legitimis tutoribus agitur.

6 Quartò excipitur,† vbi miſerabilium perſonarum tutelam,vel curam ſuſcepit;nam nec in hoc caſu excludetur ab ordinibus, ita habetur in cit.c.peruenit viden.Immò ad tutellam miſerabilium perſonarum clerici,& monaci tenētur,c.1.& epiſcopus.3.d.88.Nec repugnat cit. c.Cyprianus.21.q.3.nam accipi debet,vbi miſerabilis perſona non eſt,& vbi ad id non cogitur,vt DD.inquiunt.

7 Quintò excipitur, † vbi etiam adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarum , vel alterius piæ cauſæ quis haberet;nam neque in hoc caſu excludetur ab ordinibus,etiam adminiſtratione durante c.1.ne cleri.vel monac.verſ. Excepta defenſione.& c.peruenit.diſt.86.& c.indicatum.d. 89. Quibus iuribus probatur ſuſcipi adminiſtrationes has etiam poſſe, dũ quis clericus eſt,& idcirco etiam durantibus ipſis adminiſtrationibus ad ordines admitti debere , atque ſic dixit Abb.in cit.c.vnic. de oblig. ad ratiocin.nu.3.ver.Si ſit adminiſtrato.& Gl.ibi, in verb. Ratiocinia.ibi, ſi verò eccleſiaſticæ, & Inn.in verb.Munerari.verſ.Et not. quòd non nominatur,& Syl.in ver. Ratiocinia.q.3.& Tabien.eod.In tribus igitur his caſibus proximè dictis admitti ad ordines poterunt,eſto adminiſtrationes eas adhuc gerant.

8 Poſtremò excipiuntur † clerici;nam eſto adminiſtrent,& functiones prædictas obeant,non tamen excluduntur à dignitatibus eccl. vt ait Inn.in cit.c.vnic.de oblig.ad ratioci.tum quod cit.c.vnic.de laicis loquitur; tum quod non ſit deterior conditio creditoris quoad forum;ſemper enim eccleſiaſticus iudex adibitur . Nec repugnat tit.ne cler.vel monac.nam locum nõ habet tit.ille,vbi tolerantur, ita dixit Inn.ibid. Ex his igitur apparet,quando quis adminiſtrationes,& officia publica habens irregularis fiat vel admiſtrationes illæ publicæ ſint auctoritate,& vtilitate,vel auctoritate tantum,vt tutelæ, & curationes.

9 At quid † ſi quis ob priuatam adminiſtrationem ad ratiocinia obligatus eſt,an ad ordines admitti poterit,vel irregularis eſt? In hac quæſtione breuiter concludimus ad ordines hos admitti poſſe . Id quod probatur hac ratione , quod in aliquibus tantum caſibus prohibetur, ne ad ordines ſic admittatur,vt videbimus,ergo a hîs ſecus. Exceptio.n.regulam cõtrariam eſſe indicat iuribus vulgaribus,atque ſic dixit Inn. in eod.c.vnic.in verb. Munerari.verſ. Si autem non ſit conuentus.& Gloſſ.in verb. Ratiocinia.propè finem.& Abb.ac DD. Immò , vel ob culpam conueniri poſſit commiſſam in adminiſtratione rei priuatę,& conuentus iam ſit,admitti tamen ad ordines poſſet. ita Gl.ea. ibi,verſ.Si de culpa.& Inn.ibid. verſ. Si verò ſunt priuata ratiocinia.

Excipitur tamē,vbi manifeſtum eſt eum de dolo teneri commiſſo in adminiſtratione;tunc enim ordinarius iudex debet eum ex officio, expellere vt infamem,ita Gloſſ.ead.in fine. & Inn.Abb.ac DD.ibidem cõcludũt;nam & quilibet criminoſus expelli debet ob hanc rationem,c.infames 6.q.1.niſi igitur ſe prius purgauerit,non admittetur.Multo magis excludetur hic,ſi timeatur de proximo litem in eum mouēdam eſſe,vt dixit Maiol.de Irregular.lib.2. ca. 11.num.4.Immò tenet ibi.num.13.eum ad ordinem admitti non debere, qui ære alieno ſic vrgetur,vt in extricabilibus litibus prætnatur; quod fortaſſe verum eſt ob rationes ſupra allatas,quæ & hic vigent.

Secundo excipitur,vbi ob eandem adminiſtrationem de dolo quæſtio ei mota iam eſt, antequam enim abſoluta ſit,ad ordines nõ admittetur,vt inquiunt Gloſſ.Inn.ac reliqui in eod. c.vnic.nam ſi de dolo condemnaretur, infamis fieret;infames verò irregulares ſunt,c.infamibus.de reg.iur.lib.6.expectandum igitur erit vt lis abſoluatur,antequã ordinibus initietur, & iudex tempus præſcribet ei,qui litem mouit, intra quod dolum probet arg.l.diffamari,C.de ingen.man.& ita Gloſſ.atque allegati DD.cõmuniter concludunt.Nec in hoc caſu fideiuſſor accipietur,quandoquidem de amiſsione famæ, non de damno pecuniario agitur.

Verùm quid,ſi rationibus non redditis,nihilominus initietur ordinibus?Gl.in eod.c.vnic. inquit , eius bona creditoribus dari debere, quæ ſi non ſat ſint,teneri Epiſcopum, qui ordines ei contulit;hanc opinionem ſequitur Abb. ibi.nu.7.& ego etiam,quamuis Epiſcopum teneri

neri tunc tantum ſentiam, vbi ſciens ipſum ratiocinijs obligatum ordines ei contulit, non autem, vbi probabiliter id ignorarit; non enim culpam meretur, qui culpa vacat. cap. 2. de conſtit.

10 Quis autem † obijcere irregularitatem hanc poſſit, dixit Inn. in cit. c. 1. de oblig. ad ratiocin. & Abb. in fine. concludit enim communiter in primis id poſſe, & creditores, & eos, quorum id intereſt. Secundo clericos, & omnem eccleſiaſticam perſonam, ita Diaz. in Pract. crim. canon. cap. 20. num. 2. verſ. Et tanti habetur. Sed de quæſtione hac ſatis; iam quis in hac irregularitate diſpenſet, videamus. Id quod in ſequē. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Diſpenſare quis poſſit cum eo, qui ad ratiocinia obligatus eſt.*

§. II.

1 §. † Poſtrema quæſtio eſt, quis diſpenſare cum eo poſſit ad ordines, qui ratiocinijs obligatus eſt. In qua quæſtione ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quæritur quis poſſit diſpenſare cum eo, qui ratiocinijs obligatus eſt, & in hoc caſu Summus Pont. diſpenſare tantū poſſe concludo: non enim epiſcopus poteſt, ex quo tenetur de ſuo creditoribus ſatisfacere, ſi non redditis rationibus ordines ei conferat, vt dixit Gloſſ. in cit. c. 1. de oblig. ad ratioci. & nos ſupra.

Aut quæritur ſublatis ratiociniis, & redditis rationibus, & in hoc caſu quilibet, qui creditoribus ſatisfacit diſpenſare poteſt; nam ſtatim atque rationes redditæ ſunt, & ſatisfactum creditoribus, diſpenſatum cum eo eſt ipſo iure. Quippe quia tollūt cauſam prohibitionis. Vel igitur creditores ipſi rationes remittant, vel condonent; vel alij pro eo ſatisfecerint, vel ſatisfacere promittant vt fideiuſſores, perinde hi habentur, atque ſi cum eo diſpenſarent, & multo magis ſi ipſe priùs ſatisfecit, vt antea vidimus, & habetur in cit. c. vnic. de obliga. ad ratiocin. Sed de irregulatitate hac iam ſatis: ad aliam tranſeamus.

De Irregularitate, quę oritur ex vitio corporis, habito reſpectu ad eos, qui Curiæ obligati ſunt. Cap. LIX.

S V M M A.

1 *Curiales quinam ſint.*
2 *Curialium quot ſpecies.*
3 *Curiales vnde dicti ſint.*

DECIMAQVINTA ſpecies irregularitatis, habito reſpectu ad corpus eſt ea, quam contrahunt ij, qui ratione quapiā Curiæ obligati ſunt. Cuius cognitionem vt dilucidiorem habeamus, antequam ipſam explicemus, tria præmittēda ſunt. Primum Curiales quinam ſint. Deinde quot eorum ſpecies. Poſtremò, vnde dicti.

1 Quoad primum igitur: † Curiales ſunt ij, qui ratione alicuius officij obligati ſunt alicui Curiæ, ſeu Reipublicæ, aut Senatui, aut Communitati, vt ex ijs, quę infra dicemus, apparebit.

2 Quoad ſecundum † horum curialium ſpecies plures ſunt. Nam primò in horum numero recēſentur omnes, qui ſe obligarūt ad iurisdictionem aut exercendam, aut adiuuandam, aut ad eius actus exercendos. Ad iurisdictionem exercendam, vt iudices tam ciuilium, quàm criminalium cauſarum, quocunque nomine nominētur; hi enim Curiæ obligati dicūtur, vt habetur in c. 1. & c. 3. d. 51. Item Priores, Anciani, & Decuriones Ciuitatum, & magiſtratus omnes, vt ſenſit Maiol. de Irregularitate. li. 2. c. 5. num. 5. verſ. Ad hos milites. & verſ. Et hæc omnia. etenim in ſyndicatu hi tenētur, & ſi clerici fierēt, coram iudicibus ſecularibus iudicandi eſſent, quod abſurdum eſt. Quandiu igitur his magiſtratibus obligati ſunt ad ordines admitti non debent. Ad iuriſdictionem adiuuandam itidē qui ſe obligarunt, vt Aduocati, publici ſcribæ, & Procuratores Reipublicæ, publico ſtipendio conducti, hi quoque Curiæ obligati dicuntur. c. aliquantos. ead. d. 51. & ita inquit Maiol. eo. num. 12. verſ. Publica quoque ſtipendia. Non ergo in horum numero habentur aduocati, & Procuratores, qui ad arbitrium ſuum clientulos, & cauſas tuentur; ſed ij ſolùm, qui alicui Communitati, ac Reipublicę ſe obligarunt. Ad exequendos etiam iuriſdictionis actus qui obligati ſunt, Curiæ obligati dicuntur, vt habetur in cit. c. aliquantos, ibi; Aliquātos ex malitia, qui cum poteſtatibus obedierunt, ſæua neceſſaria præcepta ſunt executi. In hoc numero habentur ſatelites, litores, ideſt Sbiri, publici nuncij, carnifices, item Saltarij, qui ſaltuum cuſtodiam gerunt; necnon, qui ad maleficia denūcianda obligati ſunt ex maleficio, qui in his regionibus Cautelarij dicuntur.

Secundò Curiæ obligati dicuntur milites, & duces exercitus, qui ſtipendio conducti ſunt ad tuendam ciuitatē & ad hoſtes oppugnādos. ar. c. 4. & c. vlt. ead. d. 41. & ita dixit quoque Maiol. eod. c. 5. verſ. Huc proximè accedit quoque miles. Cōducti ergo etiam, vt in præſidijs ſint, & Curiæ obligati hi dicentur.

Tertiò Curiæ obligati dicuntur, qui ad artes liberales vel docendas, vel exercendas de publico conducti ſunt, vt Iureconſulti, Philoſophi, & Grammatici ad docendum, & legendū, & Medici, ac Chirurgi ad medendum: hi enim omnes

omnes,qui ſe cuipiam Reipublicæ ad eas functiones exercendas,obligarunt,Curiæ obligati dicuntur, & quandiu ea obligatione tenentur ad ordines admitti non debent,ut habetur in c. 3.ibi. Vel quibuslibet publicis functionib. occupatis.cit.d.51.& ut dixit Goffre.quē refert,ac ſequitur Abb.in c.1.de obli.ad ratioc.& Mai. eod.nu.10.uerſ.Inter hos quoque. Excipitur tamen,ubi ſuum munus expleuerunt, uel licētiam habuere abeundi ab eo principe, uel Republica, à quib.cōducti ſunt; tunc enim liberè ad ordines admitti poſſunt,ut inquit Hoſti. in Summ.de oblig.ad ratiocin.& ſequitur Abb. ibid.ubi ſupra.

Poſtremo Curiæ obligati dicuntur, qui ſe obligarunt ad iocos, ludoſque faciēdos alicui itidem ſenatui,uel Reipublicæ, vt Hiſtriones, Cantores,Comici,Gladiatores,ſcurræ, ſaltatores,& ad ſummam,qui uoluptatis gratia inſeruiunt;hi enim quoq.pro obligatis Curię habētur,ut dicitur in cit.c.aliquantos.uer. Aliquantos q uoluptates,& editiones populis celebrauerunt.& ita Gl.ibi.& in c.3. uerſi. Conſtat.n. eos.ead d.51.& ita inquit Maiol.eod.c.nu.17. uer.Sunt pręterea.Hi omnes ergo Curię obligati dicuntur,ut colligitur ex allegatis iurib.& ex Gl.Sum.ea.d.& ex Syl.in uerb.Ordo.4.q.3.& ex Io.Tabi.& ex Ang.in uerb.Curiales,quāuis nō ſic diſtinctè,& apertè rem ipſi declararint.

Ex his patet,quot curialium ſpecies ſint.Patet etiam in horum curialium numero eos nō haberi,qui,etſi in Curiis Principum uitam degunt,ac inſeruiunt, ad ſuum arbitrium tamen diſcedere queunt,& ratione officii obligati nō ſunt,qui communiter Aulici dicūtur, & vulgo Cortegiani. Et de hoc ſecundo ſatis.

3 Quoad tertium † ſcilicet Curiales unde dicti ſint,breuiter concludendum eſt à Curia,cui obligati ſunt,dictos eſſe,quod dubitationem non habet.Illud autem paulo dubium eſt;Curia unde dicta ſit. Nonnulli exiſtimarūt à cruore dictam eſſe,ita Lau.in addit.ad Gloſſ.Sum.diſt. 51.& Maiol.qui eum ſequitur de irregular. li. 2.cap.5.Horum opinio mihi non probatur; tū quod ſi à cruore dicta eſſet, Cruria eſſet dicenda,non Curia;tum quòd non conuenit omnibus,quæ ſub nomine Curiæ continentur; multa enim officia ſunt in Curia, in quibus cruor non fit,ut ex dictis patet.

Ego igitur ſentio Curiam dictam eſſe à Cura,& ob eam rationem,quòd in ipſa cura geritur eorum,quæ ad publicum commodum ſpectant,atque ſic ſenſit Feſt.Hinc factum eſſe cēſeo, ut domus Principum uirorum Curiæ dictæ ſint,quoniam in ipſis ſemper aliquid eſt curandum.His pręmiſſis,iam uideamus,an Curiales irregulares ſint,& quis cum ipſis diſpenſare poſſit.Id quod in ſeq.præſtabimus.

SVMMA.

1 *Curiales irregulares ſunt.*
2 *Curiales cur irregulares ſint.*
3 *Vicarij Epiſcoporum, & qui Eccleſiaſtica officia gerunt,irregulares non ſunt.*
4 *Diſpenſare cum curialibus quis poſſit.*

§. I.

1 § † Quæſtio explicanda modò nobis propoſita eſt, an Curiales irregulares ſint. In qua quæſtione breuiter concludimus,irregulares ipſos eſſe. Id quod probatur primò generatim in c. de ſignata.d.51.Deſignata sūt genera laicorum,dicitur enim ibi, de quib. ad clericatum aliqui uenire non poſſunt, &c. De curialibus antè manifeſta eſt ratio,quoniā etſi inueniantur huiuſmodi uiri,qui debeant clerici fieri,tamen,quoniam ſępius a Curia repetuntur,cauēdum eſt ab his pp tribulationem,quæ ſæpè de his Eccl.prouenit.Ecce hic apertè habetur Curiales ad clerum puenire non poſſe.

2 Et hoc † ob hanc rōnem,quoniam Eccleſia ſæpius perturbaretur,ubi à Curia repetuntur. Id quod à perſonis Eccleſiaſticis alienū eſſe dēt: ob hanc igitur rationem ab ordinibus arcentur,ut dr in ci.c.deſignata,& in c.ſeq. Pręterea, quoniam ſępius Eccleſiaſticis ordinib.initiari uolunt non pietatis ſtudio, ſed ne officiorum ſuorū munera obeant,ut dr d.53. in principio. Curiales igitur irregulares ſunt.Id quod ēt ſpeciatim de pluribus,quos in curiali numero ſupra poſuimus,habetur,de iudicib.in c.1. & in c.3.d.51.De militib.in c.4.& in c.ult.ea.d.De docentib.& exercentibus artes,in eod.c.3.ibi. Vel quibuslibet functionib. occupatos.De inſeruientibus cā uoluptatis,in cit.c.3.uerſ. Conſtat.n.& in c.1.ibi. Aliquantos.De executoribus aliis,in eod.c.1.ead.d.Pro tertio igitur habebimus Curiales irregulares eſſe.

3 Excipiuntur tamen,† qui officia gerūt Epōrum,uel Eccl.cuiuſmodi eſt Vicarius Epī,Syndicus,& hmōi;nā ordinib.initiari pro certo hi poterūt,atque ſic dixit Maiol.de Irregula. lib. 2.ca.5.n.11.Et hoc ob eā rōnem,quod prędicti iam de numero clericorum ſunt,& clerici eſſe debent,qui eas functiones exercent.

Secundò excipiuntur aduocati, & Procuratores piarum cauſarum,ut dixit Maiol.eod.

Poſtremò excipiuntur Curiales, qui Aulici ſunt,ut ſupra diximus.Et de quæſtione hac itidem ſatis.

4 Verū quis † cū his diſpenſabit? Planè, quouſque Curiæ obligati ſunt, & eas functiones exercent,Romanus Pon.tantùm diſpenſare cum his poteſt,ob rationes, quas diximus ſupra de diſpēſatione eorū,qui ratiociniis obligati ſunt.

Vbi verò liberati obligatione ea ſunt, diſpenſatione non egent ratione hac, ſed libere ad ordines admitti poſſunt. Excipiuntur tamen primò iudices,& magiſtratus, qui in ſuo officio quem occidendum, mutilandumve curarūt; hi enim quāuis è magiſtratu abierint,& ſic hac irregularitate ſint liberati,in aliam tamen inciderunt,quæ eſt ob defectum perfectæ

V lenitatis,

lenitatis,de qua ſuo loco egimus.In hac igitur diſpenſatione egebunt, ſicut etiam aduocati & procuratores,qui ad hæc opem tulerunt, & multo magis,qui executioni ea mandarunt;nã & hi infames etiam ſunt.

Poſtremò excipiuntur, qui uoluptatum gratia inſeruierunt,ut in ludis,& huiuſmodi,quandoquidem & hi pro infamibus habentur,quãobrem diſpenſatione ob infamiam egent.

Ex his apparet, quod in initio probandum nobis propoſuimus,& irregularitatem, quę ex uitio corporis deſcendit,à iure poſitiuo eſſe,iã de irregularitate, quę contrahitur ex infamia agamus,ubi hoc idem etiam habebimus.

De Irregularitate,quæ oritur ex infamia,ſeu ex famæ amiſſione. Cap. LX.

SVMMA.

1 *Infamia quid ſit.*
2 *Infamia quotuplex.*
3 *Infamia canonica quęnam ſit.*
4 *Infamia facti quænam ſit.*
5 *Infamia iuris quænam ſit.*

TERTIO loco in primis de irregularitate nobis agendum eſt, quæ cõtrahitur ob infamiam,& ſic ob amiſſionem bonæ famæ.Verum antequam id explicemus,pręmittenda hæc ſunt. Primũ infamia quid ſit.Deinde quotuplex. Tertio,ꝗ infamia canonica.Quartò,quæ infamia facti. Quintò,quæ infamia iuris.

1 Quoad primum igitur †, ut rem paucis abſoluam.Infamia nil aliud eſt, quam læſæ dignitatis ſtatus.legibus, & moribus improbatus, ita tradidit, Bart.quem DD.cõmuniter ſeq.in l.1.num.1.ff.de his, qui not. infam.

2 Quoad ſecundum† Infamia triplex eſt;alia canonica;alia facti;alia iuris,ita dixit Abba.in c.teſtimonium.num.6.uerſi.Ego in hac materia de teſtib.

3 Quoad tertium† Infamia canonica eſt infamia, ꝗ ex quouis peccato mortali naſcitur. argum.c.infames.6.q.1.& ut dixit Abba.in eodem cap.teſtimonium.ibid.uerſ. Secundò infamia.Tolliturque peccato per pęnitentiã ſublato,ita de communi ſententia teſtatur Abba. eod.in loco,& ſequitur etiam Syl.in uerb.Infamia.q.6.

4 Quoad quartum† infamia facti eſt, quæ ꝓficiſcitur ex facto aliquo, quãobrem homines de aliquo male ſentiunt,& ob id infamis ratione hac is dicitur,cuius opinio,ſeu nomen apud bonos,& graues uiros ob aliquod crimen leſum eſt,de hac egit Bart.in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæ.Item is,qui eſt accuſatus, denunciatus,inquiſitusue de graui cauſa,uel capitali,uel ſtatus, ob idque notatus eſt apud bonos,grauesque uiros,ita dixit Nauar.in conſi.2.num.6.iunct.num.8.de accuſat.lib.5. Item, qui fuſtibus cæſus eſt,ideſt bruſcato,o fruſtato,eſto iniuſte fuerit affectus;generat enim infamiam hoc apud homines,ut inquit Naua.in conſi.43.num.2.de tempor.ordin.lib.1.uel alia publica ignominia pœnæ loco affectus, ut mitra,uel publicè expoſitus;nam ſi eſt ob delictum,infamia iuris eſt, & ob factum etiam eſt infamia facti.Item & is,qui ad eam artem exercendam ſe contulit,quæ à uiliſsimis tantùm perſonis exercetur,ut ſi quis fiat carnifex, uel apparitor,ideſt Sbirro; hęc enim officia infamem ſine dubitatione quem reddunt, eſto adhuc nihil exercuerint,& de apparitore quod infamis ſit,id dixit Lanfranc.in capit.quoniam contra.uerſic.Teſtes.ibi;Quæro an infamis.de probat.& eum refert,ac ſequitur Bertachin.in ſuo Repertor.in uerb. Infamis infamia facti dicitur,& ad ſummam, ubi ob factum ipſum quis apud homines infamis factus eſt, & nullo iure id cautum reperitur.

5 Quoad poſtremum † infamia iuris eſt infamia illa,quæ per ſententiam,aut ipſo facto incurritur in caſibus,in quibus iure cauetur,ut quis infamis ſit.Verum,ut dilucidius id appareat, hæc pręmittenda etiam duximus, & primum, quæ cauſæ ipſo facto infament,& poſtremò, ꝗ per ſententiam.Id quod in ſequenti præſtabimus.

SVMMA.

1 *Infamis infamia iuris ipſo facto eſt miles,qui ignominiæ cauſa ab exercitu miſſus eſt.*
2 *In ſcenam prodeuntes lucri gratia,ut comici,circulatores.*
3 *Lenocinium exercentes.*
4 *Spondens duobus mulierem,quam habet in poteſtate,eodem tempore,uel duobus nuptui tradẽs, vel alteri ſpondens, alteri vero nuptui tradens, uel patiens eam,quam habet in poteſtate,cũ duobus ſponſalia contrahere.*
5 *Duo ſponſalia bina ſve nuptias, vel bina matrimonia contrahens.*
6 *Vidua nubens intra annum luctus,de iure canonico non eſt infamis.*

§. I.

Pręmittendũ nobis propoſuimus,qui infames ipſo facto fiant ab ipſo iure,nulla alia iudicis ſententia interueniente:quam quæſtionem ut breuiter abſoluamus,ac declaremus,exempla quædam horum, qui infames ſunt ipſo facto,ponamus.

1 Primum igitur† infames ſunt ipſo facto milites,aliiue,qui ab exercitu ignominiæ cauſa dimiſſi ſunt,ut habetur in l.1.& in l.2.ff.de iis, ꝗ not.infa.Varia aũt delicta,quibus milites ignominiæ cauſa dimituntur,recẽſentur in tit.ff.de re milit.

Secundò

2 Secundò † qui in ſcenam etiam prodeunt lucri gratia, ut dicitur in l. 1. uerſi. Qui artis ludicrę. & in l. 2. §. ait prętor. ff. de iis, qui not. infa. Quare comici, qui uagantur, & ob lucrum comedias recitant: item, qui ludos alios manibus agunt, ideſt Bagatelle, nec non, qui per funem currunt, aut ambulant lucri gratia, infames ipſo facto hi omnes ſunt. Non ergo infames ſunt, qui animi gratia, & ioci, non autem ob pretiũ comedias recitant, ut in ciuitatibus Ciues aliquando ſolent diebus genialibus, ideſt nel Carneuale; ſicut nec etiam, qui coram pluribus perſonati ob eaſdem cauſas, uel canunt, uel citharam pulſant, uel iocis, ac ludis alios oblectant, ita Gloſ. in l. 2. §. ait prætor. in uerb. Definit. & ſequitur Bald. ibi. ff. eod. hi enim ut faceti commendantur.

3 Tertiò † Lenocinium etiam facientes ipſo facto ſunt infames, ut dicitur in l. 1. §. qui Lenocinium. & in l. athletas. §. ait prætor. ff. eod. Lenocinium autem is facit, qui quæſtuaria mancipia habet, ita dicitur in eod. §. ait prætor. Qui ergo ancillas proſtitutioni, libidiniq; paratas habet, qui liberas mulieres, uel filias, uel uxorem, uel alias, hic infamis ipſo iure erit. Quare cauponæ infamia notantur, & infamiam non euadunt, qui quo plures ad ſuam cauponã ueniant, huiuſmodi mulieres ſępè ibi habent; quamuis non id in primis faciant, quò proſtituantur, ſed ob cauponam, ut habetur in citat. §. ait prætor. uerſicu. ſiue autem principaliter. & facit. leg. palam. §. Lenocinium facere. ff. de rit. nupt. eſto ob illud Lenocinium ipſi nihil habeant, ſed ob cauponam. per citat. le. palam. Et non ſolum id uerum eſt, ubi plures ad hoc paratas habet, uerum etiam & ubi unam.

4 Quartò † qui ſpondet duobus eodem tempore pro uxore mulierem, quam habet in poteſtate; uel alteri ſpondet, alteri nuptui tradit; uel patitur eandem mulierem, quam habet in poteſtate, duobus ſpondere, ut habetur in le. 1. in fine. & in l. quid ergo. §. ſi quis alieno nomine. ff. de iis, qui not. infam. Idem ſi duobus eandẽ nuptui tradat. per cit. l. 1. in fine. quamuis infamiam euadat, qui alterius nomine aliquam duobus ſpondet, ut dicitur in §. ſi quis alieno nomine.

5 Quintò † infamis quoque ipſo facto efficitur, qui eodem tempore duo ſponſalia, uel binas nuptias contrahit, eſto ea contrahat cum iis, quas uxores habere non poteſt; conſideratur enim hic magis affectus, quàm effectus, ut etiam fit in Clem. unic. de conſang. & affinita. ita habetur in ead. l. 1. & in l. quid ergo. §. cum autem. ff. eod. quamuis is excuſetur, qui iuſſu eius id facit, in cuius poteſtate eſt; uelle enim non creditur, qui obedit imperio patris. l. uel. le. ff. de reg. iur. atque ſic Gl. inquit ibi; in uerb. Nõ iuſſu. in ci. l. 1. Hi omnes ergo infames ſunt ipſo facto, ſtatim atque prædicta fecerunt, quã uis nulla iudicis ſententia interuenerit, & hoc, quia ſic ius uoluit.

6 Atqui † an infamis erit is, qui uiduam intra annum luctus uxorem duxit? Item & ipſa uidua, quæ nupſit? Planè de iure ciuili infames ſunt, ut dicitur in l. 1. uerſicu. Qui eam. & in le. genero. cum multis ſequen. ff. de iis, qui not. infam. De iure tamen canonico ſecus eſt. per ca. pen. & fin. de ſecund. nupt. Poſt mortem maritus igitur, cui nubere uult, nubat in domino, ut inquit Diuus Paulus. Sed de infamia iuris, quæ contrahitur ipſo facto, hactenus; iam exẽpiis explicemus eam iuris infamiam, quæ & ipſa iuris eſt, ſed eam quis non incurrit, niſi poſt iudicis ſententiam; nam de hoc ſecundo agendum nobis propoſuimus. Hoc autem in ſequẽ. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Tutor tutelę iudicio condemnatus infamis eſt.*
2 *Mandatarius itidem ob dolum condemnatus.*
3 *Mandans quoque ob dolum condemnatus.*
4 *Depoſitarius ob eandem rationem condemnatus.*
5 *Pro ſocio etiam damnatus ob dolum infamis efficitur.*

§. II.

§. De infamia iuris, in quã quis incurrit poſt ſententiam latam, & ſic poſt condemnationem, non autem ipſo facto, agendum mihi proxime propoſui. Verum, quòd hęc contrahitur ex tribus cauſis. Primùm, ubi ob dolum commiſſum in quibuſdam contractibus, uel quaſi quis condemnatus eſt. Deinde, ubi ob publica delicta. Tertiò, ubi ob priuata delicta; ob eam rem prius de infamia, quæ contrahitur ob contractus, uel quaſi poſt condemnationem; agamus; Deinde de ea, quæ contrahitur, ubi quis de delicto publico condemnatus eſt; poſtremò de ea, quam quis contrahit, ubi de delicto priuato itidem eſt condemnatus.

1 Quoad primum igitur † tutor tutelæ iudicio condemnatus, infamis fit, ut habetur in l. 1. uerſicu. Qui pro ſocio. ff. de iis, qui not. infam. & in le. furti. §. mandati. ff. eo. & in §. ex quibuſdam. in Inſtitut. de pœn. temer. lit. Fit quoque infamis, ubi ob dolum, ut ſuſpectus à tutela remotus eſt, ut dicitur in §. ſuſpectus autẽ remotus. & ibi Gloſſ. in Inſtit. de ſuſpect. tut. Excipitur tamen, ubi ob culpam leuem condemnatus eſſet, ut inquit Gloſſ. in cit. l. 1. in uerb. Qui pro ſocio. & in eod. §. ſuſpectus.

2 Mandatarius etiam † ob dolum condemnatus, infamis efficitur, ut in allegat. iuribus habetur, & ſenſit Glo. in cit. l. 1. in uerb. Qui pro ſoc. & in l. furti. §. mandati. ff. de iis, qui not. infam.

3 Mandans quoque † infamis fit, ſi ob dolum contrario iudicio condemnetur, ſicut etiã eius hæres, ut dicitur in cit. §. mandati, modo & ipſe hęres ob dolum condemnatus ſit.

4 Depoſitarius itidem † infamiæ pœna notatur, ſi ob dolum & ipſe cõdemnetur ob iura allegata, ſcilicet ob §. ex quibuſdã. in Inſti. de pę. temer.

temer.litig.&l.1.uerſi.Qui pro ſocio.ff.de iis,
qui not.infam.& ita dixit Gloſſ. in c. infamis.
§.porro infamia.in uerb.Infamia.uerſi. Sed ꝓ
actionibus.3.q.7.ſicut etiam eius hæres ob eā
dem rationem,per cit.l.furti §.mandati. uerſi.
Illud.

5 Pro ſocio denique† condemnatus,ſit etiam
infamis,ut in allegatis iuribus habetur. Et quo
niam actio hęc ab utraq; parte directa eſt, ob
eam rem quiuis ex ſociis damnatus ob dolum
infamis fit,ob §.ex quibuſdam.in Inſti. de pœ.
teme.litig. Ex his apparet quomodo ex contra
ctibus quis condemnatus infamis fiat;iam,ubi
quis de delicto publico condemnatus infamis
fiat,uideamus.

S V M M A.

1 *Condemnatus de crimine publico infamis fit; quę regula,quouſque pateat declaratur.*

2 *Delicta publica quænam ſint.*

§. III.

1 §. † Secundo loco ob delicta publica quis
condemnatus,uel ciuiliter, uel criminali
ter,infamis fit.l. infamem iunct. Gl.ff.de
publ.iud.Infamē,dicitur enim ibi, non ex om
ni crimine ſententia facit,ſed ex eo, quod iudi
cii publici cauſam habuit. Ecce hic apertè ha-
betur ſentētiam infamem reddere, ubi fuit de
cauſa publici iudicii,ideſt de crimine publico,
atque ſic DD.ibi not.& Iul.Clar.lib.5. recept.
ſent.§.fin.q.72.& Viuius in ſua Sylua,opi.371.
Idem Clar.eod.§.1.uer. Priuata delicta,ibi.Et
ſcias. Et quoniam citat.l.non diſtinguit, an ci-
uiliter,criminaliterve agatur, ergo nec nos di-
ſtinguere debemus,& ſic infamis erit ſic cōdē
natus,tam ubi ciuiliter,quàm ubi criminaliter
eſt condemnatus,& ita Gloſſ.ibi, quam ſequi-
tur,ac tuetur Bart.ibi.num.4.& Abba.in c.cū
te.num.2.de re iud.& Glo ſ.magiſtra in c.infa-
mes.§.porro infamia.3.q.7.

Item locum habet non ſolum, ubi ordina-
ria uia actum eſt,ſcilicet per accuſationem,ue-
rum etiam & ubi per inquiſitionem,ita Bar.in
quit in cit.l.infamem.num.7.uerſi.Item quæ-
ro,utrum damnatus ex inquiſitione.& Viu.ea.
opinion.& Clar.ibid. ubi opinionem hanc cō-
muniter receptam ſentit. Et hoc ob eam ratio
nem,quoniam eſto ceſſet ſolemnis forma ac-
cuſationis,non tamen pœna ceſſat.

Excipitur tamen primo, ut infamis quis nō
fiat,etiam cōdemnatus ob publica delicta,ubi
actum eſt per inquiſitionem, aut contra abſen
tem,aut contra præſentem,ſed non ſeruatis ſer
uandis,ita Clar.& Viu.eiſdem in locis, qui de
communi ſententia teſtantur.

Secundo excipitur,ubi nondum eſt ſenten-
tia lata per iudicem;nam in citat.le.infamem.
dicitur ſentētiam infamem facere, ergo ſecus,
ubi ſententia non adeſt,& ita Gloſſ. in leg. ſed
ſi poſſeſſori.§.ſi cum de hæreditate . in uerb.
Probatum.ff.de iureiurand.nam furto proba-
to ait infamiam non irrogari,niſi ſententia ſe-
quatur, & eam Gloſſ. communiter receptam
eſſe teſtatur,ac ſequitur Viuius ead. opini.nu-
mero 2.Quare,uel confeſſus quis delictum ſit,
infamis tamen non erit, niſi ſententia ſequa-
tur,ita Bartol.inquit in citat.leg.infamem. nu
mero 10.uerſicu. Quæro utrum confeſſus de
crimine.

Tertio excipitur , ut infamis quis non fiat
uel interim ſaltem infamis non ſit,ubi ſenten-
tia lata eſt, ſed eſt appellatum; nam tunc ex-
tinguitur,uel ſaltem ſuſpenditur ſententia, &
interim infamis non eſt, ita ſenſit in priuatis
delictis Angel.in §.ex quibuſdam. numero 3.
in Inſtitut.de pœn.tem.litig. Id quod locum
habet uel appellationem deſeruerit,uel appel-
latio iniuſta ſit; nam infamis erit à die confir-
matę ſententiæ,non autem latæ.leg. furti.§.1.
ff.de iis,qui not.infam. Immo, ſi non appella-
uit,ſed intra tempus appellationis ſit, infamis
non erit, niſi poſt lapſum appellationis tem-
pus,ſed tunc à die ſententię, ita Angel. ibi-
dem.

Quarto excipitur,ubi per exceptionem pu-
blicum delictum opponeretur,quamuis ſi pro
betur,& ſententia definitiua feratur , contra-
rium,dicendum fortaſſe ſit,uide tamen Abba.
in c.cum dilectus.num.36.uerſi.Quoad tertiū.
de ordin.cogni.

Quinto excipitur, ubi per interlocutoriam
condemnatus eſt, ex quo enim ſententia infa-
mem facere dicitur in citat.leg.infamem,ergo
de definitiua accipi debet.argumen.le.quæri-
tur.ff.de ſtat.homin. atque ſic habetur in leg.
quid ergo.§.ex compromiſſo.ibi.Quantum ad
infamiam.ff.de iis,qui not.infam. & not.Ang.
in cit.§.ex quibuſdam.nume.3.uerſic. Et quod
dixi.in Inſtit.de pœn.tem. lit.

Poſtremo excipitur, ubi per arbitrum eſſet
ſententia lata;nam neque hic infamis quis ef-
ficitur,ex quo non per omnia ſententia eſt, &
ita dixit Iureconſ.in eodem §. ex compromiſ
ſo.

2 Atqui † iudicia publica, & delicta publica,
quænam ſunt ? Planè, quod ad rem noſtram
pertinet,ea dicuntur, per quæ quis damnatus
infamis fit,ita Barto.in l.1.nume.7.ff.de publ.
iud. Delicta uero, quæ infamem per condem-
nationem quem reddunt,ſunt ea,quæ puniun-
tur per has leges,ſcilicet per leg.Iuliam maie
ſtatis,per le.Iuliam.de adulter.per leg. Corne
liam.de ſic.& uenef.& per l. Pōpeiam.de pari-
cid.per le.Iuliam peculatus,per le.Corneliam.
de teſt.& aliis inſtrum.falſ.per le.Iuliam . de vi
publ.per leg.Iuliam.de vi priuat.per l.Iuliam.
de ambit.per leg.Iuliam repet.per le. Iuliam.
de annon.ut habetur de his omnibus in leg.1.
ff.de publ.iud.Qui ergo ex delictis condemna
bitur , quæ per has leges puniuntur , infa-
mes fiunt. Delicta etiam,quæ puniūtur per has
leges poſt condemnationē infamē reddunt,ſ.

per

per l. Iuliam. de ſacrileg.& reſid.ut dixit Bart. in ead.l. 1.opoſit. 1.per l. Flauiam. de plag. ut dixit Bart.in ea.l. 1.num.3.& habetur in §.eſt & inter publica iudicia in Inſtit.de publ.iudi. per l.Viſcelliam,quę punit libertum, qui tanquam ingenuus dignitatem aſſumit,ita Barto. ibid.num.4.uer.Quæro. Hæ igitur leges ſunt, quibus qui eſt condemnatus,fit infamis, eſto per ſtatutum pœna muteтur,uel coarctetur, vt aſſeruit Bart.in ead.l. 1.num.11.uerſi. Vlterius quæro.cum ſeq. Non tamen condemnatus pro nouo crimine à ſtatuto infamis erit,ut id declarauit Bart.ibid.num.15.uiden. Ex his igitur apparet, quomodo publica iudicia infamem quem reddant,ubi quis eſt condemnatus;iam de priuatis delictis, quando infamis quis per ea reddatur,uideamus.

S V M M A.

1 *Furti damnatus infamis fit iuris infamia.*
2 *Vi bonorum condemnatus itidem.*
3 *De iniuria etiam.*
4 *De dolo.*
5 *De crimine expilatę hæreditatis.*
6 *Actione ſepulcri violat.*
7 *De calumnia in iudicio publico itidem damnatus.*
8 *De pręuaricatione denique.*
9 *De crimine priuato damnatus irregulariter non fit infamis.*

§. IV.

§. Poſtremò loco explicandum nobis eſt, quinam infames fiant infamia iuris per ſententiam ob priuata delicta.

1 Primùm igitur† qui furti damnatus eſt,infamis fit.§.ex quibuſdam.in Inſtit. de pœn.tē. litig.& l.infamem.ff.de publ.iud.& l.athletas. §.fin.ff.de iis,qui not.infam.& le.ſi furti. C. ex quib.cau.infam.irroget.Hæc autem regula locum habet,uel furtum nec manifeſtũ ſit.l. furti.ff.de iis,qui not.infa. Item uel criminaliter, uel ciuiliter agatur,ut dixit Gloſſ.& ibi Barto. in cit.l.infamem.& Angel.in cit.§.ex quibuſdam.num.12.uerſi. Quia hic dicitur. Tertiò, uel per accuſationem, uel per inquiſitionem damnatus ſit.Quartò,ubi cùm domino,cui furtum fecit,pactus eſt, ne contra ſe ageret prætio dato.l. 1.§.qui furti.& l.furti.§.pactuſve.ff. de iis,qui not.infam.& ita ibi Gl.not. in uerb. Pretio. Vel in cõtractu pretii, furtique mentio facta non ſit.l.quoniam.ff. eo. Quamuis ſecus eſſet,ſi præcibus id impetraſſet, uel iuſſu iudicis quidpiam dediſſet, uel arbitrator id iuſſiſſet per cit.§.pactus,& per l. 1.eod.Quintò,eſto furtum non feciſſet, ſed tamen condemnatus eſſet;nam ſententia pro ueritate habetur, ex quo non appellauit,ita Gl.inquit in l.athletas. §.fin.& ibi Bart.ff.de iis,qui not.infam.Poſtremò,eſto confeſſus tantùm eſſet; nam habetur pro condemnato,& ita inquit Barto.in l.ictus fuſtium.num.3.cum ſeq.ff.eod.

Excipitur tamen primò,ubi damnatus eſſet à iudice non competenti,& ita Ang. in eod.§. n.4.Secundò excipitur,ubi ab arbitro dãnatus eſt.l.quid ergo.§.cum autem.ff.de iis,qui not. infam.& ibi Glo.& in cit.§.ex quibuſdam.ubi quoque Ang.num.6.Tertiò,ubi per arbitratorem.per cita.l.quid ergo.§.ex compromiſſo.in fine.& Ange.in cit.§.ex quibuſdam.n.6. Quartò,ubi per ſententiam interlocutoriam damnatus eſſet,ob cit.le.quid ergo.§.quantum. & ibi Bart.ac Bal.Quintò,ubi appellauit,nam pendẽte appellatione infamis nõ erit.l furti.ff.de iis, qui not.infam. Vnde,ſi ſententia appellationis iniuſta declaretur,non à die ſententię latę, ſed poſtquam appellatio iniuſta apparuerit, infamis erit,ut ibid.dicitur,& Bart.ibi ait. Sextò, vbi quis litigaret per alium,ob cita.l.furti.§. ſi quis alieno.& ibi not.Bart. Septimò,ubi quis alieno nomine litigat; tũc enim ſi alieno nomine condemnatus ſit, infamis non erit,ob cit.§. ſi quis alieno.Octauò,ubi quis iuraſſet ſe delictum non commiſiſſe, ubi iuſiurandum ei delatum eſt.cit.l.furti.§.iuſſu prætoris.ff.eo. Nonò,nec uniuerſitas condẽnata,ut tradidit Bar. in cit.§.ſi quis alieno nomine.num.3.uerſ.Extra quæro; nam ipſa non eſt in iudicio per ſe, ſed per procuratorem:vbi uerò quis per alium conuenitur in iudicio, uidimus infamem quẽ non fieri.Decimò,ubi quis dubitans,ne condẽnetur ex cauſa famoſa,ante litem conteſtatam ſoluit,ita inquit Bart.in l.ictus fuſtium. nu. 5. ff.de iis,qui not.infam. Poſtremò,ubi conditione furtiua actum eſt,ut inquit Glo.in l. 1.in uerb.Qui eũ.in fine.& ibi Bar.n.5.ff.eo. Ex his apparet, ubi ob furtũ quis fiat infamis,uel non.

2 Vt bonorum raptorum etiam cõdemnatus† infamis eſt,ut dicitur in cita.§.ex quibuſdã.in Inſti.de pœn.tem.lit.& in l. 1.uerſ.Qui furti.& in l.athletas.in fine.ff.de iis,qui not. infam.

3 De iniuria etiam condemnatus† infamis fit. cit.§.ex quibuſdam.& ut aſſeruit.Clar.li. 5.recept.ſent.§.iniuriam.uerſ.Item condemnatus actione iniuriarum.& Feli.in c.cùm te.de re iudi.Id quod locum habet uel de leui iniuria qs condẽnatus ſit,ut inquiunt allegat.DD.& Cla. qui de communi ſententia teſtatur.

4 De dolo condemnatus quoque† infamis eſt. cit.§.ex quibuſdam.& l. 1.§.qui furti.& l.athletas.in fine.ff.de iis,qui not.infam.Hinc appellatur actio hęc actio famoſa.in l. 1.§.ait prætor. & in l.non debet.ff.de dol.

5 De crimine expilatæ hęreditatis† etiam condemnatus infamia notatur.le.ſi ſe expilaſſe.C. ex quib.cauſ.infam.irrog.& ibi not.Gl.& Bal. & Gl.in c.infames.§.porro.in uerb.Infamia. 3. q. 7. Idque meritò;crimen enim expilatę hæreditatis eſt,ubi furtum commiſſum eſt in hæreditate nondum adita,uel poſt aditam,antequã res ab hærede poſſeſſæ ſint; quod igitur deſcendit ab actione infamoſa,meritò infamat.

6 Condemnatus etiam† ob ſepulcrum uiola-

tum infamatur.le.1.& ibi Gloſſ.fin.ff.de ſepulcr.uiolat.& Glo.in c.infames.§.porrò.in uerb. Infamia.ead.q.7.Sepulcri autem uiolati actio quando detur,habetur in eod. tit.

Mulier etiam,quæ mortuo marito aſſerens ſe prægnantem ex eo in poſſeſſionem uentris nomine ſe mittendam curat,infamis fit,ſi damnetur ea malitioſè id aſſeruiſſe,cum ſe pręgnantem ex marito non eſſe ſciret.leg.notatur. cum trib.ſeq.ff.de iis,qui not.infam.

7 Calumniator itidem†in iudicio publico, ſi calumniæ cauſa damnetur, infamia notatur.l. 1.uerſ.Qui in iudicio publico.& le. athletas.§. calumniator.ff.de iis,qui not.infam. Calumniari autem nil aliud eſt, quàm falſa crimina ſcienter intendere.§.calumniari. ff. ad ſenat. conſ.Turpill.

8 Pręuaricator denique†infamis fit,ut dicitur in ead.l.1.uerſic.qui in iudicio.& in cita. l. athletas.uerſic.Item præuaricator.ff. eod.modò cōdemnatus ſit ob præuaricationem in publico iudicio. Præuaricari autem eſt uera crimina abſcondere.l.1.ff.ad ſenat. conſ. turpill. & Præuaricator eſt is,qui aduerſam partem adiuuat prodita cauſa ſua;nam à uaria certatione dictum ait Labeo, quandoquidem ex utraque parte conſiſtit.cit.le.1.uerſ.Item pręuaricatio. De hoc igitur condemnatus fit quis infamis. Ex his exemplis igitur apparet in priuatis delictis,quando quis infamia notetur;

9 † nam pro regula in his habendum eſt condemnatum ob ipſa infamem quem non fieri.l.infamem.ff.de publ. iud. In numero infamium habentur etiam,qui ſolemnem pœnitentiam egerunt, de qua agitur in cap.in capite.diſtin.50. quæ tamen hodie uſitata non eſt; imponitur enim ob delictum,quod totam ciuitatem commouit. Ex his etiam apparet,& ex ſupradictis, quando quis infamia iuris notetur, uel ipſo facto, vel per ſententiam.Reſtat,ut uideamus,an infamia notatus quacunque irregularis fiat, & eſto fiat,quis cum eo diſpenſet,quæ in ſeq. explicabimus.

SVMMA.

1 *Infamia tam iuris, quàm facti irregularem quem reddit.*
2 *Diſpenſare cum irregulari ob infamiam iuris Romanus Pont.poteſt.*
3 *Diſpenſare Epiſcopus cum irregulari ob infamiam quando poſſit.*
4 *Laici principes diſpenſare quando poſſint.*
5 *Infamia facti,& irregularitas quomodo tollantur.*

§. V.

§ Pręmiſſis iam dictis de infamia, quæad rē noſtram pertinebant,reſtat, ut uideamus, an infamia irregularem quem reddat,& eſto irregularem reddat,quis in ipſa diſpenſet.

1 Quoad primum igitur†breuiter concludendum eſt infamiam tam iuris,quàm facti quem irregularem reddere.Id quod probatur primo per c.infames.6.q.1. poſtquam enim ibi infames fieri ex multis cauſis Summus Pontif. docuit,ſubiungit.Hi omnes nec ad ſacros gradus debent prouehi,& cæte. Ecce hic infames ad ſacros gradus promoueri non poſſe, ergo nec ad ordines, ſacri enim gradus ordines ſunt. Idem habetur in capitu.infamibus. de regul. iur.libro 6.Infamibus,dicitur enim ibi, portæ non pateant dignitatum. Si ergo patere non debent infamibus portæ dignitatum,ergo nec ad ordines,& ſic irregulares ſunt. Facit quoque capitu.cum te.de re iudic. nam ibi habetur Papam diſpenſare cum infame, quo in clericum aſſumatur, ergo infamis ad clerum habilis non eſt; non enim egeret diſpenſatione, ergo eſt irregularis. Hoc quoque dixit Abba. ibi,numero 10.uerſicu. Dubitatur tamen. & numero 17.Idem ſentit in capi.Hely. numero 19.de Simon.nam ibi,ait,infamiam iuris tollere executionem ordinum,ergo multo magis eorum ſuſceptionem.le.patre furioſo.ff.de iis, qui ſunt ſui,uel alien.iur.capitul.quemadmodum.de iureiurand.Idem ſenſit Gloſſ. in capitu.omnes.6.quæſtio.1.& Mar. Socin. Sen.in capitu.ad audientiam.numero 135. uerſicul. Item ſecundum Ioan.Andr.de homicid. Vel infamia iuris igitur ſit, uel facti, irregularem quem reddit:id quod inquiunt quoque Ioan. Tabien.in uerb.Infamia.quæſtio. 11. uerſicul. Et not.quod omnis infamia. & Syl.eod. quęſtio.3.uerſicu. Et quintò à promotione ordinum.iunct.quęſtio.10.& Angel. eodem numero 3.iunct.numero 8.& Nauar.in Man.capitu. 27.numero 204.Communis denique DD.ſententia hæc eſt.Idque iure meritò,nam,ſi, ut antea probauimus,ab ordinibus arceantur,ne ſcādalum tribuatur Chriſti fidelibus, qui deformitatem aliquam corporis patiuntur, etiam non ſua culpa,quanto magis, qui delictorum infamia laborant, quæ ſua culpa commiſſerunt? Sine dubitatione igitur irregulares hi omnes ſunt.Et de hoc primo ſatis.

2 Quoad alterum†ſcilicet quis cum infami diſpēſare poſſit:quoad infamiam iuris Solus Romanus Pon.diſpenſare poteſt, ut dixit Villad. quem refert,ac ſequitur Nauar.in Man.ca.27. n.204.& Gl.in c.cum Euphemiam.§.hinc colligitur.2.q.3.& Abb.in c.cùm te.nu.10.& Mādol.in loco infra citando.Quod uerum eſt ſimpliciter primo,ubi infamis quis eſt ob cōſtitutionē Eccleſiæ,cuiuſmodi eſt is,qui mulierē rapuit,& eorū fautores,ut habetur apud Trid.Synod.ſeſſ.24.de refor.c.6.nā uel in temporalib. Romano Pon.infamis ſubiectus hic nō ſit, Solus Summus Pon.cū ipſo diſpenſabit, non autem alii Principes uiri. Secundò ſimpliciter uerum hoc eſt, ob quācunque cauſam infamis quis factus eſt,ſi infamis ille,& quoad temporalia Romano Pont.ſubiectus ſit, ut aſſeruit Abba.eod.num.10.& DD.communiter no.in cit.c.cū te,ut teſtatur Mandoſ.eod. Titu.infra citan.

citan. verſ. Papa reſtituit. Tertiò ſimpliciter verum hoc eſt, vbi infamis clericus iam erat. Quartò, vbi etiam egeret laico alterius iuriſdictionis ad clericatum, cum hoc enim Summus Pont. diſpẽſare etiam poteſt, vt aſſeruit id Ab. eod. num. 10. cum ſeq. Excipio autem, vbi laicus infamis eſſet ob infamiam iuris non canonici, & non egeret eo Eccleſia, & ſubditus in tẽporalibus alteri eſſet; in hoc enim caſu cum eo diſpenſaret, vt de communi ſententia teſtatur Abb. eod. num. 10.

3 Epiſcopus tamen † etſi directò cum infami diſpenſare nequit, per obliquum tamen id poteſt, ſcilicet in delictis, in quibus diſpenſare valet; in quo enim crimine diſpenſare poteſt, diſpenſando in eo delicto infamiam tollit, ita dixit Gloſſ. in cit. c. euphemiam. §. hinc colligitur in verb. Infamiam. ibi. Vnde bene concedo, & in c. dominus. in verb. Atque ignominiã. d. 50. & Abb. in cit. c. cùm te. num. 15. ver. Ego verò tenui. & in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. nu. 15. de iud. & Nauar. eod. & Quint. Mandos. de ſignat. grat. in Titu. Abſolutiones, & rehabilitationes. verſ. Epiſcopus autem directo.

4 At quid de principibus laicis? † Planè cum infamib. de iure canonico diſpẽſare nequeũt, at cum infamibus de iure ciuili omnes poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis, qui ſuperiorem non recognoſcunt, vt inquit Abb. in eod. c. cũ te. num. 17. & diſpenſati ab his diſpenſatione alia non egent ad ordines ſuſcipiendos, vt dixit Abb. eod. num. 17. & Syl. in verb. Infamia. q. fin. Quare & irregularitas tolletur. Et de diſpenſatione quoad infamiam iuris hactenus.

5 Quoad infamiam autem facti † contrario facto tollitur recte viuendo; nam ſicut facto improbo orta eſt, cõtrario facto tolli poſſe debet. l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. & c. i. eo. Quare. ſi infidelis quid faciat, vnde infamis ob delictũ ſit, baptiſmo ſuſcepto infamia tolletur; omnes enim tunc benè exiſtimant de ipſo, ex quo nouam hanc vitam cœpit: idem ſi quis enormiter vixerit, ac deinceps pœnitentiam agat, & mores mutet; idque ſciatur; quamuis Epiſcopus in ea diſpenſare poſſit, vt dixit Nauar. eo. Sed de diſpenſatione hactenus. Verùm, an infamis in vno loco, & alibi infamis erit? Hoc in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Infamis in vno loco, an in omnibus infamis ſit.*

§. VI.

1 **S** † Poſtremo loco explicandum nobis propoſuimus; an infamis in vno loco vbique infamis ſit. In qua quæſtione ego pro certo pono, qui infamia iuris notatus eſt, ſine dubitatione vbique locorum infamem hunc eſſe. Tum quòd excommunicatus in vno loco vbique excommunicatus eſt, vt probaui in Tractatu de Cenſuris. cap. 13. §. 2. Tab. 1. & condẽnatum alicubi, & notorium excommunicatum & concubinarium poteſt dici ſine peccato, in loco etiam remotiſſimo ab eo, in quo eſt notorius talis, quod eſt excommunicatus, cõcubinarius vel condemnatus, vt inquit Nauar. in conſ. 43. q. 1. de tempor. ordin. li. 1. Tum quòd ſi contrarium diceremus, ius illuderetur; nam infamis hic alio iret ad ordines ſuſcipiendos, & ſic inutile quodammodo redderetur. Quare ob has rationes idem cenſeo de infamia facti, & de irregularitate, quæ ab ipſa oritur, & de quauis alia irregularitate.

Excipio tamen, vbi iniuria infamatus eſſet in aliquo loco, & ſe purgare non potuiſſet; eſto enim eo in loco ad ordines admitti non debeat & ſi contra faciat, puniri poſſit, vbi tamen infamia illa facti ceſſat, & non adeſt, ordines ſuſcipere, & celebrare poterit, ex quo apud Deũ & in foro conſcientiæ infamis non eſt, ita in ſimili reſpondit Nauar. in conſil. 43. num. 2. cũ ſeq. de tempor. ordin. lib. 1. Quare ſecundum hanc exceptionem opinio Maiol. accipienda eſt in Tractat. de Irregularit. lib. 3. cap. 23. nu. 18. qui ſimpliciter locutus eſt, & malè in hac re. ſi ſimpliciter intelligatur. Sed de hac tertia ſpecie irregularitatis hactenus, quam & ipſam a iure poſitiuo eſſe ex dictis conſtat, quod probandum in initio nobis propoſuimus, ad quartam ac poſtremam tranſeamus.

De Irregularitate, quæ oritur ob defectum rei, ideſt beneficij, aut patrimonij. Cap. LXI.

S V M M A.

1 *Ordinibus initiari non debet, qui non habet, vnde ſe ſuſtentet, & ſic irregularis quodammodo eſt, & quamobrem.*

2 *Ordinibus minoribus initiari volens, an neceſſariò habere debeat, vnde ſe ſuſtentet.*

3 *Regularis ſine patrimonio ad ordines ſacros qua ratione admittatur.*

4 *Diſpenſare quis poſſit cum eo, qui non habet, vnde ſe ſuſtentet, ut ordinibus ſacris initietur.*

5 *Epiſcopus qua ratione poſſit prouidere non habenti, vnde ſe ſuſtentet.*

6 *Patrimonium pro titulo aſſignato quantum eſſe debeat.*

7 *Pœna qua afficiatur is, qui ordines ſacros ei cõfert, qui non habet, vnde ſe ſuſtentet.*

QVARTA, & poſtrema ſpecies 1 irregularitatis eſt, quæ naſcitur ex defectu rei, ideſt ob id quod quis non habet, vnde ſe commodè ſuſtentet, de quo defectu hæc contemplãda ſunt. Primum an impediat, ne quis ad ordines admittatur. Secundò, eſto

eſto impediat, an quo ad omnes ordines. Tertiò quis in hoc caſu diſpenſet. Poſtremò, ſi abſque diſpenſatione contrafiat, aliqua pœna inuratur.

1 Quoad primum igitur † pro certo habendũ eſt defectum hunc rei prohibere, ne ad ordines quis admittatur, vbi ſcilicet non habet, vnde, vt decet & pro ordinis dignitate, ſe ſuſtẽtare poſſit; nam primo id iure antiquo vetitum eſt, ne quis ordinibus ſacris admittatur ſine titulo Eccleſiaſtico, uel ſine patrimonio, vnde clericus ſe ſuſtentare valeat, vt habetur in c. 1. & c. fin. d. 70. & c. Epiſcopus. & c. de multa. ver. Licet. & c. tuis. vbi Abb. de præb. Si ergo prohibetur ſic rebus ſpoliatum ad ordines admitti: ergo defectum huiuſmodi patiens irregularis eſt; hoc enim irregularitatis proprium eſt arcere quẽ ab ordinum ſuſceptione, vt anta ſępiſſimè vidimus. Poſtremò id probatur etiam iure nouiſſimo per Trid. Synod. ſeſſ. 21. de reform. cap. 2. vbi etiam ſtatuit S. Synod. ne quis deinceps clericus ſecularis, quamuis alias idoneus ſit, ad ſacros ordines promoueatur, niſi prius legitimè conſtet eum beneficium eccl. quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat, pacificè poſſidere; patrimonium verò, ſeu penſionem obtinentes, quæ ad eorum vitam ſuſtentandam ſatis ſint. Imò mandat eadem S. Synod. ne ordinẽtur, niſi Epiſcopus iudicauerit aſſumendos pro neceſſitate vel commoditate Eccleſiarum ſuarum. Ecce hinc quoque prohiberi, ne ad ſacros ordines prædicti admittantur. Irregulares igitur hos eſſe & hinc conuincitur.

Summa ratione autem ab Eccleſia id cautũ eſt, nam, ſi pauperes, & qui non habent, vnde ſe honeſtè ſuſtenteut, ordinibus initientur, continget eos ſæpius alterum de duobus facere, aut cum ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere: quæ duo ab ijs qui diuino miſterio adſcripti ſunt, aliena eſſe debent, vt ſenſit S. Synod. ibid. & in c. Diaconi. 5. verſ. Mendicat infelix. d. 93. & tot. tit. ne cler. vel mona. & in re noſtra Pius Quintus in Bulla incip. Romanus Pont. lata 1568. Prid. Idus Octob. Pontificatus ſui Anno Tertio. Meritò igitur cautum eſt, ne defectum huiuſmodi patientes ordinibus initientur.

2 Excipiuntur tamen primò, † qui minoribus ordinibus initiari volunt; hi enim admitti poſſunt, eſto non habeant, vnde ſe ſuſtentent; nam tam ius vetus, quàm ius nouiſſimum, vt in allegat. iuribus habetur, vetant ſolùm, ne defectũ hunc patientes ordinibus ſacris initientur: de minoribus autem ordinibus nullam mentionẽ faciunt, ergo nec nos. arg. l. de prætio. ff. de pub. in rem act. Idq. iure merito, etenim minoribus ordinibus initiati ad laicorum vitam tranſire poſſunt, & idcirco eos non dedecet vel mendicare, vel ſordidum quæſtum exercere, ex quo nõ coguntur habitum clericalem gerere: at, qui ordini ſacro initiatus eſt, ad laicorum vitam tranſire nequit, ex quo votũ ſolemne caſtitatis emiſit. c. vnic. de vot. & uot. redempt. lib. 6. & habitu clericorum vti debet.

3 Secundo excipitur, † vbi quis clericus regularis eſt; nam S. Synod. de clerico ſeculari tantum loquitur, ergo ſecus quoad clericum regularem: id quod nõ ab re factum eſt. Tum quòd ex quo regulares ſunt, & in aliquam religionẽ adſcripti, non eſt verendum, vt ei quicquam deſit, & idcirco non cogentur quæſtum ſordidum exercere. Tum quòd, eſto cõtingat eos mendicare, id non erit cum dedecore ordinis, immò potius cum decore, ex quo quæuis religio ab Eccleſia approbata tria vota continet, ſcilicet votum paupertatis, obediẽtiæ, & caſtitatis. c. cùm ad monaſterium. de ſtat. monach. Hoc tamen verum eſt hodie poſt profeſſionem, ante ipſam enim nec ipſi poſſunt, vt cauit Pius V. 1568. Prid. id. Octobr. Pontificatus ſui anno 3. in cit. Bulla, per quam extendit diſpoſitionem Trid. Synod. ad religioſos etiam, & contrafacientes ordinum executione priuat, & miniſtrantes irregulares reddit, & priuat omnibus priuilegijs Eccleſ. Ex his duæ quæſtiones propoſitæ ſolutæ ſunt.

4 Quoad tertiam, † ſcilicet quis cum hoc diſpẽſare poſſit, & pro certo habendum eſt Romanũ Pont. tantùm diſpenſare poſſe; nam. S. Synod. eod. cap. 2. ſtatuit, ne talis ad ſacros ordines promoueatur; at ſupra concilium Romanus Pont. tantum eſt, ut probauimus in Tractatu De Bulla Cenæ Domini; ab ipſo enim indicitur, & confirmatur, ergo ipſe tantum diſpenſare valet, nõ autem inferiores Eccleſiæ antiſtites; nam ipſi ſubiecti ſunt ſicut alijs canonibus. c. 1. & c. fin. de conſtit. Poſtremò S. Synod. innouat pœnas canonum antiquorum in eos qui contrafaciũt; at inter alias pœnas ea puniuntur Epiſcopi, qui ad ordines hos admiſerint, vt videbimus, quo ſuſtẽtare de ſuo ipſos debẽt, quouſque habeãt, vnde ſe ſuſtentent, vt in cit. c. Epiſcopus, & in c. cùm ſecundum Apoſtolum, de præben. Ex quo igitur Epiſcopi puniuntur, qui ordines ſacros his conferunt, iure diſpenſare nequeunt; non enim punirentur. arg. l. Gracchus. C. de adul. & c. qui peccat. 23. q. 4.

5 † Poterit tamen Epiſcopus remouere impedimentum vel de ſuo patrimonio ei dando, quod & cuique laico licet, & hodie etiam aliquando contingit, vt quis tantum præbeat huiuſmodi clerico, vnde ſe ſuſtẽtare commodè poſſit, & ſic deinceps ab Epiſcopo ad titulum eius patrimonij ordini ſacro initiatur. Vel poteſt Epiſcopus beneficium ei cõferre, quod ad victum eius ſat ſit. Patrimonium

6 autem † quantum eſſe debeat, vel penſio, ac beneficium ex S. Synod. eod. cap. 2. habetur, nam tantum eſſe debet, quod ad victum honeſtè ſufficiat. Et quoniam quantitatem certam non præſcribit, Epiſcopus id arbitrabitur, vt dixit Thom. Zerol. in Prax. Epiſcopali in verb. Dimiſſione. verſ. Quartum dubium. & facit l. 1. ff. de iur. delib. & c. de cauſis. de off. deleg. De hoc autem patrimonio pro titulo aſſignato, quæ,

quæ præcipua habeat, habentur in cit.c.2.apud Trid.Synod.& Abb.de ipſo egit in cit.ca. tuis de præben.& in alijs iuribus ſupra allegat. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

7 Quoad poſtremam † ſcilicet qua pœna affi ciatur, ſi contrafiat, qui ordines ſuſcipit, executionem olim non conſequebatur, vt habetur in c.1.& fin.d.70.Hæc tamen pæna fuit mutata in ipſum ordinatorem, vt ſcilicet puniretur ipſe in hoc, quod eum ſuſtentaret, donec cõſequeretur, quoad eius victum ſat eſſet, vt habetur in cit.c.de multa.ver. Licet.& in alleg.iur. Hodie vero S.Synod.antiquorum canonum pœnas ſuper his innouat in eod.c.2.An autem innouet pœnam ordinati, vt ſcilicet executionem non habeat, Nauar.tenet in conſ.14. de temp. ordin.lib.1.& conſ.45.ſi in dolo eſt ipſe ordinatus eam pœnam locum habere: ſi verò culpa ipſius ordinatoris, ipſum tantum puniri, vt ad eũ ſuſtentandum obligetur. Addit.tamen ad conſi.1.q.16.lib.1.de conſtit.inquit, ſacram cõgregationem cenſuiſſe innouatam tantùm pęnam. c.cum ſecundum.de præben.& ſic pœnam tantùm, quæ reſpectum habet ad ordinatorem, vt ſcilicet obligatus ſit ad eum ſuſtentandum, quòd verùm cenſeo vbi ſua culpa contigit: ſecus ſi fraude ductus ipſius ordinati; tunc enim non obligabitur ad eum ſuſtentandum, & in hoc locum habebit opinio Nauar. Quare irregularis propriè hic non eſt. Sed de hac irregularitate, quæcunque ſit, hactenus.

Ex his omnibus manifeſto iam conſtat irregularitatis ſpecies quatuor tantùm eſſe, habito reſpectu ad defectus animi, corporis, famæ, ac rei. Conſtat etiam ex his omnem irregularitatem à iure poſitiuo pontificio proficiſci, quod & probandum nobis propoſuimus: modò qua ratione irregularitas tollatur agamus: id quod in ſeq. præſtabimus.

De eo, qui in Irregularitate diſpenſare poteſt. Cap. LXII.

SVMMA.

1 *Diſpenſatio quid ſit.*
2 *Diſpenſatio ad iurisdictionem pertinet.*
3 *Diſpenſatio in quibus irregularitatibus requiratur.*
4 *Diſpenſationem petens ſuper irregularitate, quę naſcitur ex delicto, an ſpeciem ſpecialiſſimam delicti exprimere debeat.*
5 *Diſpenſationẽ petere pro aliquo irregulari an quis poſſit ſine mandato.*
6 *Diſpenſationis gratiam obtinens, an morte concedentis extinguatur.*
7 *Diſpenſare quis poſſit cum irregulari virtute iubilei, quo conceditur poteſtas abſoluendi a cenſuris, & alijs pœnis.*
8 *Diſpenſationis forma qua ratione concipiatur.*
9 *Diſpenſatio in irregularitate quid operetur.*

QVO iure irregularitates inurantur, vidimus; modò qua ratione tollãtur, videamus, & quoniam contingit duobus modis ipſas tolli, ſcilicet ab homine, & a iure: Et ab homine aut à publica perſona, aut à priuata; ideo prius qua ratione à publica perſona tollatur, contemplemur. Et quoniã per diſpenſationem tolluntur, ob eam rem, de ipſa diſpenſatione hæc præmittemus. Primùm diſpenſatio quid ſit. Deinde, an ad iuriſdictionem pertineat. Tertiò, in quibus irregularitatibus requiratur. Quartò, an diſpenſationem petens ſuper irregularitate orta ex delicto, ſpeciẽ ſpecialiſſimam delicti exprimere debeat. Quinto, an ſine mandato diſpenſationem pro aliquo irregulari petere quis poſſit. Sexto diſpenſationis gratiam ſi quis obtineat, id eſt, vt poſſit epiſcopus ſecum diſpẽſare, an extinguatur gratia, mortuo Romano Pont. Septimò, an virtute Iubilei diſpenſare quis poſſit cum irregulari, quo conceditur poteſtas abſoluendi à cenſuris, & alijs pœnis. Octauo diſpenſatio qua forma concipiatur. Poſtremò diſpenſatio quid operetur.

1 Quoad primum igitur † Diſpenſatio nil aliud eſt, quam communis iuris relaxatio facta cum cauſæ cognitione ab eo, qui habet ius diſpenſãdi. ita dixit Gloſſ.in c.requiſitis.§. niſi rigor.1. q.7.quam refert, ac ſequitur Mandoſ. in Tractatu de ſignat.grat.in tit. Diſpenſationes. & ego in Tractatu de Simon.id probaui Tab. 1. cap.52.num.1.

2 Quoad ſecundum † Diſpenſare ad eos pertinet, qui iuriſdictionem habent; nam, exquo diſpẽſatio communis iuris relaxatio eſt, vt DD. communiter concludũt, ſicut iuriſdictionis eſt ius conſtituere, ita & illud relaxare iuriſdictionis eſt, vt probaui eod.cap.num. 2.

3 Quoad tertium † diſpenſatio in irregularitatibus ijs requiritur, & in ijs datur, quæ remanẽt etiam poſt diſpenſationem, & idcirco, vbi adhuc cauſæ ipſarum adſunt. Cuiuſmodi eſt ea irregularitas, quæ oritur ex homicidio, aut membri mutilatione; non enim tolli cauſa eius irregularitatis poteſt, exquo id, quod factum eſt, infectum reddi neqt.l.in bello §.infectę.ff.de capt.& poſtlim.reuerſ. Item ea, quæ naſcirur a vitijs animi, quam contrahunt baptizati ab hæreticis, vel qui ſæpius baptiſmum, eundemvè ordinem ſuſceperunt, vel adminiſtrarunt. Tertiò, & ea, quam contrahunt hæretici, Schiſmatici, & Apoſtatæ, & filij hæreticorum, ac nepotes. Quartò, & ea, quam contrahũt, qui functiones ordinis eius exercent, quem non habent, vel per ſaltum, aut furtivè, aut vno die ordines plures ſacros, vel minores cũ vno maiori ſuſceperunt, vel ab eo epiſcopo, qui renunciauit epiſcopatui, & dignitati, vel à cenſura irretito, vel à ſimoniaco, vel depoſito, vel degradato; vel celebrarũt ex officio, ac ſolemniter diuina officia, cum

cùm eſſent cenſura irretiti;vel cenſura irretiti ordines ſuſceperunt ; vel notorium delictum commiſſerunt. Hæ igitur ſunt irregularitates animi,in quibus diſpenſatio locum habet.

In irregularitatibus etiam , quæ à corporis vitio ſunt,diſpenſatio locum ſibi vindicat, vt quæ amoueri nequeant,ex quo ipſarum cauſæ perpetuæ ſunt. Diſpenſatio igitur fiet in irregularitate,quæ oritur ex bigamia. Item in irregularitate,quæ contrahitur ob id, quod quis mébro caret,debileve habet,vnde functiones Eccleſiaſticas obire quis non poteſt;vel ſi habet, ob deformitatem tamen ſcādalum præbet. Itē in irregularitate , quę contrahitur ex morbis perpetuis. Item in irregularitate,quę contrahitur ob id,quod quis illegitimè natus eſt. Ad sūmā diſpenſatio propriè locum habet,& neceſſario requiritur,vbi etiam poſt diſpenſationem irregularitatis cauſa manet,vel cauſa ipſa remoueri poſſit , vt ſeruitus,vel non poſſit, vt membri mutilatio,vel deformitas. Idque merito,ſi enim poſſet tolli irregularitas , ſeu cauſa proxima irregularitatis,quo caſu & ipſa irregularitas tolleretur,diſpenſatio neceſſaria non eſſet;non enim relaxare ius opporteret, quod diſpenſatio facit,ex quo irregularitas non eſſet, & de iure communi ad ordines, ordinumque functiones habilis quis eſſet.

4 Quoad quartum † an, qui diſpenſationem petit ſuper irregularitate,quæ naſcitur ex delicto,ſpeciem ſpecialiſſimam delicti exprimere debeat, pro certo habendum eſt ſpeciatim irregularitatis cauſam explicandam eſſe. Quare , qui presbytericidium commiſit,non ſat eſt diſpenſationem petere ob homicidium,ſed requiritur,vt exprimat ſe præsbyterum occidiſſe ; nam grauior pœna imponitur pro hoc, quā ꝓ ſimplici homicidio,& nō ſic facilè diſpenſatio in hoc,ſicut in ſimplici homicidio conceditur. Cū igitur id lateat Summū Pont.nō pōt pœnā debitam imponere. Debet igitur exprimi cauſa proxima irregularitatis, alioquin diſpenſatio conceſſa non valet,atque ſic dixit Nauar.in conſ.28.de reſcript.lib.1. Qui itidem petit diſpēſationem ob id,quod cùm illegitimus eſſet, diſpenſatione non habita,ordines ſuſcepit,dicere debet ſe ordines ſuſcepiſſe,non obſtante defectu natalium,vt tradit Rebuff.in Tit. de diſpenſat.ſuper defect.natal.nu.14.

5 Quoad quintum † an ſine mandato diſpenſationem cuipiam impetrare quis poſſit: videbatur dicendum id non licere;nam ſine mandato regulariter ad agendum nemo admittitur. Atqui cōtrarium ſequi debemus,poſſe quē pro alio diſpenſationem impetrare;nam ſic dixit Bal.in l.1.C.de præc.imper.offerē.ibi enim ait,litteras ad reſtituendum aliquem ad famā poſſe impetrari ſine mandato. Et hoc ob hanc rationem,quoniam,vbi impetratio non tendit ad alterius prẹiudicium,non ſufficit à quo fiat, modo concedatur.per l.vniuerſis.C.eod.atque ſic inquit quoque Felin.in c.non nulli.§.ſunt & alij.num.40.verſ.Fallit ſextò regula.de reſcrip. Hinc impetrare quis poteſt literas ad beneficium ſine mandato pro alio,vt dixit Gloſſ. in eod.§.ſunt & alij.& ſequitur ibi Felin.num.25. verſ.Fallit primò.ergo idem & in caſu noſtro, atque ſic dixit Naua.in conſ.4.de reſcrip.Nec obſtat; quod dictum eſt neminem admitti ad agendum ſine mandato;illud enim locum habet,vbi in præiudicium alterius quis agit , vt dixit Bald.in cit.l.1.& facit cit.§.ſunt & alij . Et de hac quæſtione itidem ſatis.

6 Quoad ſextum † ſi concedatur cuipiam gratia,vt Epiſcopus poſſit ſecum diſpenſare , an mortuo,qui gratiam conceſſit,gratia extinguatur,ſic diſtinguendum eſt. Aut Summus Pont. concedit gratiam alicui,vt poſſit diſpenſare cū aliquo, & in hoc caſu non extinguitur morte. arg.c.ſi ſuper gratia.de off. deleg. lib.6. Aut mandatum accipit ſeu commiſſionem,vt cum aliquo diſpenſet;& tunc morte concedentis extinguitur;nam morte mandantis extinguitur mandatum.l.mandatum. C.mand.& ita Nau. in Man.cap.27.num. 253.verſ.Nonò.

7 Quoad ſeptimum † an,vbi in Iubileis cuilibet ſacerdoti conceditur poteſtas abſoluendi à cenſuris,& alijs pœnis,intelligatur conceſſa poteſtas diſpenſandi etiam in irregularitate. Breuiter concludendum eſt,poteſtatem conceſſam non intelligi. Tum quòd cenſuræ nomine, irregularitas nō intelligitur.ar.c. quærēti.de verb. ſig. Tū quòd nec illis verbis: Alijs pœnis: irregularitas compræhenditur,ſed eæ tantum pœnæ, quæ impedirent,quominus quis indulgentiam percipere poſſet:id quod irregularitas non facit,atque ſic in re noſtra dixit Nauar. in Man. cap.27.num.191.verſ.Quartò,& Maiol. de irregular.lib.5.cap.51.num.7. Et de hac itidem quæſtione ſatis.

8 Quoad octauum † quibus verbis diſpenſationis forma concipiatur,ſic cōcipi poteſt. Ego diſpenſo tecum in tali irregularitate,quam cōtraxiſti ob hanc,vel illam cauſam,vel Si contraxiſti,vbi dubitatur,an cōtraxeris, ita dixit Syl. in verb. Irregularitas.q.vltim.verſ.Tertiò. Ego autem quibus verbis concipiatur nihil intereſſe ſentio,modò appareat diſpenſantem tollere impedimentum irregularitatis,in qua diſpenſationem tribuit. Quare dici poterit vel diſpenſo tecum,vt ſupra dictum eſt,vel habilē te reddo ad ordines, eorumque functiones,non obſtante tali impedimento,& cęt.

Verùm,quid ſi is,qui facultatem diſpenſandi ab omni irregularitate habet, ſpeciatim in aliqua irregularitate cum aliquo diſpenſet, ac generatim deinceps in omnibus alijs, quibus conſtrictus tenebatur,an liber erit ab irregularitatibus vniuerſis , etiamque ijs,quas tunc in memoria non habebat? Communiter concluditur, vbi,qui diſpenſat,diſpenſandi in omnibus irregularitatibus facultatem habet, in omnibus diſpenſaſſe,vbi hoc animo diſpenſauit ; & idcirco,ſi in eius memoriam,quocum diſpenſa

tum

tum eſt, irregularitas aliqua, deinceps veniat, diſpenſatione vlla non egere, ita inquiunt Naua. in Man.cap.26.num.13.verſ. Eſt autem valde notandum.ibi; Immò & ſecum in irregularitatibus. & Maiol.lib.5.de irregular.ca.51.nu.13. verſ. Inſuper ſi prælati.ibi; Quibus caſibus. idē aſſeruit Couar. de abſolutione excommunicationis.in c.alma.p.1.§.11.num.13.ver. Quinta concluſio. & ego id pluribus egi in Tractatu de Cenſuris. Tab.1.cap.29.§.3.num.7. ergo idem in caſu noſtro. Sicut enim abſolutio excommunicationis ad forum exterius pertinet, ita & diſpenſatio, vt antea probauimus. Quare bonum eſt, vbi quis diſpenſationem alicuius irregularitatis ab aliquo accipit, ſi in omnibus diſpenſandi facultatem habet, curare, vt in omnibus ſecum diſpenſet; non enim deinceps ſi aliqua irregularitas in memoriam veniat, eius diſpenſatione egebit. An autem in omnibus diſpenſatū ſit, & ex ſententia diſpenſantis, & ex verbis diſpenſationem petentis, & ex veriſimili id iudicabitur, vt in ſimili tradidit Couar. eod. Et de quæſtione hac ſatis.

9 Quoad poſtremam quæſtionem, † quid diſpēſatio operetur, vt rem paucis expediam, operatur, vt effectus ipſius non obſit, quominus quis ad ordines admittatur, & admiſſus ne impediatur, quominus ordinum functiones exerceat. arg.c.continebatur, & c.ad audientiam.de homicid.cum ſimil. His præmiſſis, iam, quæ publica illa perſona ſit, quæ in irregularitate diſpenſare poſſit, videamus: id quod in ſeq. præſtabimus.

SVMMA.

1 *Romanus Pont.in omni irregularitate diſpenſare poteſt.*
2 *Romanus Pont.an diſpenſare poſſit cum eo, qui functiones Eccleſiaſticas obire nequit.*

§. I.

Etſi in ſingulis irregularitatibus quiſnā diſpenſare poſſit, ſupra ſuis locis poſuimus, breuiter tamen nōnullis additis, idē quoque hic ponemus. Et quoniam diſpēſatio, vt ſupra dixi, quæ ab homine fit, aut à publica, perſona, ut à priuata fit, & publica perſona, quod ad rem noſtram pertinet, eſt aut Romanus Pont. aut eo inferior, vt Epiſcopus, ob eam rem prius de primo, deinceps de alio agamus.

1 Quoad primum igitur † pro certo habendū eſt, Romanum Pont. in omni irregularitate diſpēſare poſſe. Et hoc ob eam potiſſimum rationem, quam alibi ſupra reddidimus, quod irregularitas omnis à iure poſitiuo eſt. ca.is, qui. & ibi communiter not. de ſent.excomm.lib.6. at iuri poſitiuo ipſe præeſt. c. propoſuit. de cōceſ. præben. ergo in omni irregularitate diſpenſare poteſt, atque ſic inquit Syl. in uerb. irregularitas.q.28.verſ. Tertiò. & Angel.eo.2.in fine. qui ambo de communi ſententia teſtantur, & Inn.in c.niſi.num.8.de renunc.

2 Verum † an diſpenſare poſſit cum eo, qui ea irregularitate affectus eſt, vnde functiones Eccleſiaſticas obire nequit? Quæſtio hæc diſputari tribus modis pōt. Primò, an poſſit diſpēſare vt hic ordinibus initietur. Secundo, an poſſit diſpēſare cū eo, qui functiones aliquas ordinū obire poteſt, ſed non omnes, vt ad ordines nihilominus hic admittatur. Poſtremò, an diſpenſare cum eo poſſit, qui nullas omnino functiones obire valet. Quoad primum id poſſe eum cenſeo; ex quo enim irregularis hic habilis eſt, permittere poterit Summus Pont. vt ſic affectus nihilominus ordinibus initietur, & non peccet. Quoad ſecundum idem etiam concludo, & pro certo habeo; nam & poſteaquam ordinibus quis initiatus eſt, ſi irregularis fiat, ita vt functiones omnes eccl. obire nequeat, permittit tamen vt eas exerceat, quas poteſt, vt habetur in c.2.de cle.ægrot.vel debilit. & ibi not. Quoad tertium pro certo itidem habeo diſpenſari non poſſe cum eo, qui nullas functiones Eccleſiaſticas habeat, vt ipſas tunc obire poſſit; quandoquidem naturale impedimentum tolli nō poteſt. Non igitur muto permittere poteſt cum effectu, ut functiones Eccl. obeat; inutilis enim eſt ea permiſſio. Alias igitur in omnibus Summus Pont. diſpenſare poteſt cum effectu.

Immò, vbi Summus Pont. ſcit quem irregularem eſſe, ſi ei ordinem confert, cum eo tacitò videtur diſpenſare, vt DD. communiter concludunt, & probauimus ſupra cap.44.§.2. nu.2. nam & ſic tacitò à cenſuris abſoluit, vt tradunt DD. in clem.fin.de ſent.excom. Atqui de Romano Pont. hactenus; iam de Epiſcopis agamus.

SVMMA.

1 *Epiſcopus diſpenſare poteſt in irregularitatibus ex delicto occulto venientibus.*
2 *Epiſcopus diſpenſare non poteſt in irregularitate, quę ex delicto non occulto eſt. Item*
3 *Nec in ea, quę ad forum contentioſum delata eſt, ſeu cuius delictum ad forum contentioſum delatū eſt. Item*
4 *Nec in ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, quā uis occulto. Item*
5 *Nec in ea, quę non ex delicto naſcitur.*
6 *Epiſcopus in irregularitatibus plurimis diſpenſare poteſt, quę recenſentur.*
7 *Epiſcopi arbitrantur, an patiens defectum aliquem ad ordines admittendus ſit nec ne.*
8 *Legati à latere non poſſunt diſpenſare niſi in irregularitatibus, in quibus Epiſcopi, communi iure diſpenſare poſſunt.*
9 *Epiſcopi an tacitò diſpenſare poſſint.*
10 *Epiſcopus permittens, illegitime ordinatum functiones ordinum exercere, an videatur diſpenſare.*

Epiſcopi

§. II.

1 S. † Epiſcopi vero diſpenſare poſſunt in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto proficiſcentibus; nam ſic Trid. Synod. ſtatuit ſeſſ. 24. de reform. cap. 6. Liceat Epiſcopis in irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum, diſpenſare. Hæc ibi S. Synod. ex quibus propoſita concluſio habetur. Quare, ſi cenſura irretitus diuina faciat, quamobrem irregularis fit c. 1. de re iud. lib. 6. & c. 1. de ſent. excom. eod. lib. modò occultum ſit ipſum ſic affectum celebraſſe, cum hoc diſpenſare Epiſcopus poterit; eſto enim publicè diuina celebret, ex quo tamen cenſura irretitus eſſe ignoratur, ex delicto occulto ea irregularitas naſcitur.

2 Excipitur † tamen primo irregularitas, quę ex delicto non occulto eſt; in hoc enim diſpenſare Epiſcopus non poteſt. Idque meritò, nam S. Synod. ſolùm concedit Epiſcopis, vt diſpenſent in irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, ergo ſecus in irregularitatibus, quæ ex delicto non occulto proueniũt; exceptio enim regulam contrariam eſſe ſignificat. c. nonne. de pręſump. & l. cum prætor. ff. de iud. Cum eo igitur, qui denunciatus eſt, cenſura eccleſiaſtica irretitus, vel notorium eſt eum eſſe talẽ, diſpenſare Epiſcopus non poterit, ſi diuina hic fecerit ex officio, non etiam cum irregulari ob infamiam, qui celebrauit, ex quo id non poteſt eſſe niſi notorium.

3 Secundo † excipitur, vbi eſt nata ex delicto, quod ad forum contentioſum delatum eſt; nã & hunc caſum S. Synod. excipit ibi: verſ. Et exceptis alijs deductis ad forum contentioſum.

4 Tertiò excipitur ea † quæ oritur ex homicidio voluntario, quamuis ſit occultum, ita Trid. Syno. ibid. poſteaquam enim conceſſit Epiſcopis, vt in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto prouenientibus, diſpenſare poſſint, excepit eam, quæ oritur ex homicidio voluntario ab ipſa regula; ergo de occulto homicidio accipi debet; nam exceptio debet eſſe de regula iuribus vulgaribus. Non ſolùm igitur Epiſcopi cum homicida voluntario manifeſto non diſpenſabunt, verùm etiam nec cum occulto.

5 Quartò excipitur † irregularitas, quæ non ex delicto naſcitur: in ea enim diſpenſare Epiſcopi non poterunt; nam per cit. c. 6. Trid. Syn. permittit ſolùm ipſis, vt cum irregularitate orta ex delicto occulto diſpenſent, ergo ſecus quoad alias, & ita quoq. Nau. ait in cõſ. 39. de homicid. Quare Epiſcopus diſpenſare non poterit cum illiterato, nec cum Neophito, nec cũ illegitimè nato, nec cum eo, qui ætatem idoneã ad ordines non habet, nec cum iudice, qui homicidiũ iuſtum faciendum curauit, nec cũ eo, qui ad id opem tulit, nec cum eo, qui quempiã interfecit, aut in bello iuſto, aut quò alium tueretur, cum aliter ſe ipſum tueri non poſſet, nam prædictorum omnium irregularitates non naſcuntur ex delicto, quo caſu Epiſcopus aliquando diſpenſare poteſt, vt vidimus; atque ſic reſpondit hac de re conſultus Nauar. in conſ. 39. de homicid. nam dixit Epiſcopum non poſſe diſpenſare ſuper irregularitatem contractam ex homicidio iuſto, voluntarievè facto in bello iuſto cum armis, vel in pace condemnando iuſte aliquem ad mortem, vel condemnationem iuſtam exequendo, uel defendẽdo proximũ, uel quouis alio iuſto modo: idem quoque aſſeruit Addit. ad Diaz. in Pract. crim. canon. c. 14. verſ. Notabis tamen vtiliter; nam ait cũ illegitimo Epiſcopũ diſpẽſare non poſſe, ea licentia data à Trid. Synod. ſicut nec etiam cum bigamo, vt dixit Nauar. eod. conſ.

Nec facit, ſi dicatur, ex quo S. Synod. permittit Epiſcopis diſpenſationem in irregularitate quæ eſt à delicto, ergo multo magis in irregularitate, quæ à delicto non eſt; Nam primo id S. Synod. non dicit, ergo nec nos id dicere debemus. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Deinde, quoniam ſi id voluiſſet, id dixiſſet. arg. l. habeo. ff. de ſuppelec. leg. Tertiò, quia ſumus in correctoriis, ex quo diſpẽſatio nil aliud eſt, vt ſupra diximus, quam communis iuris relaxatio; at in correctorijs non eſt licita extenſio etiam ſi maior ratio ſit in caſu omiſſo, vt habetur in auth. quas actiones. & ibi DD. communiter not. vt teſtatur Iaſ. num. 21. verſ. Sit ergo prima regula. C. de Sacroſan. Eccl. ergo diſpoſitio S. Synodi ad alias irregularitates, quæ ex delicto non ſunt, trahi non debet, ſed de hac prima regula ſatis.

6 Secundò † in his caſibus Epiſcopi diſpenſare poſſunt in irregularitate. Primũ cum homicida caſuali. Secundò cum eo, qui functiones eius ordinis exercuit, quem non habebat, vt in ſuſceptis poſſit adminiſtrare, vt ſupra poſuimus cap. 40. in fine. Tertiò cum eo, qui per ſaltum promotus eſt, ſi non celebrauit, vt probauimus cap. 38. in fine. Quarto cum eo, qui ordines furtiue ſuſcepit, modo per excommunicationem prohibitus non fuiſſet, ne ordines ſuſciperet: itẽ vbi in aliquo monaſterio habitum ſuſcepit, vt ſupra cap. 39. Quintò cum eo, qui ordines ſuſcepit ab Epiſcopo, quem ignorabat notoriè cenſura irretitum eſſe, vel denunciatum, vt ſupra cap. 40. Sicut etiam cum eo, qui aliquando ordinem à ſimoniaco accepit eod. cap. & vel à depoſito, vel degradato per ignorantiam. Sexto cum eo, qui cenſura irretitus celebrauit, vt ſupra cap. 41. Septimò aliquando cum bigamo, vt in cap. 56. Octauò cum illegitimè nato ad minores ordines, & ad ſimplex beneficium, vt ſupra cap. 44. Nonò cum infami, per obliquum tamen, ſcilicet diſpenſando in delictis, in quibus poteſt, vt ſupra cap. 60. Hæ ſunt igitur irregularitates, in quibus Epiſcopi diſpenſare poſſunt.

7 Tertiò † in primis Epiſcopi arbitrabuntur, vbi aliquis partem aliquam membri mutilatã habet, vel debilitatum aliquod membrum, vel

defor

deformitatem aliquam, vel morbum, an periculum ſit in adminiſtrando, vel an poſſit adminiſtrare, vel ſcandalum inde naſci poſſit nec ne, vt id ſupra etiam probauimus. Hæc igitur ſunt, quæ Epiſcopi in irregularitatibus poſſunt. Epiſcoporum nomine autem accipio hic etiam Patriarchas, & Archiepiſcopos.

8 Atqui† an Legati à latere diſpenſare in quacunque irregularitate poterunt? Breuiter concludendum eſt communi iure poſſe ipſos diſpenſare niſi in caſibus, in quibus Epiſcopi poſſunt, atque ſic dixit Nauar. in conſil. 39. in fi. de homici. lib. 5. An autem præcipuo iure aliquid habeãt legationis ſuæ litteræ inſpiciendæ ſunt.

9 Verùm† quid ſi Epiſcopus, qui diſpenſare cũ aliquo in aliqua irregularitate poteſt, nullis verbis factis ſimpliciter huic ordines cõferat, an cum ipſo diſpẽſaſſe exiſtimatur? In hac quæſtione tres DD. ſententiæ ſunt; quarum altera fuit eorum, qui exiſtimarunt ipſo facto ordinationis Epiſcopum cum hoc diſpenſaſſe; hanc opinionem ſequitur Syl. in verb. Irregularitas. q. vltim. verſ. Tertiò, & Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 51. num. 8. verſ. Epiſcopi autem. Et hoc ob hanc rationem, quòd ſi contrarium diceremus, delictum, & in Epiſcopo ordinem cõferente irregulari, & in eum ſuſcipiente præſumeretur, contra l. merito. ff. pro ſoc.

Atqui contrariam opinionem ſimpliciter ſequitur Abb. de mente Inn. in c. diuerſis fallacijs. num. 3. de cler. coniug. ſcilicet Epiſcopum ratione hac diſpenſare non poſſe: idem tenuit in c. innotuit. num. 8. de elect. ſequitur quoque eum Nauar. in conſil. 1. q. 2. qui fil. ſint legit. vbi opinionem hanc communem eſſe, ſenſit, ſicut etiam Rebuf. qui eam ſequitur in Prax. benef. in Tit. De diſpenſ. ſuper defect. natal. num. 9. & hoc ob hanc rationem, quoniam inferior Romano Pont. ſine cauſæ cognitione diſpenſare nequit, ſimpliciter autem ordines conferendo ſine cauſæ cognitione diſpenſat.

Tertia fuit ſententia eiuſdem Nauar. in Ma. ca. 25. num. 74. qui ſic diſtinguit. Aut quæritur an diſpẽſatio valeat in foro interiori, ſic facta, & ualere ipſam inquit. Aut in foro exteriori & tunc ſecus ob rationem proxime allatam, quod nõ apparet cum cauſæ cognitione factam eſſe.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut Epiſcopus cauſam ante cognouit, & deinceps nihil aliud dicens ordinẽ ei contulit; & in hoc caſu ipſum diſpenſaſſe, & diſpenſationem valere cenſeo; nam cognitio cauſæ hic interuenit, vt in facto proponitur, & idcirco nõ ſine cauſa, immò legitime ordinem ei contuliſſe exiſtimabitur, & hic prior opinio tam in foro cõſciẽtiæ, quam exteriori locum ſibi vindicabit. Idem cẽſeo, vbi & cauſa iuſta diſpenſationis per ſe notiſſima eſſet; nã cauſæ cognitio habetur, ut ſciatur, an iuſta diſpenſationis cã ſit; at ex quo per ſe id conſtat, in claris non eſt opus coniecturis. le. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. oblig.

Aut nec prius cauſam cognouit, nec etiam per ſe iuſta diſpenſandi cauſa apparet, & tunc communem opinionem veriſſimam cẽſeo; hac enim ratione diſpenſatio conceſſa, non diſpenſatio, ſed diſſipatio dicenda eſt. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo. Quare, & ſi dimiſſorias huic dederit, eadem diuiſione utendum erit; nam & ipſa ratione diſpenſatio tacito tributa modò ualebit, modò nulla erit.

10 At quid† ſi Epiſcopus patiatur, quem illegitimè ordinatum ordines exercere, an uidebitur cum ipſo diſpenſare? Breuiter concludendum eſt id non exiſtimari; tum quòd hic cauſæ cognitio nulla interuenire põt, tũ quòd actus negatiuus, ac priuatiuus non tantum operatur, quantum actus poſitiuus, ut tradidit Abba. ubi pluribus rem hanc egit in c. ueniens. nu. 6. uer. Quandoque ubi & Gloſſ. & Innocen. idem aſſerentem refert, de fil. presbyt. & Felin. in capi. præterea. num. 6. uerſicu. Et non mitto. ubi ait actum, qui eſt in pati, non inducere diſpẽſationem; quamuis igitur in antecedenti caſu aliquando diſpenſatio inducatur, non tamen hic inducetur per huiuſmodi patiẽtiam. Sicut nec etiam induceretur in ſuperiori caſu, ubi, qui ordines cõfert, literas ve dimiſſorias tribuit, ignoraret eum, cui ea præbet, irregularem eſſe: non enim in hoc caſu diſpenſare cum hoc exiſtimatur, etiã ſi Romanus Pont. ſit, ut inquiunt DD. communiter, & Abb. in cit. c. ueniens. nu. 6. & Felin. in cit. c. præterea. nu. 5. uerſ. Et re uera eſt materia longa. Et de quæſtione hac itidem ſatis. At quid de perſona publica laica? hucuſque enim de perſona publica Eccleſiaſtica uidim⁹. Hoc in ſeq. explicabimus.

SVMMA.

1 *Principes laici an in aliqua irregularitate diſpenſare poſſint.*

2 *Priuata perſona an in aliqua irregularitate diſpenſare poſſit.*

§. II.

§. Explicãdũ nobis proximè propoſuimus, an principes laici in aliqua irregularitate diſpenſare poſſint. † In qua quæſtione
1 breuiter concludimus, diſpenſare ipſos poſſe in irregularitate, quæ a iure poſitiuo ciuili tantum eſt, vt probauimus ſupra de infamia; nam cum infami de iure ciuili diſpẽſare laicos Principes poſſe concluſimus, & ob eandem rationẽ idem dicendum in alijs irregularitatibus, quæ à mero illo iure proficiſcuntur. Quare cum Curiæ obligato diſpenſare poterit, licentiam dando abeundi ab officio, ſicut etiam remittendo ratiocinia iis, qui ipſis obligati ſunt.

2 At quid† de priuatis pſonis? Planè, quod diſpẽſare iuriſdictionis eſt, ad ipſas nõ ptinet, ſed poſſunt tamẽ remouere cauſas irregularitatis, & ſic irregularitatem tollere, quomodo autem

id fiat,explicabimus,ubi, qua ratione ipſo iure irregularitas tollatur,declarabimus.

De Irregularitate,quo modo ipſo iure tollatur. Cap. LXIII.

SVMMA.

1 *Irregularitas tollitur,ſublata cauſa proxima ipſius quę irregularitatem generabat.*
2 *Irregularitas,quæ oritur ob id, quod quis illiteratus eſt,tollitur,vbi literatus factus eſt.*
3 *Neophitus irregularis deſinit eſſe talis,ubi diutius honeſtè inter Chriſtianos vixit.*
4 *Irregularitas ob aliquem morbũ deſinit eſſe talis, ubi ab eo morbo conualuit.*
5 *Seruus deſinit eſſe irregularis,ſtatim atque libertate donatus eſt.*
6 *Ratiocinijs,& Curia liberatus deſinit eſſe irregularis.*
7 *Irregularis ob defectum ætatis deſinit eſſe talis ęta te idonea adueniente.*
8 *Infamis infamia facti & idcirco irregularis,deſinit eſſe talis,infamia ceſſante.*
9 *Irregularis ob inopiam deſinit eſſe talis, vbi tantũ adeptus eſt,vnde ſe commodè,& honeſtè ſuſtentare poteſt.*

QVINAM diſpenſare in irregularitate poſſent,ideſt qua ratione per diſpẽſationem irregularitas tolleretur, uidimus, modò, qua ratione ipſo iure tollatur, uideam⁹. Et quoniã quatuor modis id fieri DD.uelle uidentur.Primùm per ſublationem impedimenti,& cauſæ,quæ irregularitatem generant;deinde per baptiſmi ſuſceptionem;tertiò per ingreſſum monaſterii.Poſtremo per matrimonium; ob eã rem ſingula hęc contemplemur.

1 Quoad primum igitur.†Pro regula habẽdũ eſt eas irregularitates omnes tolli ipſo facto, ubi impedimenta ea remouentur,& cauſę illæ proximę,quæ irregularem quem reddebãt.Idque meritò,nam ceſſante cauſa ceſſat effectus. c.cũ ceſſante.de app.& Tiraqu.in ſuo Tract.de cauſ.ceſſant.atque ſic habetur in c.ſtatuimus. §.e contra.& c.neophitus.ubi Gl.d.71.& aſſeruit Maiol.de Irreg.lib.1.c.2.nu.5.uerſ. Nona. Iure igitur ceſſante cauſa irregularitatis,& irregularitas ceſſare debet.

Quare habito reſpectu ad irregularitatẽ ani
2 mi†qui ob id,quòd illiteratus erat,irregularitate notabatur, literatus factus irregularis eſſe
3 definit.Neophitus†ẽt,qui à nõ Chriſtianis natus eſt,& nuper eſt baptizatus,unde irregularis eficit̃,definit eſſe talis,ubi diutius inter Chriſtianos piè,ſanctèque uixerit,quamuis id Epiſcopus arbitrabitur, ſcilicet quantum temporis ſic uixiſſe hic debeat.arg.l.1.ff.de iur. deli, & c.de cauſis.de off. deleg.

Reſpectu habito etiam ad irregularitatem, quæ naſcitur ob uitium corporis,tantundẽ dici
4 mus,ubi uitiũ illud tollitur.† Qui ergo ob aliquem morbum irregularis erat, ſi cõtingat eo morbo ipſum liberari,irregularis eſſe deſinet, uel naturali ratione,uel ſupernaturali id cõtingat,ſcilicet miraculo. Sicut etiam ſi contingat membro mutilatum miraculo illud recuperare:id quod contigit Ioã.Damaſceno, & Leoni Papæ I. quibus abſciſſæ manus miraculo ſunt reſtitutæ,ita Maiol.ibid.& aliquib. uiſu oculorum,ut idem refert.eod.li.1.c.20.uerſ. ſi uerò uiſum recuperet. Locum tamen hoc nõ habet in eo, qui a Dæmone ſemel oppreſſus fuit; hic enim eſto liberatus ſit,non tamen irregularis
5 eſſe deſinit,ut ſuo loco probauimus. † Seruus etiam,qui & ipſe irregularis eſt,deſinit eſſe ta-
6 lis,ſi libertate à Domino donetur;† Sicut etiã ratiociniis,& Curię obligati,quos antea irregulares eſſ. probauimus,irregularitate liberabũtur,ſtatim atque ratiociniis, & Curia liberati
7 ſunt.† Aetatis denique defectum patiens irregularis eſſe deſinet,ubi ætatem idoneã nactus erit,ut ſuo loco probauimus.
8 Habito reſpectu etiam ad infamiam facti, † & ipſa ceſſante, irregularitas ceſſabit.
9 Reſpectu habito denique ad defectum rei, † ceſſabit & irregularitas,q̃ inde oritur, ubi tot bona quis comparauit,unde honeſtè,ac cõmodè uiuere poteſt.In his igitur & ſimilibus caſibus,ubi immediata cauſa,& proxima irregularitatis tollitur, & ipſa irregularitas remouetur,quamuis diſpẽſatio nulla alia interueniat. An tamen impedimenta ea, & cauſæ proximæ ſublatę ſint, Epiſcopus id arbitrabitur,ubi dubitatio aliqua orietur, ut ſuo loco ꝓbauimus. Et de hoc ſatis, iã de reliquis modis agamus; id quod in ſeq.præſtabimus.

SVMMA.

1 *Baptiſmo an irregularitas tollatur.*
2 *Ingreſſu monaſterij an irregularitas tollatur.*
3 *Matrimonio an aliqua irregularitas tollatur.*

§. I.

§. Baptiſmo,ingreſſu monaſterii, & matrimonio an irregularitas ipſo iure tolleretur , contemplandum nobis propoſuimus;iam igitur rem aggrediamur, & prius de baptiſmo.

1 An igitur irregularitas baptiſmo tollitur? † In hac quæſtione uariæ DD. ſententiæ ſunt. Nonnulli exiſtimarunt omnem irregularitatem coniunctam cum peccato tolli,& omnem etiam ſequellam peccati, & idcirco infamiam & irregularitatem etiam homicidii ſiue cum peccato fuerit,ſiue non fuerit,excepta tamẽ irregularitate nata ex defectu natalium , uel bigamiæ,

gamiæ,& hanc opinionem communem eſſe teſtatur Syl.in verb. Irregularitas.q.28.art.1.& Abb.in c.gaudemus. num. 16.de diuort.

Altera fuit opinio quorundam,qui exiſtimarunt nullam irregularitatem per baptiſmum tolli. Tertia fuit opinio eorum,qui exiſtimarũt irregularitatem eam non deleri,quæ proficiſcitur ex homicidio ſine peccato commiſſo.

Quid igitur concludendum? In hac quæſtione pro certo pono irregularitatem, quæ naſcitur ex infamia facti per baptiſmum tolli;& hoc ob hanc rationem,quoniam contrario facto ipſa tollitur ; ſicut enim malè operando naſcitur,& ita & bene operãdo tolli debet.c.1.de re. iur. l.e.nihil tam naturale.ff.eod.& quoniam, vbi baptiſmum quis ſuſcipit,veterẽ vitam omnino mutaſſe,& nouam inchoaſſe exiſtimatur, ob eam rem mirandum non eſt,ſi infamia facti tollatur:ita inquiunt Inn. in c.gaudemus. verſ. Alij dicunt.de diuort.& Abb.num.6.& communiter DD.

Secundò pro certo etiam pono quoad reliquas irregularitates omnes,nullã baptiſmo tolli. Id quod in ſingulis ſpeciebus irregularitatis animaduertere licet; nam non tolluntur irregularitates primæ ſpeciei,non illiteratura,vt ꝑ ſe patet,neque irregularitas neophitorum,quãdoquidem per baptiſmum ipſa naſcitur ; non reliquæ;nam, quæ naſcitur ab homicidio, iam antea probatum eſt nullo modo tolli,& tamen ipſa erat,quam in primis baptiſmo leuari quidam exiſtimarunt:non aliæ,quãdoquidem omnes poſt baptiſmum contrahuntur.

Non etiam ſecundæ ſpeciei irregularitates, quæ ex vitio corporis deſcẽdunt,non enim illegitimè natus,bigamuſvè liberantur ea irregularitate baptiſmi ſuſceptione,vt inquiunt Inn. Abb.ac reliqui DD.in c.it.c.gaudemus.eo. Multo minus inhabilitates,ac deformitates corporis tolluntur,vt per ſe patet.

Non etiam quartę ſpeciei irregularitas tolli tur,quæ eſt ex defectu rei, quandoquidem aut patrimonio,aut beneficio opus eſt,vnde cõmodè ſe quis ſuſtentare poſſit:id quod baptiſmi ſuſceptione non conſequitur;de irregularitate.n. infamiæ quid iuris eſſet,iam diximus. Ex his apparet nullam irregularitatem baptiſmo tolli. Idque iure meritò, baptiſmo enim eæ culpę & pœnæ delentur,quæ impedirent,ſi quis tunc moreretur,ne in cœlum euolaret:at nulla irregularitas ingreſſum hoc impedit,vt cuique eas intuenti conſtare poteſt, ergo baptiſmo nullo modo tollitur. Et de baptiſmo hactenus.

2 Quoad ingreſſum monaſterij verò,† an irregularitas vlla tollatur,planè eã tolli,quę ex illegitimatione naſcitur, probauimus c.44.§.5.& ſi nõ quoad dignitates,& hoc per c.1.de fil.præſbyt. in antiq.

Quoad reliquas verò irregularitates,an per ingreſſum,& profeſſionẽ in aliqua religione tollantur, Gloſſ.in c.2.in verb.Religionis de Apoſtat. inquit tolli irregularitatem omnem,quæ ex proprio delicto non ſurgit. Abb.verò ibi.nu. 5. tenet, per ingreſſum religionis diſpenſari ſolum in caſibus in iure expreſſis, idem tenet Couar.in clem.vnic.p.1.§.2.num.6.ver.Ingreſſus autem religionis.de hom.

Quid igitur concludendum? Ego opinionẽ Abb.ſequor,vt ſcilicet per religionem tantùm diſpenſetur in caſibus in iure expreſſis;nam & eam ſequitur Angel.in verb. Irregularitas.2.q. 2. Idque iure merito,quod enim per ingreſſum monaſterij irregularitas tollatur,contra communis iuris regulas eſt; nam vel a Romano Pont.vel ab Epiſcopis tolluntur,ergo niſi in iure expreſſis id dicemus.arg.l.ſancimus.C. de appell.l.iubemus.C.de teſtam. Poſtremò reperitur id tantùm cautum in illegitimè nato, ergo regula eſt in contrarium.arg.l.cum prætor. ff.de iud.& c.nonne.de præſumpt.Qui ergo cõtrarium inquit,probare id iure debebit . Per profeſſionem igitur (non enim ante ipſam legitimatio vlla fit,vt dixit Dec.in c.deportati.nu. 2.de iud.) irregularitas ea tantum tollitur , quæ naſcitur ex illegitimatione,modò propter delictum in monaſterium non ingrederetur, vt Dec.ibid.inquit. Et de hoc itidem ſatis.

3 Quoad matrimonium verò † an per ipſum irregularitas aliqua tollatur, concludendum eſt illigitimationem tolli,vt ſupra probauimus eod.cap.44.§.3. Nulla autem alia irregularitas per ipſum tollitur. Ex his igitur apparet , quando irregularitas ab homine,vel a iure tollatur. Sed iam ad effectus irregularitatis tranſeamus.

De effectibus Irregularitatis per ſe. Cap. LXIV.

SVMMA.

1 *Irregularis ordinibus initiari non debet.*
2 *Etiam ſine ſua culpa.*
3 *Nec minoribus ordinibus.*
4 *Etiam ſi ea irregularitate affectus quis ſit,quę executionem aliquorum ordinum tantum impediat.*

QVONIAM de effectibus irregularitatis agendum nobis eſt;& hi partim per ſe , partim ꝑ accidẽs ſunt: ideo de ſingulis,& prius de primis agamus. Verùm , quod irregularitas contrahitur aut ante ſuſceptionẽ ordinũ aliquãdo,aut poſt ordinum ſuſceptionem,ideo priùs agamus,vbi quis ante ordinum ſuſceptionem irregularis eſt.

1 Qui irregularis igitur eſt,† ordinibus initiari nõ debet: id quod ꝓbatur argumẽto ſumpto ab enumerati. partiũ,ꝙ validiſſimũ eſt,vt habetur in Inſtit.de oblig.quę ex quaſ.contract. & in Inſtit.de oblig.quæ ex quaſ.delict.nam om

 nis

nis irregularis eſt aut ob uitium animi,aut corporis,aut famæ,aut rei,ut ſupra uidimus,& nullus quacunque irregularitate notatus ad ordines admitti debet,ut id quoque ſupra probauimus ,ergo nullus irregularis ad ordines ſuſcipiendos admitti debet.

2 Id quod locum habet,†non ſolùm, ubi quis ob delictum, & ſuam culpam irregularis quis eſt,uerùm etiam & ubi nulla culpa adeſt,cuiuſmodi ſunt Neophyti, illegitimè nati,mutilati ab hoſtibus,uel morbo impediti.

3 Item locum habet † etiam ad omnes ordines,ut ſcilicet ad neminem admitti poſſit, id quod hinc patet,quod illegitimè natus ſine diſpenſatione nec ad minores admitti debet, atque ſic generatim dixit Nauar.in conſi.13.nu mer.3.de homicid.

4 Verum quid † ſi quis eſt irregularis ob uitiū corporis,ſed eo uitio impeditur ſolùm,ne miſſæ ſacrum faciat,reliqua uerò munera ſacerdotii obire poteſt,exempli gratia manu caret , an hic ordinibus initiari poterit,ut ſaltem eas functiones obeat,quas poteſt? Videbatur dicendū id poſſe. Primum, quoniam irregularitas rationem pœnæ habet:at pœna non debet eſſe maior delicto,ſed illi reſpondere.arg.c.2. de conſtit.& c.2.de iis,quæ fiunt à maior. part.cap. ergo,ex quo irregularitas illa miſſæ celebrationē ſolùm impedit , admitti ſaltem poſſe debet ad ordines,quo ea,quæ poteſt,exerceat. Ad hanc tamen rationem reſponderi poteſt , irregularitatem ſemper loco pœnę non eſſe,ſed impedimentum . Præterea nullum prędiudicium fit ei, qui non admittitur ad ordines ; quandoquidē conferuntur in primis ob utilitatem aliorum, & non ipſius ſuſcipientis, ſicut rex in primis ꝓpter regnum eſt,non autem regnum propter regem. Nullam igitur pęnam patitur, ex quo nulla re,quæ ſua ſit,priuatur. Secundò pro hac ſententia facit,quòd,qui ordines iam ſuſcepit, ſi non ſua culpa contingat inhabilem eum fieri ad quędam,in reliquis permittitur ſe exercere, vt habetur in c.2.de cler.ægrot.uel debilit.Idē habetur in c.præcepta.d.55.Ad hanc tamen rōnem facile reſpondetur,illud idcirco permitti, ne ordo in ipſo ſit omnino inutilis,ex quo iam ei eſt initiatus, ſecus autem in ſuperiori caſu, ubi nullus ordo eſt collatus, multa enim facta tenent,quæ fieri prohibētur.l. patre furioſo.ff. de his,qui ſunt ſui,uel alien.iur.

Quare,cum nullis ſolidis rationibus opinio hæc nitatur,contrarium ſuadere uidetur.c. pœnitentes;nam ibi dicitur. Penitentes, uel inſcii literarum,aut aliqua membrorum damna perpeſſi ad ſacros ordines aſpirare non audeant. Ecce prædictos,qui ſunt irregulares,prohiberi ſolum adſpirare ad ſacros ordines,ergo ad minores admitti poſſunt.Ad hunc canonē reſpōdetur ſacrorum ordinum nomine & minores comprehendi,ut habetur in c.1.uerſ.Ad ſacros ordines.de fil.præsbyt.lib.6.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cēſeo.Aut quis eſt irregularis ob delictum ſuū,& in hoc caſu ad omnes ordines inhabilem hunc eſſe cēſeo.c.ſi quis abſciderit.d. 55.nam ibi dicitur.Si quis abſciderit ſemetipſum,id eſt,ſi quis abſciderit ſibi uirilia, nō fiat clericus.Ecce hic irregularis factus erat ob delictū,& quamuis abſcisſis uirilibus functiones Eccleſiaſticas obire poſſet, ſimpliciter tamen prohibetur ne fiat clericus, ergo nec ad primā tonſuram admitti debet, per quam in clericorum numerum quis adſcribitur.c.cum contingat.de æt.& qualit. Præterea, ubi quis ob delictum irregularis eſt, ad omnes ordines eſt irregularis;qua.n.rōne ad minores irregularis eſt, eadē & ad maiores;nā irregularitas eſt impedimētum canonicum,quo quis impeditur,ne ad ordinum ſuſceptionem admittatur, & ne in ſuſceptis adminiſtret,ut DD.communiter concludūt,nec diſtinguitur de ordinibus,ergo nec nos diſtinguere debemus. Poſtremò non reperitur iure permiſſum,ut ad ordines is admittatur,q ſua culpa inhabilis factus eſt ad functionem aliquam tātùm alicuius ordinis, ergo nec nos admittere eū debemus. In hoc caſu igitur pro certo habebimus ad nullum ordinem admitti hunc debere.

Aut eſt irregularis ob aliorū culpā;& in hoc caſu et admitti non debet, quoniam irregularis ſimpliciter factus,quoad omnes ordines ſecundū irregularitatis naturā, & non quoad aliquos tantum,factus eſt irregularis. In hoc igitur caſu etiam ſic concludendum cenſeo. Quacunq.ratione igitur factus ſit inhabilis ad functiones omnes ordinum,uel aliquas tantum,etiam ob alterius culpā ad omnes inhabilis eſt, atque irregularis.

Si ordinem tamen ſuſcipiat,characterem recipiet,ſed non executionem,ut alibi ſupra nos ſæpe id diximus,& Diaz.in Prac. Crim. Cano. c.14.num.3.vbi de illegitimo id ait. Sed iam de effectu irregularitatis agamus , quæ aduenit vbi quis iam ordinibus initiatus eſt : *id qđ in ſeq.præſtabimus.*

S V M M A.

1 *Irregularis factus poſt ordines ſuſceptos;vſu ordinum tamen caret,ubi ſua culpa id ei contigit.*

2 *Irregularis factus poſt ordines ſuſceptos non ſua culpa functiones ordinum omnes obire poteſt , quę per irregularitatem de facto non impediuntur.*

§. III.

§ Vidimus de effectu irregularitatis, q̄ naſcitur ante ordinum ſuſceptionem ; modò videamus de effectu ipſius , qui ſequitur, quando irregularitas oritur,poſteaquam quis ordines ſuſcepit. Verùm,quod hoc contingere duobus modis poteſt,vel ob culpam noſtram, vel ſine culpa, ob eam rem prius de priori caſu, deinceps de poſteriori agamus.

1 Quoad primum caſum igitur,† vbi poſt ſuſceptos ordines irregularis qs ſua culpa fit, irregularitas impedit,ne ordinū ſuſceptorū functiones

ctiones obeat. Id quod hinc probatur, ꝙ, qui ēt caſu homicidium committit ob id, quod diligentiam, quam debebat, non adhibuit, ab omni altaris miniſterio amouetur, ut dicitur in c. præsbyterum. de homicid. Irregularem autem eſſe, qui homicidium ſic commiſit, ſuo loco ꝓbauimus; ergo, ubi quis irregularis ſit ſua culpa, ſuſceptorum functiones obire nequit. Idē habetur in c. continebatur. eod. tit. ubi ob prædictam cauſam diacono, qui homicidium cōmiſſit, non permittitur ad ſuperiorem gradum aſcendere, nec in diaconatu iam ſuſcepto ſine diſpēſatione adminiſtrare; ergo irregularitas, quæ poſt ordines ſuſceptos aduenit, eorum vſum impedit. Idem habetur in c. ſuſcepimus. & in c. ad audientiam. & in c. ſicut ex literis. eod. ergo idem de aliis irregularitatibus dicēdum eſt, quę ob aliam cauſam naſcuntur, ubi ob propriam culpam interueniunt.

Id quod locum habet, uel irregularitas illa de facto non impediat ordinum functiones, vt in allegat. iuribus probatur. Hinc præsbyter, qui ſine cauſa uirilia ſibi abſcindenda curauit, ſine diſpenſatione adminiſtrare nequit. c. ſignificauit. de corp. uit. & tamen uirilium priuatio non impedit ordinum functiones, ut per ſe patet.

Secundò locum habet, ut nec in minoribus ordinibus ex officio miniſtrare hic poſſit; tum quòd irregularitas omnium ordinum functiōnes impedit, ut ſupra probauimus: tum quòd ſic habetur in cit. c. ad audientiam. iunct. Glo. fin. nam, cùm quidam, cuius culpa mors cuiuſpiam interuenerat, de hoc Romanum Pont. cōſuluiſſet, reſpondit, ut in ſacris ordinibus non miniſtret; permittit tamen, ut in minoribus id poſſit; ergo nec in minoribus id poterat; non enim opus erat ea permiſſione, atque ſic ſentit Gl. ibi dum inquit Diſpēſatiuè: idem inquiūt ibid. Inn. & Abb. ubi & idem Abb. oſtendit in minoribus Epiſcopum diſpenſare poſſe per ci. c. ad audientiam. Et de hoc primo caſu ſatis.

2 Quoad ſecūdum uerò caſum†, ubi quis nō ſua culpa irregularis factus eſt, ſuſceptorum ordinū functiones omnes obire poteſt, ad quas obeundas habilis eſt. Quare, ſi cœcus quis factus ſit, ſi manus ab inimicis ei abſciſſa eſt, eſto miſſę ſacrum hic facere nequeat, functiones tamen alias ordinum, quos habet, obire poterit, ut canere, pœnitentes audire, & concionē habere. arg. c. 1. de cler. ægrot. uel debilit. ibi. n. præsbytero, cui à prædonibus duo digiti cum medietate palmæ abſciſſi erāt, unde ob periculum, & ſcādalum, quod ob deformitatem dediſſet, miſſæ ſacrum facere non poterat, Romanus Pont. prohibuit ſolùm, ne miſſam celebraret, cetera officia uerò ſacerdotalia ut obiret, non prohibuit. Ecce hic non ſua culpa irregularis factus erat, & permittitur ei, ſeu potius nō ꝓhibetur functiones omnes obire, ad quas habilis eſt. Facit quoque c. pręcepta. d. 55. Omnia igitur obire poterit, ad quæ habilis eſt, & ſolum ab iis ſe abſtinebit, quę uel facere nō pōt, uel non ſine periculo, uel non ſine ſcandalo, ob cit. c. 2. & ut ibi not. Abba. & ut ſupra ſuo loco id probauimus.

Hic tamen, qui non ſua culpa irregularis factus eſt poſt ſuſceptos ordines, etſi ſuſceptorū functiones, quas dixi, obire poteſt, ordines tamen, quos non habet, ſuſcipere nequit, ubi functiones eorū exercere non poſſet. Quāuis ſecus ſit, ſi obire eas poſſit, ut ſi quis, cui exempli gratia ab inimicis, uel ob morbum uirilia abſciſſa ſint; hic enim ad omnes ordines admitti poterit. c. ſi quis à medicis, & c. ſi quis pro ægritudine. d. 55. ſecus autem ſi ob ſuam culpam, ut habetur in cit. c. continebatur. de homicid. Et de quæſtione hac ſatis. Hucuſque effectus irregularitatis per ſe uidimus, qui duo ſunt, ſcilicet inhabilitas ad ordines ſuſcipiendos, & inhabilitas ad ſuſceptos exercendos; iam de effectibus per accidens agamus.

De effectibus irregularitatis per accidens. Cap. LXV.

SVMMA.

1 *Irregularis Eccleſiaſtici beneficij capax non eſt.*

EFFECTVS per ſe irregularitatis quinam eſſent, uidimus; modò uideamus effectus per accidens quinam ſint. Et quoniam hi plures ſunt: ideo de ſingulis agamus, & prius de eo, qui habetur reſpectu habito ad beneficium, de quo hęc contemplabimur. Primū, an beneficii Eccleſiaſtici capax ſit. Deinde, ſi ei conferatur, an collatio ualeat. Tertiò, an fructus ſuos faciat. Quartò, an, ſi antequam eſſet irregularis, beneficium legitimè habuiſſet, illud amittat per irregularitatem ſuperuenientem.

1 Prima quæſtio igitur hæc eſt, † an irregularis beneficii Eccleſiaſtici capax ſit. In qua quæſtione breuiter cōcludimus hunc beneficii Eccleſiaſtici capacem non eſſe. Primum, quoniā prohibito antecedente, & conſequens prohibitum eſſe cenſetur, & è contrario. arg. l. illud. ff. de acqu. hæred. & l. Oratio. ff. de ſponſ. at beneficium Eccleſiaſticum non tribuitur laico; incapax. n. eſt, ut habetur in c. cum adeo. iunct. Gloſſ. Nec clericis. de reſcrip. & in c. ex literis. de tranſact. & ut dixit Abba. in eod. c. cū adeo, & Rebuff. in Pract. benefi. de cler. & à quib. & quomod. creent. ergo, ex quo irregularis clericus fieri non ualet, nec beneficium ei conferri pōt. Præterea beneficiū propter officiū datur. c. ſi. de reſcrip. lib. 6. ergo nec hac quoque rōne irregularis beneficium habere nō pōt, quoniā irregularis uſum ordinis nō hēt, & idcirco offi-

exercere neqt. Eſto igitur clericus quis ſit, uel ſacerdos, tamen ſi eſt irregularis factus, ante diſpenſationem beneficium ei conferri nequit. Pro certo igitur habebimus irregularem beneficii incapacem eſſe. Et de quæſtione hac ſatis; iam alteram aggrediamur, id quod in ſeq. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Collatio beneficij Eccl. irregulari facta non valet.*
2 *Etiam ſi ſit ſimplex beneficium.*
3 *Etiam ſi penſio.*
4 *Nec fructus ſuos facit.*
5 *Diſpenſare quis poſſit cum irregulari, vt beneficij capax ſit.*

§. I.

1 §. †Secunda quæſtio eſt, an collatio beneficii Eccleſiaſt. irregulari facta ualeat. Hæc quæſtio diſputatur, ubi clericus iam factus irregularis efficitur; nam de laico proximè concluſimus, collationem ei factam nō ualere, ob id; quod clericus eſſe debet, qui beneficii Eccleſiaſtici capax eſſe uult, ad clerum autem laicus irregularis non admittitur. In hac igitur quæſtione uidebatur dicendum, collationem beneficii huic factam ualere; nam, ut infra probabimus, qui ante irregularitatem beneficium habuit, adueniente irregularitate eo priuatus non eſt, ergo neque etiam ſi irregularitas antecedat.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet collationem beneficii factam clerico irregulari quacunque irregularitate non ualere. Et hoc ob eam rationem, quoniam irregularis ad beneficium inhabilis eſt, ex quo Eccleſiaſticas functiones obire nequit, quam obrem beneficium datur. c. fin. de reſcrip. lib. 6. not. Felin. in c. inquiſitionis. nu. 1. uerſ. Not. ſecundò. de accuſ. atque ſic dixit Inn. in c. cum noſtris. paulo poſt princi. de conceſſ. præben. & ſequitur Abb. ibi. num. 22. nam ait, ſi irregularitas præcedat collationem, collationem nō tenere: & hoc ob id, quoniam facta eſt indigno, & inhabili ad executionem officii. Idem Nauar. in conſ. 97. de ſim. nu. 14. uerſ. Ad decimũ. qui Inn. communiter receptum eſſe teſtatur, ſicut etiam Feli. in cit. c. inquiſitionis. nu. 2. uerſ. Adde etiam. idem Nau. in Man. cap. 27. num. 251. uerſi. Septimò dico. & in conſ. 13. nu. 2. de homic. lib. 5. & in conſ. 42. eod. ubi ait retinere illud nec poſſe. & Couar. in Reg. peccatum. p. 2. §. 8. nu. 6. uerſ. Ad idem tendit. Collatio igitur beneficii Eccleſiaſtici clerico irregulari facta non ualet.

2 Id quod uerum eſt†non ſolùm, ubi beneficium animarum curam habens confertur, ue-
3 rumetiam, ubi ſimplex beneficiũ,† uel penſio; nam nec horum collationes factæ irregulari ualebunt, ita conſuluit Nau. in cōſ. 44. uer. Sextò. de homic. nam de ſtyllo curiæ teſtatur irregularem non poſſe obtinere penſionem Eccleſiaſticam, pluſquam beneficium ſimplex. Idem ait in Man. eod. num.

4 Ex his conſtat,†ex quo ipſa collatio beneficii, uel penſionis irregulari facta non valet, nec fructus ſuos ipſum facere, ſed ad reſtituendos eos teneri, aut curare, ut ſecum diſpenſetur ſuper irregularitate, ac demũ noua collatio fiat, vel vt diſpenſetur cum retentione pēſionis, ita in eod. conſ. 44. reſpondit Naua. & in conſ. 16. de reſcri. li. 1. & Coua. ibid. Ex his ēt conſtat, q̄ſtionum propoſitarum ſolutio quænam ſit. Excipitur tamen, ubi irregularis clericus poſt ordinem ſuſceptum ſine ſua culpa fieret, ea ratione, quod non pōt functiones oēs ordinũ exercere, nam potuit ei conferri beneficiũ, quod requirit uſum, & functiones ordinũ eas tantum, quas ipſe obire poteſt; ita Nau. eod. in Man.

5 Verum†quis cum hoc diſpenſabit? & qua rōne peti diſpēſatio debebit, quo retineri beneficiũ ēt liceat? Planè Romanus Pon. à quo petet, ut diſpenſet ſecum ſuper irregularitate cũ retentione beneficii, uel penſionis, ideſt ut diſpēſet ſecum cum irregularitate, & ut etiã retinere ſibi liceat beneficium; ſi enim ſolum diſpenſationem ab irregularitate conſequeretur, beneficium vacaret; quod. n. ab initio non ualet, tractu temporis non conualeſcit. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. atque ſic dixit Nau. in eo. cōſ. 44. uer. Sextò. iunc. conſ. 97. uer. Ad decimum. de ſimon. Requiritur ergo noua collatio, uel tacita, uel expreſſa à Romano Pont. facta. Sed de quæſtione hac ſatis, ad alteram tranſeamus.

S V M M A.

1 *Beneficium, quod quis ante irregularitatē legitimè habuit, an poſt irregularitatē retinere illud poſſit.*
2 *Beneficio an priuari poſſit Irregularis.*

§. II.

1 §. †Quarta qō ꝓpoſita explicãda hæc eſt, an qui ante irregularitatē legitimè beneficiũ Eccl. habuit, retinere illud poſſit, ſi deinceps irregularis fiat. In qua quæſtione uidebatur dicendum retinere illud non poſſe, quoniã ob irregularitatem ad ipſum inhabilis factus uidebatur.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus. ſ. retinere beneficiũ hũc poſſe; antequam per ſententiam priuetur. Nam primo ſic dixit Inn. cōiter recept. in c. cũ noſtris. de conceſſ. ꝑben. & Abb. ibi. nu. 22. & Rebu. in c. poſtulaſti. not. 4. nu. 186. de cler. exc. min. & Nau. in cōſi. 97. nu. 14. uer. Ad decimã. de ſimon. & in cōſi. 41. in fine. de hom. li. 6. & in conſ. 13. nu. 2. eo. communis denique DD. ſententia hæc eſt. Secundò probatur per c. clericis. ne cler. uel monac. nam, ſi clericus truncationes membrorũ fecerit, aut condemnauerit inferendas, mandatur ibi, ut honore priuetur, & loco. Ecce hic q̃ eſt ob truncationem irregularis, & tamen iubetur,

tur,vt loco priuetur, ergo ipſo iure priuatus non eſt,atque ſic not.Abb.ibi.num.2.qui enim vult aliquid fieri,adhuc illud factum non eſſe ſignificat,vt per ſe patet.Idē probatur in c. ex literis.de exceſ.præl.vbi,cū Epiſcopus auctori tatē pſtitiſſet ad mortē cuipiā inferēdā,mādat Romanus Pont.vt epatui cedat,ergo non erat ipſo iure priuatus, cum tamen Epiſcopus ille irregularis eſſet,vt dixit Gloſſ.ibi,in verb.Cædat ob auctoritatem interpoſitā. Poſtremo facit,quoniam,vt priuetur quis ſuo beneficio,eſt pœna,vt per ſe patet,quæ non reperitur ipſo iure inuſta irregulari huic; ergo nec nos inurere eam debemus;nullam enim pœnam ipſo iure inuſtam dicendum eſt, niſi id iure expreſſum habeatur,vt dixit Gloſſ.communiter recept.in c.pen.de iur.patron.& ſenſit Gl.1.in Cle.1. de conſang.& affinit. Ipſo iure igitur irregularis beneficio priuatus non eſt,quod ante irregularitatem legitimè fuit adeptus. Nec repugnat ratio contraria;nam vbi actus legitimè factus eſt,quamuis deinceps ad eū caſum veniat,quo non fieret,legitimè tamen factus valet. l. patre furioſo.ff.de ijs,qui ſunt ſui vel alien. iur.Quare interim ſuos faciet fructus,vt ſenſit Nauar. in conſ.41.in fin.de hom.Et de quæſtione hac ſatis.

2 Atqui,† an priuari ſaltem poterit? Planè, ſi irregularitas ſecuta eſt ob eius dolum, vt quia homicidium commiſſit, vel aliud delictum graue,priuari poterit:ſecus autem, ſi non ſua culpa irregularis factus eſt,vt habetur in c.1.& c.3.cum tribus ſeq.de cler. ægrot. vel debilit. vbi inhabilis factus ob morbum,& idcirco irregularis beneficio non priuatur,ſed illi coadiutor datur;& hoc ob id,quoniam ſua culpa id non contigit: ſecus ergo ſi ob ſuum dolum, & culpam. Et de hoc itidem ſatis.

Verum,an irregularis,qui ſine diſpenſatione ordinibus initiatur,peccat, irregularisque iterum fiat? Item,quid ſi vbi ante irregularitatē ordines ſuſcepit,irregularis fiat,an functiones ordinum deinceps exercendo idem peccabit,& irregularis fiet? Poſtremò,an volens ordinibus initiari irregularis detegere debeat ſuam irregularitatem? Has quæſtiones in ſeq. abſoluemus.

SVMMA.

1 *Irregularis abſque diſpenſatione ordines ſuſcipiēs peccat.*
2 *Irregularis ordines ſuſcipiendo,an irregularis iterum fiat ordines ſuſcipiendo.*
3 *Irregularis an iterum irregularis fieri poſſit.*
4 *Irregularis an detegere debeat ſuam irregularitatem,vbi vult ordinibus initiari.*
5 *Irregularitatem opponere quis poſſit.*

§. III.

Tres quæſtiones propoſitę explicandę nobis ſunt;quarum prima eſt,an irregularis peccet,ſi abſque diſpenſatione ordines

1 ſuſcipiat.† In qua quæſtione breuiter concludimus ipſum grauiſſimè peccare.arg.tot. tit. de eo, qui furt. ordin. ſuſcip. & hoc ob eam rationem,quod ſuſcipit id,quod ei prohibitum eſt,ne ſuſcipiat;& ita inquit Nauar.in conſ.44. de hom.lib.5.modo probabili ignorantia non laboraret,vt ait Nauar.ibidem.Quare ob eandem rationem & mortifere peccabit, qui poſt ordines ſuſceptos irregularis factus, ordinum functiones ex officio,& ſolemniter celebrat, atque ſic ſenſit Abb.in c.fin.num.4.verſ.Suſpenſus vero propter defectum.de cle.excom.min. & Nauar.in Man.cap.27.num.193. verſ. Tertiò.& hoc ob hanc rationem,quod in re grauiſſima non obedit, quo caſu peccat mortifere.c. 2.de maior.& obed.& Nauar.in conſ.97. de ſimon. Non eſt igitur quod hac de re dubitemus.

2 Quoad ſecundam quæſtionem,† an irregularis fiat is,qui ſic affectus ordines ſuſcepit, uel ſuſceptorū functiones exercet. Vt rem hanc generatim agamus,ſcilicet an is,qui irregularis eſt, iterum irregularis fieri poſſit, ſic diſtinguendum eſt. Aut quæritur,an is,qui ob vnam cauſam irregularis factus eſt, ob aliam ſpecie alia irregularitatis affici poſſit. Et in hoc caſu pro certo habendum eſt id poſſe, qui enim ob id, irregularis eſt, quod illegitimè natus eſt, irregularis fieri poteſt,ob bigamiam ſi plures vxores cognoſcat,& ob defectum perfectę lenitatis ſi quem occidat,vel mutilet. Immò ob eādem cauſam ſæpius irregularis fieri poteſt,vt ſi plures homines quis occidat;nō enim magis pro primò homicidio,quàm pro ſecundo irregularis fieri poteſt.

3 Aut quæritur,† an qui irregularis eſt,ſi contra irregularitatem faciat,vt pote, aut ordines ſuſcipiendo,aut ſuſceptorum functiones exercendo,vt in quæſtione propoſita,irregularis iterum fiat. Et in hoc caſu contrarium tenendum eſt,hunc iterum irregularem non fieri. Et hoc ob eam rationem,quod id iure cautum non habetur,& nemo irregularis dicendus eſt,niſi vbi id iure expreſſum habetur.c.is,qui.de ſent.excom.lib.6.atque ſic de illegitimo ſine diſpenſatione ordinibus initiato,& celebrante dixit Rebuff.in Pract.benef.in Tit. de diſpenſat. ſuper defect.natal.num.13.qui communem ſententiam hanc eſſe ſenſit:idem Abb.in c.fin. nu.4. verſ.ſuſpenſus verò propter defectum.de cler. excom.min.vbi non ſolum de legitimo id ait, verum etiam & de quocunque qui patitur defectum in corpore,quamobrem promoueri nō poteſt,vt ſcilicet irregularis iterum non fiat celebrando:idem aſſerit Inn.ibid.num.3.verſ. Si autem non ſunt ſuſpenſi à canone propter crimen,ſed propter defectum,vt illegitimi,& corpore vitiati,vbi etiam teſtatur hoc Romanam curiam ſeruare,ut ſcilicet diſpenſando cum his ſolum diſpenſet quoad inhabilitatem, & non ſuper irregularitate contracta celebrando. Immò idem ait de ijs,qui ob delictum irregulares

ſunt. Et hoc ob hanc rationem,quod iure cautum non eſt;idem quoque tenuit Diaz.in Pra. crim.canon.cap.14.num.4.& Addit. ad eum in verb.Irregularitate,& Maiol. de Irregular. lib.1.cap.2.num.8.verſ. Duodecima. ſibi contrarius. lib.4.cap.33.& Naua.in Man.cap.27. num.193.verſ. Tertio.& Ioan.Tabien.in verb. Irregularitas.4.num.5.verſ.Quartò.ibi. Concluſio,11.qui & de ſtyllo Curiæ teſtatur, vt id ſcilicet non curetur.Communis denique DD. ſententia hæc eſt,vt inquit Couar.in Clem.vn. de homicid.p.1.§.1.num.3.Quare generatim dicendum eſt,quæcunque irregularitas violetur,irregularitatem iterum non contrahi,ex quo id iure cautum non eſt.Nec verum eſt id, quod inquit Maiol.in allegatis locis, vbi irregularis diuina celebrauit,ſi in illa irregularitate Epiſcopus diſpenſare poterat,non poſſe amplius diſpenſare;ex quo enim nullo iure id probat,ſequitur diſpoſitio §.cōſideremus. in Aut. de iur.iur.à mor.pręſtit.Quare nec cenſura irretitus,qui celebrando irregularis fit.cap.1.de re iud.lib.6.& c.1.de ſent.excom.eod. lib.quoties diuina facit,toties irregularis fiet;nam neque id iure cautum eſt,atque ſic DD.communiter concludunt.Et de quæſtione hac ſecunda ſatis.

4 Poſtrema quęſtio eſt,†an,qui eſt irregularis, detegere ſuam irregularitatem debeat,ſi ordines ſuſcipere vellet. Et videbatur dicendum ad id non teneri;nemo enim ſe prodere debet. c. quis aliquando.§.his auctoritatibus.de pœnit. d.1.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus,ſcilicet quem debere ſuam irregularitatem detegere. Id quod probatur primo per c. pen.de corp.vit.vbi,cùm quis mutilatam manum haberet,& ad abbatiam ſe admoueri paſſus eſſet,tacendo mutilationem manus,quamobrem irregularis erat,deponitur,ergo ad irregularitatem detegendam quis cogitur, ex quo punitur,& ita ibi Gloſſ.not.Secundo facit c.ex pœnitentibus.d.50.vbi qui pęnitentiam ſolemnem agit, quo caſu irregularis quis efficitur,ſi id non prodat,& permittat ſe ordinibus initiari,deponitur,& ita ibi etiam Gloſſ.hoc not. & quæſtionem hanc pluribus diſputat, ergo hinc apparet ad irregularitatem ſuam patefaciendā quem teneri. Poſtremò ſic inquiunt DD. communiter;Inn.in c.inquiſitionis.num.4.ver.Sed iterum obijcitur. nam ait ordinandum teneri ad patefaciendum delictum,quod impedit ordinis executionem. Idem Abb.qui eum ſequitur in c.innotuit.num.6.verſ. Item not. qui & Archid.idem ſentientem refert,& communem hanc opinionem ſenſit.de elect. Idem Abb.in eod.c.pen.de corp.vit.& Hoſt.ab eo ibi relat. Non obſtat ratio contraria;nam de peccatis illud accipitur, quæ palam quis patefacere non tenetur,ſed ſacerdoti tantum.c.omnis.de pœn. at hic agitur de pœna irregularitatis,quæ per pœnitentiam non tollitur.arg.cit.c.inquiſitionis.de accu.Et quoniam impedit ordinum executionem, ac ſuſceptionem, meritò patefieri debet.Et de quæſtione hac itidem ſatis.

5 Verùm † an de irregularitate quis accuſare poteſt,vel obijcere?contingere enim id poteſt, vt vel duo ad beneficium concurrant,de beneficio vè litigent,& alter alteri irregularitatem obijciat,vel populus nolit in parochum recipere quempiam,& idcirco irregularitatem ei opponat,an igitur quiſque audietur? Planè concludendum eſt,quemcumque cuius intereſt audiri,immò neminē excludi; cuiuſque enim intereſt Eccleſiæ miniſtros omni vitio liberos habere. arg.l.1.§.publicum.ff.de iuſtit.& iur.atque ſic ſenſit Maiol.de irregular.lib.5.cap.51.nu. 10 verſ.Impedimentum quoque. & de Ratiocinijs obligato id dixit Abb.in c.1.§.fin.de oblig.ad ratiocin.& Diaz.in Pract. crim. canon. cap.20.num.1.prope finem. Duo tamen neceſſariò probanda erunt. Primò factum,vnde irregularitas contracta dicitur,ex facto enim ius oritur.l.ſi ex plagis.§.in cliuo.ff.ad leg.aquil.alioquin ſi id pleniſſimè non probetur,reus liberabitur,actore enim non probante reus abſoluitur l.qui accuſare. & ibi Gloſſ. Bart. Iaſ. ac DD.C.de edend.Secundò probare debebit ob illud factum irregularitatem à iure inuri; ex quo enim nemo irregularis dicendus eſt,niſi, vbi in iure id expreſſum habetur.cap.is qui.de ſent.excom.lib.6.ſi id etiam non probet, eſto res dubia ſit,reus non condemnabitur,nam re dubia irregularem quem non exiſtimari communiter concluditur.ita Maiol.ibid.& nos alibi ſupra. Id quod & in foro conſcientiæ locum habebit,quicquid dixerit Maiol.nam in foro conſcientiæ quis ſe irregularem exiſtimare debet,vbi dubitatio eſt de facto,conſtat autē in iure irregularitatē eſſe,vt alibi probauimus.

At quid,ſi de facto conſtet,ſed tamen,an irregularis quis ſit nec ne,ab animo eius,qui factum illud geſſit,pendet, an eius conſcientiæ ſtabitur? Planè,vbi de alterius præiudicio non agitur,quia ſcilicet nemo ei litem mouet, eius conſciæ ſtabitur.arg.c.ex tenore.de tempo. ordin.& c.ſignificaſti.2.de homicid.iureiurando eius igitur ſtabimus.Excipitur tamen, vbi de alterius præiudicio ageretur, vt pote quia ad idem beneficium cum alio hic concurrit, aut litigat,aut contra populum,qui non vult eum pro parocho habere.ita Maiol.eod.& in lib.1.cap. 2.num.10.verſ.Decimaoctaua.Quare & ſupra qui defenſionis gratia ſe quempiam occidiſſe profitetur,probare id debere aſſeruimus.c.29. §.pen.& ſeq.

Immò,ſi infamia orta eſſet contra aliquem de irregularitate,purgatio indicitur, vt habetur in c.ex literis.1.& ibi Abb.ac DD.not. de homicid. Et ſi ſcandalum daretur,vbi quis celebraret,vel ordinibus initiaretur, admitti ad hæc non debet,ſi ſcandalum purgatione nō tolletur.Quare,dum res agitur,Epiſcopus ſuſpendere ab adminiſtratione hūc poterit,ita Maiol.

eod.

eod.cap.5 1.num.10.uerſi. Et ex his conſtat.

Verùm an ſuſcipere irregularis alia ſacramenta poteſt? Item,ex quo functiones ordinũ exercere nequit, an canere in choro cum aliis poterit? Poſtremò ſacris ordinibus initiatus, qui eſt irregularis factus, an ad ſeptem horarũ canonicarum præces recitãdas tenebitur? Has quæſtiones in ſeq.abſoluemus.

SVMMA.

1 *Sacramenta alia ſuſcipere,excepto ordine,irregularis poteſt,indulgentiaſque.*

2 *Ordinum functiones obire irregularis poteſt, quę & à laicis poſſunt.*

3 *Irregularis,qui eſt ſacro ordini initiatus,ad ſeptem horarum canonicarum præces recitandas tenetur.*

§. IV.

1 §. Quæſtiones tres explicandæ nobis propoſitę ſunt†;quarum prima hæc eſt,an irregularis ſacramenta alia ſuſcipere poſſit, ordine excepto. In qua quęſtione breuiter concludimus,ordine excepto, ſacramenta alia omnia ſuſcipere ipſum poſſe. Quare baptizari,confirmari, Euchariſtiam ſumere,pœnitentiam ſacramentum,extremam unctionem poteſt, nec non matrimonium contrahere. Et hoc ob eam rationem,quoniam irregularitas ſolum ſuſceptionem ordinum impedit,& eorum functiones,quatenus ordinum ſunt,ut ſupra in omni irregularitatis ſpecie uidimus,at prædicta ſuſcipere functiones ordinum non ſunt, nec ordinē ſuſcipere. Iure meritò igitur ui irregularitatis non prohibentur: quare & indulgentias ſuſcipere irregularis poterit. Et de hac quæſtionę ſatis.

2 Secunda quæſtio eſt,†an functiones aliquas ordinum exercere poſſit,quas & laici exercere poſſunt. In qua quæſtione itidem cõcludimus, irregularem functiones omnes obire poſſe, quas laici licitè obeunt. Quare in neceſſitate ſine ceremoniis baptiſmum adminiſtrare poterit. Item miſſæ ſacrum facienti,ut laicum,inſeruire. Cum aliis,ut laicus,canere,& epiſtolam etiam,modò ſine manipulo id faciat,ſicut etiā reliquas omnes partes miſſæ canere, ut cãtor, non autem ut ordini initiatus (laicos enim & hæc facere quotidie uidemus) item & Kyrie eleiſon,& Gloria in excelſis,ac reliqua miſſæ, in hæbdomada Sancta lectiones, & etiam paſſionem Chriſti Domini; ad ſummam omnia poterit,quę laici poſſunt,ita Nauar. in conſ.43. in fin.de homicid.lib.5.& in conſ.14.de reſcrip. in fine.uiden.lib. 1. Ac planè quis peccare diceret claudum,illegitimumve,in choro canentem?

Immò,ſi iuriſdictionem Eccleſiaſticam aliquam habet,exercere illam poterit,modò ordinis functiones non exerceat. Et de quæſtionę hac itidem ſatis.

3 Poſtrema quęſtio eſt,† an irregularis ordinibus ſacris initiatus,quo caſu ad recitandas ſeptem horarum canonicarum præces quis tenetur, teneatur eas recitare. In qua quæſtione breuiter concludimus ad id obligari,ſicut obligatus eſt cenſura irretitus, ut probauimus in Tractatu de Cenſuris.cap.13.§.13.num.1.cum ſeq.Tab.1.ubi & qua ratione id fiat, docetur. Sed laicorum more ob rationes,quas ibi reddidimus,& in §.ſeq Sed de effectibus irregularitatis hactenus.iam de materia agamus.

De Materia Communi Irregularitatis. Cap. LXVI.

SVMMA.

1 *Irregularitas eſt impedimentum.*

2 *Irregularitas non eſt peccatum.*

3 *Poteſtas abſoluendi à peccatis non pertinet ad irregularitatem.*

EXPLICATIS effectibus irregularitatis; iam eius materiam aggrediamur. Verum, quòd duplex eſt, alia communis, alia propria, ideo prius de cõmuni, deinceps de propria agamus.

Communis materia igitur irregularitatis eſt

1 hæc†ſcilicet. Impedimentum canonicum, ſeu inhabilitas quędam à iure canonico inuenta, vt ex dictis antea patet,& generis loco ipſi irregularitati eſt,ut uidebimus in ei' definitione, nam non ſolum de irregularitate dicitur, uerũ etiam & de aliis impedimentis,quæ irreguları-

2 tates non ſunt. Quare † quatenus impedimentum,& inhabilitas quædam eſt, peccata irregularitates non ſunt. An igitur peccatum irregularitas non eſt? In hac quæſtione uidebatur dicendum peccata quoque irregularitates eſſe,& hoc ob id, quòd in peccato mortali exiſtens, peccat grauiſſimè,ſi aut ad ordines ſuſcipiendos accedat,aut ſuſceptorum functiones exerceat.argum.c.fin.de uit.& honeſt. clericor.ergo ex quo peccat,impediri uidetur,quoad prædicta,& idcirco peccata eſſe irregularitates; nã & ipſæ impediunt,ut uidimus & ſi quis contra ipſas quid moliatur,peccat, ut ſupra probauimus.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet peccatum per ſe irregularitatem non eſſe. Primò,quoniam irrregularitas nõ eſt culpa,ſed impedimentum,ut diximus; at peccatum propriè culpa eſt,ergo peccatum nõ eſt irregularitas. Deinde,quoniam peccatum non eſt pœna,at irregularitas aliquando eſt pœna, ut uidebimus,ergo. Tertiò, quoniam peccatũ per pœnitentiam ſacramentum tollitur,& per iuriſdictionem fori conſcientię.c.omnis.de pœniten.at irregularitas ea ratione non tollitur.

arg.

arg.c.inquiſitionis.de accuſat.& c.fi.de temp. ordin.ſed tollitur per diſpenſationem vi iuriſdictionis fori exterioris,vt ſuo loco vidimus. Quartò,quoniam peccatum aliquando eſt cauſa irregularitatis,vt videbimus,at,qui eſt cauſa alicuius,non eſt idem cum illo;eſſet enim effectus idem,quod cauſa,quod abſurdum eſt, & idcirco non dicendum .l.nam abſurdum.ff. de bon.libert. Poſtremò irregularitas inuitè tolli poteſt,at peccatum non, requiritur enim contritio,quæ à volũtate peccatoris etiam proficiſci debet.Concludo igitur his omnibus peccatum irregularitatem non eſſe,etſi ex ipſo cõtingat irregularitatem non nunquam oriri, vt ſuo loco probabimus.]

3 Ex his † apparet facultatem datam abſoluẽdi à peccatis omnibus & à caſibus reſeruatis in foro conſcientiæ non pertinere ad irregularitatis diſpenſationem. Verum,quod diximus canonicum impedimentum quamobrem ita dicatur, id explicemus: id quod in ſeq. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Irregularitas eſt impedimentum canonicum, & quamobrem ſic dicatur.*
2 *Irregularitas omnis à iure poſitiuo eſt.*
3 *Irregularis nemo dicendus eſt,niſi in caſibus à iure expreſſis.*
4 *Irregularis an in dubio quis cenſendus ſit.*
5 *Irregularitas animo tantum non contrahitur.*
6 *Impedimenta naturalia,ac diuina, irregularitates propriè non ſunt.*
7 *Fœmina irregularis propriè non eſt.*
8 *Baptiſmum qui non ſuſcepit,irregularis propriè nõ eſt.*

§. I.

§. Diximus irregularitatem impedimentũ canonicum eſſe,& quamobrem ſic nominaretur explicandum nobis proximè propoſuimus.

1 † Canonicum impedimentum igitur irregularitas dicitur,quoniam à iure canonico,ideſt pontificio irregularitas omnis eſt.

2 An igitur†irregularitas omnis à iure Põtificio eſt? Hanc quæſtionem explicauimus ſupra ca. 1.num.2.vbi generatim,ac ſpeciatim concluſimus,irregularitatem omnem eſſe à iure canonico.

3 Quare † & pro regula habebimus neminem irregularem fieri,niſi in caſibus in iure pontificio expreſſis;vt DD.communiter not.in c.is, qui per eum canonem.de ſent.excom.lib.6. & Couar.in Clem.unic.p.1. in initio.num.2. de homicid. ibi enim apertiſſimè iuris eſſe ait irregularitatem in nullo caſu cõſtituendam, niſi in iure pontificio id fuerit expreſſum; ex quo enim iure pontificio humano tantùm inducta eſt,conſequitur nuſquam id contingere,niſi expreſſè eo iure id definitum ſit,ita Couar.ibid. qui & opinionem hanc communiter receptam ſenſit,& Archid.in c.excommunicatos.ver. Et ita cũm irregularitas. 11.q.3.& Nauar.in Ma. cap.27.num.194.ver.Quinto.contra ſententiã

4 hanc tamen facere videtur,† quod in dubio iudicandum eſt quem irregularem eſſe.c.ad audientiam.c.ſignificaſti.1.& c.ſignificaſti 2. de homic.DD.ad hæc iura reſpondentes inquiũt in foro interiori ea locum habere, propoſitam autem regulam, & concluſionẽ in foro exteriori.Hanc reſponſionem refutat, & optimè Couar ibid.num.3.quandoquidem ea iura in quocunque foro loquuntur.Quare opinionem Couar.ſequor, vt ſcilicet, vbi dubitatur de facto,an.ſ.quis id egerit,pro quo irregularitas inuritur,ius vero certum eſt in eo caſu irregularitatem inurere, tunc pro irregulari quis habendus ſit,& ita allegata iura loquantur; ibi enim certum erat,dubitabatur autem,an ij, qui ibi habentur,deformationis cauſa fuiſſent.Vbi verò de iure dubitatio eſt,an ſcilicet pro eo facto irregularitas inuratur, tũc pro irregulari quis habendus non ſit,& ita concluſio ſupra poſita, ac regula locum habent;ab ea igitur non diſcedemus.

5 Hinc † quod iure cautum non eſt, vt animo quis irregularis fiat,vt ait Couar.ibid.num.4. verſ.Rurſus definitum.ob eam rem, eſto quis animo conceperit homicidium,vel mutilationem,irregularis tamen hic non erit,niſi prædicta ſequantur.Quare,qui per Apoſtolicas literas facultatem abſoluendi ab irregularitate mentali habere inquiunt,de ea neceſſario intelligi debet,quæ ita occulta eſt, vt probari nequeat,non autem de proximè dicta,quæ nulla eſt.

Canonicum igitur impedimentum eſt ipſa

6 irregularitas,† non autem aut naturale, aut di

7 uinum.†Quare,quod fœmina iure diuino ordinum capax non eſt,ob quos ordines irregularitas eſt inuenta, in ipſam irregularitas propriè

8 non cadit,† ſicut nec etiam in eum,qui baptiſmo initiatus non eſt.Non igitur de irregularitate propria agendo,agi poteſt de irregularitatibus mulierum,eſto moniales ſint,quod fecit Maiol.de Irregularit.lib.1.cap.28. cum ſeq. quandoquidem ſexus earum conditio in habiles ad ordines ipſas reddidit, non autem Eccleſiaſtica,vnde irregularitas omnis eſt,vt probauimus.

S V M M A.

1 *Irregularitas directè impedit ordinum ſuſceptionem,& eorum executionem.*
2 *Irregularitas cenſura Eccl.non eſt.*
3 *Irregularis an iterum fiat irregularis.*

§. II.

1 §. † Ex ſupra dictis habuimus etiam irregularitatem directò ordinum ſuſceptionem eorumdemque functiones impedire;nam immediatè,&directè ad hęc fertur,vt vidimus: Quare à cenſuris ſeparatur.

An

2 An igitur † cenſura irregularitas non eſt? ſcilicet Excommunicatio, interdictum, & ſuſpenſio; hæ namque cenſuræ nomine compræhenduntur, ut traditur, in cap. quærenti. de uerb. ſign. Videbatur igitur dicendum cenſuras irregularitates eſſe; nam & ipſis quis impeditur, quominus ordines ſuſcipiat, & ſuſceptorũ functiones exerceat. argumen. cap. pen. de ſenten. excommun. & tot. titu. de cler. excommu. mino. & ut in Tractatu meo de Cenſuris abunde id egi.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet cenſuras ipſas irregularitates non eſſe: id quod multis rationibus probatur. Nam primò per ipſas cenſuras non impeditur directo, & immediatè ordinum ſuſceptio, ſuſceptorumque functio; ſed aliud, ſcilicet excommunicatione communionis Eccleſiæ vſus; ſuſpenſione officia Eccleſiaſtica: interdicto diuina, in qua communione Eccleſiæ, & officiis Eccleſiaſticis; & diuinis, quod etiam ſuſceptio ordinũ, ſuſceptorumque functiones continentur, ob eam rem per cenſuras prædicta impediuntur, & idcirco non immediatè, & directè, ſed mediatè quodammodo, & per conſequens, ut probauimus in eod. Tracta. de Cenſuris: at irregularitas immediatè, & directè impedit, quominus ordines quis ſuſcipiat, & ſuſceptorum functiones exerceat, ergo irregularitas non idem eſt, quod cenſura, ex quo non eodem modo

3 operatur. † Præterea, qui irregularis eſt, ſi ordines ſuſcipiat, functionesve ſuſcepti ordinis exerceat, non iterum fit irregularis, ut dixit Innocen. in capitul. fin. numero 3. uerſicu. Si autem non ſunt. de cler. excomm. min. quem ſequitur Abba. ibi. num. 4. uerſi. Suſpenſus uerò propter defectum. & communiter receptũ eſſe teſtatur Nauar. in Man. capitul. 27. numero 194. nam ibi ait, qui eſt irregularis ob defectũ corporis, ut pote aut illegitimus, aut corpore initiatus; hunc irregularem non fieri celebrando; tum quòd id nullo iure cauetur, ergo nec nos id dicere debemus. capitu. is, qui. de ſentent. excommun. libr. 6. non enim irregularis quis dicendus eſt, ubi iure id non cauetur; tum quòd, ubi ſedes Apoſtolica cum his diſpenſat, qui celebrarunt, ſolum diſpenſat ſuper irregularitate ante celebrationem habita; ita Innocent. ibid. At, qui cenſura irretitus eſt ſi celebrat, ſtatim irregularis fit, ut habetur in capit. 1. de except. libr. 6. & in capitul. 1. de ſentent. excommun. eodem libr. ergo irregularitas cenſura non eſt. Tertio irregularis ſacramenta recipere poteſt (ordine excepto) nec irregularitate impeditur: at cenſura irretitus, ut excommunicatus, & interdictus nequaquam, ut habetur in capitul. de ſentent. excommun. in antiqu. & in cap. fin. eod. libr. 6. ergo hac quoque ratione irregularitas cenſura non eſt. Poſtremò cenſura, ubi abſolutione ſublata eſt, non remanet; at irregularitas, eſto diſpenſetur cum ipſa affecto, non tamen tollitur, ſed ſolum effectus eius impeditur, qui enim illegitimè natus eſt, uel infamis factus, diſpenſatione fieri non poteſt. quin talis ſit, argumen. le. in bello. §. infectæ. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Nullo modo igitur irregularitas cenſura propriè ſumpta dici poteſt. Quare iure reprehendit Nauar. in Man. capitu. 27. numero 191. uerſicu. Secundò. Sylueſt. & Tabien. qui uoluerunt irregularitatem eſſe ſuſpẽſionem, & plus aliquid; iure itidem reprehendit Speculat. qui ſenſit omnem excommunicatum, ſuſpenſum, & interdictum, eſſe irregularem. Concludo igitur id quod & diuerſitas nominum id nobis ſignificat. argumen. leg. ſi idem. C. de teſtamen. irregularitatem cenſuram non eſſe. Sed de hac quęſtione hactenus: ad aliam tranſeamus.

SVMMA.

1 *Irregularitas diſpenſabilis eſt ſua natura.*
2 *Irregularitas nec depoſitio, nec degradatio eſt.*
3 *Irregularitas quid ſit.*

§. II.

1 §. Poſtremò † irregularitas diſpenſabilis natura eſt, ut uidimus, quamobrem ſepara-
2 tur à depoſitione, & degradatione. † An igitur depoſitio degradatioque irregularitas non ſunt? Concludendum eſt irregularitatem non eſſe, quandoquidem ordinario iure diſpenſationem non admittunt, ut tradidit Maiol. de Irregular. lib. 3. capitul. 22. numero 4. uerſicu. Vnde hæc cenſura. ubi iuribus, & auctoritati-
3 bus id probat. Ex his omnibus † definitio irregularitatis habetur, quę eſt: Irregularitas eſt Impedimentum canonicum, directo impediẽs ordinum ſuſceptionem, & ſuſceptorum executionem, ſua natura diſpenſabilis. Et de materia hac ſatis; iam de propria agamus.

De Materia propria circa quam Irregularitatis. Cap. LXVII.

SVMMA.

1 *Homo eſt materia circa quam, ſeu in qua irregularitatis.*
2 *Homo, vt irregularis ſit, vir eſſe debet.*
3 *Homo, vt irregularis ſit, requiritur, vt aliquod ex quatuor vitijs propoſitis patiatur, ſcilicet, vel animi, vel corporis, vel famę, vel rei.*
4 *Baptizatus an eſſe debeat, vt quis irregularis ſit.*

MATERIA communis irregularitatis quænam eſſet uidimus; modo, quæ materia propria ſit, uideamus. Verũ, quod duplex eſt; alia circa quam, ſeu in qua, alia ex qua; ideo prius de prima, deinceps de alia agamus.

Materia

1 Materia igitur irrregularitatis,ex qua† Homo eſt:id quod hinc probatur,quod per irregularitatem quis inhabilis fit ad ordines ſuſcipiẽdos,ſuſceptoſque exercendos,vt diximus,& idcirco neceſſariò requiritur,vt natura ad ordines habilis q̃s ſit, quo inhabilis fieri poſſit;vbi enim habilitas non eſt,habilitas eſſe nequit.ar. l.decem.& ibi not.ff.de verb.oblig.at homines tantum habiles ad ordines ſuſcipiendos ſunt, ſuſceptoſque exercendos,vt per ſe patet,& notiſſimum eſt, ergo in ipſos tantum irregularitas cadere poteſt.

2 Requiritur autem,† vt hic homo vir ſit: id quod hinc patet, quod vir tantum ordinis capax eſt. argument. cap. noua quædam. de pœnit.ergo ipſe tantum inhabilis ad eos reddi poteſt,& idcirco irregularis. Non igitur mulier irregularis propriè eſt,eſto alias ad monachatum inhabilis eſſe poſſit. ita Ioann.Tabi.in verb.Irregularitas. 4.num.2. verſic. Primò. nam ait,mulierem nõ poſſe incurrere irregularitatem,quoniam non eſt capax ordinis clericalis. Quare,& ſupra concluſimus,mulieres irregulares non eſſe,& ſic dixit Zab.in Clem.vnic. q.16.de homicid. nam ait irregularitatem in fœminam non cadere.

3 Poſtremò requiritur,† vt hic vir aliquod ex dictis quatuor vitijs patiatur, ſcilicet vel animi,vel corporis,vel famæ,vel rei; de quibus vitijs,quod antea ſatis,abundeque egimus,ob eã rem nihil eſt,quod huc præterea addamus.

4 Atqui† an baptizatus eſſe debet quis,quo irregularis fiat? In hac quæſtione ſic diſtinguendum eſt. Aut quæritur,an qui ante baptiſmum quidpiam fecit, vel quid habet,vnde irregularitas oritur poſt baptiſmum, irregularis fiat ante baptiſmum;& in hoc caſu,ex quo tũc ordinis capax non eſt,irregularis mea ſentẽtia hic propriè non dicitur;ex quo enim irregularis nunquam fuit, ergo nec irregularis fieri poteſt.arg.l.decem.ff.de verb.oblig.Aut quæritur, ſi ex eiſdem poſt baptiſmum irregularitas naſcatur. Et in hoc caſu rurſus ſubdiſtinguendum cenſeo.Aut per baptiſmum tollitur immediata cauſa irregularitatis;& in hoc caſu & ipſa irregularitas tollitur:hoc autem contingit ſolùm in eo,qui ante baptiſmum infamia facti laborabat;ex quo enim ob deprauatos mores,actamque male vitam infamis factus erat, ſtatim atque baptiſmum ſuſcepit,quoniam notorium factum eſt eum vitam mutaſſe, infamia tollitur,& idcirco irregularitas, quæ ab ipſa naſcitur. Aut per baptiſmum immediata cauſa irregularitatis non tollitur, vt illiteratura, & defectus perfectæ lenitatis, & impoſſibilitas diuina faciendi ob membri defectum,morbumvè,vel ob horrorem & ſcandalum,& rei defectus;hæc enim baptiſmo non tolluntur,vt per ſe patet, & de perfectæ lenitatis defectu ſupra probauimus,ergo neque irregularitas,ita igitur in hac quæſtione concludẽdũ cenſeo.Sed de materia,circa quam irregularitatis hactenus.

Materia verò ex qua eiuſdem irregularitatis,ſunt prædicta vitia animi,corporis,famæ,ac rei,vt ex dictis antea belliſſimè conſtat. Et de materia ſatis;iam de forma agamus.

De forma irregularitatis. C.LXVIII.

SVMMA.

1 *Forma irregularitatis duplex.*
2 *Forma irregularitatis à iure quænam ſit.*
3 *Forma irregularitatis quoad ſe quænam ſit.*

CAVSIS tribus irregularitatis iam explicatis,ſcilicet efficiente,fine,ac materia, reſtat vt de forma agamus,† & 1 quoniam hęc duplex eſt;alia à iure,& extrinſeca,ſic enim licet eã nobis appellare; alia reſpectu habito ad ſe,& ſic intrinſeca: ideo de ſingulis,& prius de prima agamus.

2 Quoad primum igitur† quærere quænam ſit forma irregularitatis à iure,nil aliud eſt,quam quærere, quibus verbis irregularitas feratur, vel irregularis quis eſſe ſignificetur. Qua in re breuiter dicimus,ius ipsũ varijs formis,& verbis vti,dum aut irregularitatem infert,vel quẽ irregularem eſſe ſignificare vult. Nã aliquãdo inquit. Sit irregularis,ſeu irregularitatis vitio ſe inuoluet,vt in c.1.§.ſciturus.de re iud.lib.6. Aliquando Irregularitatem non effugiet, vt in c.1.in fine.de ſent.excom.eod.lib.& hi modi dilucidiores ſunt,ex quo nominatim irregularitatis mentio fit,& tam laicos,quam clericos comprehendit. Aliquando alijs verbis vtitur ad irregularitatem hanc ferendam, vt ad ordines aſpirare non audeat,vt in c.pœnitentes. d.55. Non fiat clericus,vt in c.ſi quis abſciderit. ead. d.ad clerum peruenire nõ poſſit,vt in c.hi,qui. ead.d. Ad clerum canones non admittunt, vt in c.qui partem.& in c. ſi quis pro ægritudine. ead.d. Abſtineri debet à clero.eod.c.Non permittimus celebrare.vt in c.2.de cler.ægrot.vel debilita. Remouere ab officio,vt in capitul.tua nos. eod. His igitur & alijs huiuſmodi verbis vtitur Eccleſia, dum quem irregularem reddere, vel quando irregularem eſſe ſignificare vult. Nos autem vt regulam in hoc habeamus, & cognoſcamus, quando ius irregularitatem inurat, vel irregularem quẽ eſſe ſignificet, primo videbimus,an remoueat aut à clero,aut ab ordine,aut functione ordinum;vbi enim vnum horum facit,quibuſcunque verbis vtatur,irregularitatem inurere interprætabimur: Idem ſẽtiemus,vbi ſignificabit quem remotum à clero,vel ab ordinum functionibus,vel ad prædicta non admittendum;nam ab effectu irregularitatem inuri conſpicitur; irregularitas enim eſt,quotieſcunque à prędictis quis remouetur, vt paſſim antea vidimus. Sed de forma externa

na hactenus.

3 Forma intrinſeca verò † ſunt ipſamet facta perfecta, vnde quis irregularis efficitur, exempli gratia, qui ex copula illicita natus eſt, irregularis eſt, & qui membrum abſcidit omnino, hic quoque irregularis ſtatim efficitur, & ſic de ſingulis tam reſpectu habito ad irregularitatẽ animi, & corporis, quam famæ, & rei; Et de forma hactenus.

Hæc igitur ſunt, quæ de cauſis irregularitatis mihi agenda viſa ſunt, ſcilicet de cauſa efficiente, de fine, de materia, & de forma; iam de accidentibus, quæ ab ipſis cauſis emanant, agamus.

De accidentibus, quæ à cauſis irregularitatis proficiſcuntur. Cap. LXIX.

S V M M A.

1 *Irregularitas cur inuenta.*

ABSOLVIMVS Dei benignitate, quo iure irregularitas inuenta ſit, & feratur, qui eius effectus; nec non quæ materia, ac forma eius eſſẽt iam accidẽtia quædam, quę ab ipſis cauſis emanant, cõtemplemur. Et quõ hæc partim ab efficiẽte cã, partim à fine, partim à materia, partim à forma proficiſcuntur, ob eam rem omiſſis accidẽtibus, quæ ab Efficiente, de quibus nihil eſt, ꝙ hic agamus; de accidẽtibus, quę ab alijs cauſis emanant, agamus, & prius de accidente, quod
1 à fine naſcitur †. Et quoniam eſt hoc, ſcilicet cur Eccleſia irregularitatem inſtituerit, ob eã rem ſciendum eſt, inſtitutionis huius cauſam bipartitam eſſe, quarum altera, & princeps, ſeu principalis eſt, vt ſcilicet ſacroſancti Sacramẽti ordinis functiones ſummo decore, ac maieſtate, & Chriſti fidelium fructu exercerentur; ob has rationes ab ordine illegitimi remouentur, neophiti, illiterati, perfecta lenitate carentes, conſtitutiones Eccl. aſpernati, mutilati, deformes, graui morbo laborantes, infames, & inopia oppreſſi, quandoquidem ab his ſacra partim fieri non poſſunt cum decore, ac maieſtate ob eorum conditionem, partim cum Chriſti fidelium fructu ob ſcandalum, & huiuſmodi abominationẽ, vt ſuis locis id explicauimus. Hæc eſt igitur princeps. cauſa.

Altera verò cauſa proxima multiplex eſt; quarum vna eſt, reſpectu habito ad ipſum ordinem, vt pote quia exercere eum quis non poteſt, nec ſcit, vel non ſaltem commodè, & ſine periculo. Hæc cauſa complectitur membris carentes, vel eorum partibus, vel debilitata ea habentes, vel deformia, vel morbis itidem impeditos. Altera verò eſt, reſpectu habito ad ipſos, coram quibus functiones ordinum exercẽtur, vel quibus adminiſtrantur, ſcilicet ne ſcandalũ patiantur, vel ſtomachentur; in hoc numero habentur irregulares ob infamiam, & etiam ob morbos aliquos, vt ob lepram, & ob aliud etiã vitium, quod riſum mouere poſſit, vt ſuo loco vidimus. Tertia. reſpectu habito ad exercẽtes, quod ſcilicet Chriſti perſonã referre nequeũt, vel quod ſi ad ordines admitterentur, ne animæ ſuæ detrimentum paterentur, verendum eſſet, vel in pœna, vt qui Eccl. ſanctiones aſpernati ſunt, in hoc numero habentur bigami, irregulares ob homicidium, neophiti, qui ve cenſuris irretiti diuina celebrare, vel ordines ſuſcipere non dubitarũt, quæ ſuis locis explicauimus. Hæ igitur rationes ſunt, quamobrem Eccleſia patientes prędicta quatuor vitia, vel vnum ex ipſis à clero remouit, & irregulares eſſe voluit. Sed de accidente, quod enaſcitur à materia, agamus; id quod in ſeq. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Irregularitas quot modis diuidatur.*

§. I.

1 §. A materia vero diuiſio oritur.† Diuiditur autem primò in quatuor ſpecies, vt ſupra vidimus, habito reſpectu ad quatuor vitia animi, corporis, famæ, & rei. Secundò diuiditur, habito reſpectu ad qualitates eius: primò in eam, quæ ſine peccato eſt, ſicut eſt ea, quæ naſcitur ab impedimẽtis, & vitijs, quæ culpa noſtra non veniunt, vt mutilatio, deformitas corporis, & etiam quæ naſcitur ex homicidio licito; item in eam, quæ eſt cum peccato, cuiuſmodi eſt ea, quæ naſcitur ex homicidio, & deformatione illicita, & ex violatione cenſurarũ, & ex inobedientia, vt ex dictis conſtat, & tradit Couar. in Clem. vnic. p. 1. in initio num. 1. ibi. Conſtat plane de homicid. Poſtremò diuiditur in eam, quæ impedit functiones omnes ordinum, & ſuſceptionẽ, & eſt ea, quæ adeſt, antequam ordines ſuſcipiantur. Et in eam, quæ aliquas functiones tantum impedit; & eſt ea, quæ contrahitur poſt ſuſceptos ordines ſine noſtra culpa, vt habetur in c. 2. de cler. ægrot. vel debilit. Sed de diuiſione hactenus; iam de accidenti, quod à forma oritur, tranſeamus.

S V M M A.

1 *Irregularitatis nomen vnde dictum.*

§. II.

§. A forma denique hoc vnum accidens enaſcitur, ſcilicet impedimentum hoc, qua ratione nominetur, & vt mittam varia nomina, quæ colligi poſſunt ex modis ipſam ferẽdi relatis ſupra, vbi de forma eius egimus, qđ magis vſitatum eſt nomen hic ponamus, quod eſt Irregularitas; hoc enim nomine vulgo nunc

nominantur

1 nominatur,† de qua eſſet dicendum, vnde dictum ſit,& quid ſignificet:ſed quoniam hæc abſoluimus in capite. 1. §. 1. ob eam rem nihil eſt, quod huc addamus.

Hæc habui,quæ de Irregularitatibus in medium afferem,quę omnia ſemper ſint ad laudē, & gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis,ac Beatiſſimæ Virginis Mariæ,& omnium Sanctorum, nec non Sancti Stephani glorioſi Protomartyris,cuius parochiæ animarum cura ad me pertinet,in qua hæc omnia commentatus,ac meditatus ſcripſi. Quare,ſi quid Chriſtianæ religioni,ac fidei repugnans huc obrepſit,quod quidem,Deum teſtor,ſciens non feci,nec quid tale in mentem vnquam mihi cecidiſſe Dei benignitate memini,Sacroſanctæ Romanæ Eccleſię,quod & hactenus feci,humiliter,ac piè ſubijcio;atque à me pro non dicto haberi omnino, ac ſemper volo.

F I N I S.